ſapere:neqꝫ ſperare in incerto diuitia
rum ſuaꝝ:ſꝫ i deo uiuo q̄ p̄ſtat nobis
oīa abundanter ad fruendū:bn̄ faciāt
diuites:ſint in operibus bonis: facile
tribuant:cōmunicēt:theſaurizēt ſibi
fundamentum bonum in futuruꝫ: ut
apprehendant ueram uitam. Hec qui
de ſuis faciebant diuitijs magnis ſūt
lucris leuia damna ſolati:pluſqꝫ leta
ti ex his que facile tribuendo tutius
ſeruauerunt:q̄ ꝯtriſtati ex his q̄ timiđ
retinendo facilius amiſerunt. Hoc.n.
potuit in terra perire qđ piguit inde
transferre. Nam qui receperūt ꝯſiliuꝫ
dn̄i ſui dicentis:nolite condere uobis
ī terra theſauros: ubi tinea ⁊ rubigo
extermināt:⁊ ubi fures effodiunt ⁊ fu
rant̄:ſed theſaurizate uobis i celo the
ſauros quo fur nō accedit neqꝫ tinea
corrumpit.ubi.n.ē theſaur⁹ tuus: ibi
erit ⁊ cor tuū: tribulationis tp̄e p̄ba
uerūt q̄ recte ſapuerint:non contem
nēdo ueraciſſimū preceptorē:⁊ theſau
ri ſui fideliſſimum inuictiſſimumqꝫ
cuſtodē. Nā ſi multi ſunt gauiſi ibi ſe
habuiſſe diuitias ſuas: quo contigit
ut hoſtis nō accederet:quanto certiuſ
⁊ ſecurius gaude᷑ potuerūt: qui mōi
tu ſui dei illuc migrauerāt: quo acce
di oīo non poſſet? Unde paulinus nī
nolēſis ep̄s ex opulētiſſimo diuite uo
luntate pauperrimus ⁊ copioſiſſime
ſanctus : qn̄ ⁊ ipſam nolam barbari
uaſtauerunt cum ab eis teneretur ſic
in corde ſuo:ut ab eo poſtea cognoui
mus precabatur. Domīe nō excrucie᷑
p̄pter aurum ⁊ argentum: ubi.n.ſint
omnia mea tu ſcis. Ibi eniꝫ habebat

omnia ſua ubi eũ condere ⁊ theſauri-
ʒare ille monuerat: ꝗ hec mala mũdo
uentura predixerat. Ac ꝑ hoc ꝗ dño
ſuo monẽti obedierant: ubi ⁊ quomõ
theſauriʒare deberẽt: nec ipſas ĩreas
diuitias barbaris incurſantibus ami
ſerunt. Quos aũt nõ obediſſe penitu
it: ꝗd de talibus rebus faciendũ eſſet
ſi nõ precedente ſapiẽtia certe ꝯſequẽ-
te expientia didicerunt. At eĩm ꝗdaʒ
boni etiam chriſtiani tormentis excru
ciati ſunt: ut bona ſua hoſtibus ꝓderẽ-
rent. Illi uero nec prodere nec ꝑdere
potuerũt bonũ quo ipſi boni erant.
Si aũt torqueri ꝙ mammona iniqta
tis prodere maluerunt boni nõ erãt.
Admonendi aũt fuerant qui tãta pa-
tiebant̃ pro auro: quanta eſſent ſuſti-
nenda pro chriſto: ut eũ potius diligẽ
diſcerent: ꝗ pro ſe paſſos eterna felici
tate ditaret: nõ aurum ⁊ argentũ pro
quo pati miſerrimum fuit: ſeu menti-
endo occultaret̃: ſeu uerꝫ dicendo pro
deretur. Nãqꝫ inter tormenta nemo
chriſtum confitendo ãmiſit: nemo au-
rum niſi negando ſeruauit. Quocirca
utiliora erant fortaſſe tormẽta: que bo
num incõruptibile amãdũ docebant:
ꝙ illa bona que ſine ullo utili fructu
dños ſui amore torquebant. Sʒ ꝗdaʒ
ẽt nõ hñtes quod proderent dum nõ
credunt̃ torti ſunt: ⁊ hi forte habere
cupiebant: nec ſancta uoluntate pau-
peres erant. Quibus demonſtrandũ
fuit: nõ facultates ſʒ ipſas cupiditates
talib' eẽ dignas cruciatib'. Si uero
melioris uite ꝓpoſito reconditũ aurũ
argentũqꝫ nõ habebant: neſcio quidẽ
utꝝ cuiq̃ talium acciderit: ut dũ hĩc
creditur torqueretur. Ueruntamen ẽt
ſi accidit: profecto qui inter illa tormẽ-
ta paupertatem ſanctam ꝯfitebatur:
chriſtũ confitebat̃. Quapropt̃ ⁊ ſi nõ
meruit ab hoſtibus credi: non potuit
tñ ſancte pauptatis confeſſor ſine ce-
leſti mercede torqueri. Multos iqũnt
etiam chriſtianos fames diuturna ua
ſtauit: hoc quoqꝫ ĩ uſus ſuos bõi fide
les pie tolerãdo ṽterũt. quos.n.fães
necauit: a malis uite hui' ſicut corpis
mõbis eripuit. Quos aũt ñ necauit:
docuit pci' uiuẽ: docuit ꝓducti' iciũaꝫ

De fine temporalis uite ſiue longi
oris ſiue breuioris. cap. xi.

ſ Ed eiʒ multi etiã chriſtiani inf-
fecti ſunt: multi multaꝝ mõtiũ
feda uarietate conſumpti. Hoc ſi egre
ferenduʒ eſt: omnibus qui in hanc ui
tam ꝓcreati ſunt utiqꝫ cõmune ẽ. Hoc
ſcio neminem fuiſſe mortuum: qui nõ
fuerat aliquando moriturus. finis au
tem uite tam longã ꝙ breuem uitam
hoc idem facit. Neqꝫ.n. aliud melius
aliud deterius: aut aliud maius ⁊ ali-
ud breuius eſt: quod iam pariter non
eſt. Quid autem intereſt quo mortis
genere uita iſta finiat̃: qñ ille cui finit̃
iteꝝ mori non cogit̃? Cũ aũt unicuiqꝫ
mortalium ſub quottidianis uite hu-
ius caſib' innũerabiles mõtes quodã
mõ cõtinent̃ ꝙdiu incertũ eſt quenaʒ
earum uentura ſit: quero utrũ ſatius
ſit unam perpeti moriendo an oĩs ti
mere uiuendo. Nec ignoro ꝙ iertius
eligatur diu uiuere ſub timõe tot mõ
tiuʒ ꝙ ſemel moriendo nullã deiceps
formidare. Sʒ aliud eſt quod carnis
ſenſus ĩfirmiter pauidus ĩfugit: aliud
qđ mentis rõ diligenter enucleata cõ
uincit. Mala mors putanda non eſt:
quam bona uita preceſſerit. Neqꝫ eiʒ
facit malaʒ mortem: niſi quod ſequit̃
mortem. Non itaqꝫ multũ curanduʒ
ẽ eis ꝗ neceſſario morituri ſunt: quid
accidat ut moriant̃: ſʒ moriendo quo
ire cogant̃. Cũ igit̃ chriſtiãi nouerint
lõge meliorem fuiſſe religioſi paupis
mortẽ inter lingentiũ canũ linguas ꝙ
ipῑ diuitis in purpura ⁊ byſſo: horrẽ
da illa genera mortiuʒ quid mortuis

obfuerunt qui bene uixerunt.

De ſepultura humanorum corpo-
rum que chriſtianis etiam ſi fuerit ne
gata nil adimit. cap. xij.

a T eiʒ in tanta ſtrage cadauerũ
nec ſepeliri potuerũt. Neqꝫ iſtõ
pia fides nimiũ reformidat: tenẽs pre
dictũ. Nec abſumẽtes beſtias reſurrec
turis corporibus obfuturas: quoꝝ ca
pillꝰ capitis ñ pibit: nullo mõ diceret
ueritas: nolite timere eos qui cõpus oc-
cidunt: aiam autem non poſſunt occi
dere: ſi quicq̃ obeſſet future uite: qcqd
inimici de corporibus occiſoꝝ facere
uoluiſſẽt. Niſi forte quiſpiã ſic abſur
dus eſt: ut contendat eos qui corpus
occidunt ñ debere timeri añ mortem
ne corpus occidãt: ⁊ timeri debere pꝰ
mortem: ne corpus occiſum ſepeliri ñ
ſinãt. Falſũ ẽ ergo qd̃ ait chriſtus: qui
corpus occidunt ⁊ poſtea nõ hñt qd
faciant: ſi habent tanta que de cadaue
ribus faciant: abſit ut falſuʒ ſit quod
ueritas dicit. Dictum eſt eĩm aliquid
eos facere cum occidũt: qꝛ in corpore
ſenſus ẽ occidendo: poſtea uero nihil
habere quid faciant: qꝛ nullus ſenſus
eſt in corpore occiſo. Multa itaqꝫ cor
pa chriſtianoꝝ terra nõ texit: ſʒ nullũ
eoꝝ quiſq̃ a celo ⁊ a terra ſeparauit:
quã totã implet pñtia ſui qui nouit ũ
de reſuſcitet quod creauit. Dicitur q̃-
dem in pſalmo: poſuerunt mortalia ſ̃
uorum tuorum eſcas uolatilibꝰ celi:
carnes ſanctoꝝ tuoꝝ beſtijs terre. Ef
fuderunt ſanguinẽ eoꝝ ſicut aquam i
circuitu hieruſalẽ: ⁊ ñ erat q̃ ſepeliret.
Sed magis ad exaggerandam crude
litatem eorum qui iſta fecerunt: ñ ad
eoꝝ infelicitatẽ qui iſta perpeſſi ſunt.
Quãuis eĩm hec in conſpectu hoĩuʒ
dura ⁊ dira uideant̃: ſʒ precioſa eſt in
conſpectu domini mors ſanctoꝝ eiꝰ.
Proinde oĩa iſta ideſt curatio fũeris:
conditio ſepulture pompa exequiarum
magis ſunt uiuorum ſolatia q̃ ſubſi-
dia mortuoꝝ. Si aliquid prodeſt im-
pio ſepultura precioſa: oberit pio uil'
aut nulla. Preclaras exequias i con-
ſpectu hominũ exhibuit purpurato il
li diuiti turba famuloꝝ: ſʒ multo cla-
riores i cõſpectu dñi ulceroſo illi pau
peri miniſterium pbuit ãglorum: qui
eum non extulerunt in marmoreum
tumulũ: ſed in abrahe gremiũ ſuſtule
rũt. Rident hic illi contra quos defẽ-
dendã ſuſcepimus ciuitatẽ dei. Uerũ-
tamẽ ſepulture curam etiam eorum
philoſophi ꝯtempſerunt: ⁊ ſepe uniũ-
ſi exercitus dũ pro terrena patria mo
rerent̃: ubi poſtea iacerent uel quibus
beſtijs eſca fierent ñ curarũt. Licuitqꝫ
õ hac re poetis plauſibl'r dicere. Celo
tegit̃ qui non habet urnam. Quãto
minus debẽt de corpibꝰ inſepultis in-
ſultaĩ chriſtianis: quibus ⁊ ipſius car
nis ⁊ membrorum omnium reforma
tio: non ſolum ex terra: uerum etiam
ex aliorum elementorum ſecretiſſimo
ſinu quo dilapſa cadauera receſſerũt
in temporis puncto reddenda ⁊ rein-
tegranda promittitur.

Que ſit ratio ſanctorum corpoꝝ
ſepeliendi. cap. xiij.

n Ec tñ cõtẽnẽda ⁊ abijcienda
ſũt corpora defũctoꝝ maxieqꝫ
iuſtoꝝ atqꝫ fideliũ: quibus taq̃ orga-
nis ⁊ uaſis ad oĩa bona opera ſãctus
uſus eſt ſpiritus. Si enim paterna ue
ſtis ⁊ annulus ac ſiquid huiuſmodi
tanto carius eſt poſteris: quanto er-
ga parentes maior extitit affectus:
nullo modo ipſa ſpernenda ſunt cor-
pora: que utiqꝫ multo familiarius
atqꝫ coniunctius q̃ quelibet indumẽ-
ta geſtamus. Hec eĩm nõ ad ornamẽtũ
uel adiutoriũ quod adhibetur extriſe
cus: ſed ad ipſam naturam hominis

pertinēt. Unde ⁊ antiquoꝝ iuſtorum
funera officioſa pietate curata ſunt:
⁊ exeq̄e celebrate: ⁊ ſepultura ꝓuiſa:
ipſiq; dum uiuerent hoc de ſepeliēdis
uel etiā trāſferendis ſuis corporibus
filijs mandauerūt: ⁊ thobias ſepelien
do mortuos deū ꝓmeruiſſe teſte āgl'o
cōmēdatur. Ipſe quoq; dn̄s die tertio
reſurrecturus: ⁊ religioſe mulieris bo
num opus predicat: predicandumq;
cōmendat ꝙ unguētū precioſū ſuper
m̄bra eius effuderit: atq; hoc ad eum
ſepeliendū fecerit: ⁊ laudabilit̉ cōmēo
rant̉ in euangelio: qui corpus eius de
cruce acceptum diligēt̉ atq; honorifi
ce tegēdū ſepeliendūq; curarūt. Uerū
iſte auctes non hoc admonent ꝙ inſit
ullus cadaueribus ſenſus: ſed ad dei
prouidēciā: cui placent ēt talia pieta-
tis officia: corpora quoq; mortuoruꝫ
ꝑtinere ſignificant ꝓpter fidē reſurrec
tionis aſtruendā. Ubi ⁊ illō ſalubrit̉
diſcit̉ q̄ta poſſit eſſe remuneratio ꝓ
elemoſinis: quas uiuentibus ⁊ ſentiē-
tibus exhibemus: ſi neq; hoc apō deū
perit quod ex animis hominū m̄bris
officio diligentieq; ꝑſoluit̉. Sūt q̇deꝫ
⁊ alia que ſancti patriarche ō corpib⁹
ſuis uel ꝯdendis uel tranſferendis ꝓ-
phetico ſpiritu ītelligi dicta uolueꝝt.
Non aūt hic locus ē ut ea pertracte-
m⁹: cū ſufficiant ea que dixius. Sed ſi
ea que ſuſtentandis uiuentibus ſunt
neceſſaria: ſicut uictus ⁊ amictus: q̄ꝙ-
uis cum graui afflictione deſint: non
frangūt in bonis perferēdi tolerādiq;
uirtutē: nec eradicāt ex aio pietatē: ſꝫ
exercitatam faciunt fecundiorē: q̄to
magis cū deſūt ea que curandis fune
rib⁹ cōdendiſq; corporibus ōfūctoꝝ
adhiberi ſolent: nō efficiunt miſeros i
occultis pioꝝ ſedibus iā quietos? Ac
per hoc qn̄ iſta cadauerib⁹ chriſtiano
rū in illa magne urbis uel etiam alio
rum oppidoꝝ uaſtatione defuerunt:
nec uiuoꝝ culpa eſt qui non potueꝝt
iſta prebere: nec pena mortuorum qui
non poſſunt iſta ſentire.

De captiuitate ſanctoꝝ: q̇b⁹ nunq̄ꝙ
diuina ſolacia defuerunt. cap. xiiij.

S Ed multi iq̇ūt chriſtiani ēt cap-
tiui ducti ſūt. Hoc ſāe miſ́rimū
ē: ſi aliquo duci potuerūt ubi deū ſuū
nō inuenerūt. Sunt in ſcripturis ſāc-
tis huius etiā cladis magna ſolacia.
Fuerunt ī captiuitate tres pueri: fuit
daniel: fuerunt alij prophete: nec de⁹
defuit couſolator. Sic nō deſeruit ſu-
os fideles ſub dn̄atione gentis: lꝫ bar
bare: tn̄ humane: qui prophetam nō
deſeruit: nec i uiſceribus belue. Hoc
quoq; illi cū q̇b⁹ agim⁹ malunt irridē
q̄ꝙ credōre: qui tn̄ in ſuis litteris credūt
arionem metymneum nobiliſſimum
cithariſtam cum eſſet eiectus de naui
exceptum delphini dorſo: ⁊ ad terraꝫ
eſſe prouectum. Uerum illud noſtruꝫ
de iona propheta incredibilius eſt.
Plane incredibilius: quia mirabiliuſ:
⁊ mirabilius quia potentius.

De regulo in quo captiuitatis ob
religionem etiam ſponte tolerande ex
tat exemplum: quod tamen illi deos
colenti prodeſſe non potuit. capituluꝫ
xv.

h Abēt tn̄ iſti ō captiuitate rligio
nis cāꝫ ēt ſpōte tolerāda ⁊ i ſuiſ
preclaris uiris nobiliſſimū exēplum.
Marcus regulus iꝑator populi rōa-
ni captiuus apud carthaginēſes fuit:
qui cū ſibi mallent a rōanis ſuos red
di q̄ꝙ eorum tenere captiuos: ad hoc
impetranduꝫ etiam iſtum precipue re
guluꝫ cuꝫ legatis ſuis romā miſerūt:
prius iuratione conſtrictum: ſi quod
uolebant minime ꝑegiſſet: redituꝝ eē
carthaginē. Perrexit ille atq; i ſenatu
cōtraria perſuaſit: quoniam non arbi

trahat̃ utile eſſe rõane reipu. mutare captiuos. Nec poſt hanc pſuaſionem a ſuis ad hoſtes redire compulſus ẽ: ſʒ qꝛ iurauerat: id ſpõte impleuit. At illi eum excogitatis atqꝫ horrendis ex cruciatibus necauerunt. Incluſũ qͣppe anguſto ligno ubi ſtare cogeret̃: clauiſqꝫ acutiſſimis undiqꝫ cõfixo: ut ſe in nullã eius partẽ iclinaret ſine pẽis atrociſſimis etiã uigilando pemerũt. Merito certe laudant uirtutẽ tã magna infelicitate maiorẽ. Et p deos ille iurauerat: quoꝝ ꝑ cultu ꝓhibito has generi humano clades iſti opinantur infligi. Qui ergo ꝓpterea colebant̃: ut uitam iſtam ꝓſperã redderẽt: ſi uerũ iuranti has irrogari pẽas ſeu uoluere ſeu pmiſere: qͥd periuro grauius irati facere potuerunt? Sʒ cur ratiocinatõeʒ meam ñ potius ad utrũqꝫ ↄcludam? Deos certe ſic ille coluit: ut ꝓpẽ iuriſiurandi fidem nec remaneret i patria nec inde quo libet ire: ſʒ ad ſuos acerrimos inimicos redire minime dubitaret. Hoc ſi huic uite utile exiſtimabat: cuiꝰ tã horrẽdũ exitũ meruit: pculdubio fallebat̃. Suo quippe docuit exẽplo nihil deos ad iſtã temporalem felicitatẽ ſuis prodeſſe cultoribus: qñqͥdem ille eoꝝ deditus cultui: ⁊ uictus ⁊ captiuus adductus ẽ. ⁊ qꝛ noluit aliter ꝙ per eos iurauerat facere: nouo ac prius inaudito nimiumqꝫ horribil̃i ſupplicij genere cruciatus extinctus ẽ. Si auteʒ cultus deoꝝ poſt hanc uitaʒ uelut mercedẽ reddit felicitatẽ: cur calũniat̃ tpibꝰ chriſtiãis iõ dñtes urbi accidiſſe illã calamitatẽ: quia deos ſuos colere deſtitit: cũ potuerit ẽt illoſ diligẽtiſſime colẽs tã ifelix fieri ꝙ ille regulus fuit? Niſi forte cõtra clariſſimã ueritatẽ tanta quiſꝙ demẽtia mire cecitatis obnititur: ut ↄtẽdẽ audeat uniuerſam ciuitatẽ deos colẽtẽ ifelicẽ eſſe nõ poſſe: unũ uero hominẽ poſſe: quod uidelʒ potentia deorum ſuorũ multos potius ſit idonea conſeruare ꝙ ſinglos: cũ mltitudo ↄſtet ex ſingulis. Si aũt dicũt marcũ regulũ etiã i illa captiuitate illiſqꝫ cruciatibus corꝑis animi v̄tute beatũ eẽ potuiſſe: v̄tꝰ potiꝰ v̄a q̃rat̃: qua beata poſſit eẽ ⁊ ciuitas. Neqꝫ.n. aliunde beata ciuitas: aliunde homo: cũ aliud ciuitas nõ ſit ꝙ concors hominũ multitudo. Quãobrẽ ñdũ interi diſputo qual̃ i regulo uirtus fuerit. Sufficit nũc ꝙ iſto nobiliſſimo exemplo cogunt̃ fateri ñ ꝓpẽ corporis bona: uel eaꝝ reꝝ q̃ extriſecꝰ homini accidunt colendos deos: quã doquidẽ ille carere his omnibus maluit: ꝙ deos p quos iurauit offendere. Sʒ quid faciemus hoibus q̃ gloriãt̃ talem ſe habuiſſe ciuem: qualeʒ timẽt habere ciuitatem. Qð ſi non timent: tale ergo aliquid quale accidit regulo etiam ciuitati tam diligenter ꝙ ille deos colenti accidere potuiſſe fateantur: ⁊ chriſtianis tempõibꝰ nõ calumniẽt̃. Ueꝝ quia de illis chriſtianis orta queſtio ẽ: qui ẽt captiui ducti ſunt: hoc intueantur ⁊ taceant: qui ſaluberrime religioni ex hinc impudenter atqꝫ imprudẽt̃ illudũt: qꝛ ſi dijs eoꝝ probro non fuit ꝙ attentiſſimus cultor illoꝝ dũ eis iuriſiurandi fidem ſeruaret patria caruit dũ aliã non haberet: captiuuſqꝫ apud hoſtes per longã mortem ſupplicio noue crudelitatis occiſus ẽ: multo minus nomen criminandum ẽ chriſtianum in captiuitate ſacratoꝝ ſuorum: qui ſupernam patriam ueraci fide expectantes: etiam in ſuis ſedibus peregrinos ſe eſſe nouerunt.

An ſtupris que etiam ſanctarum forte uirginum paſſa eſt captiuitas: cõtaminari potuerit uirtus animi ſine uoluntatis aſſenſu. cap. xvi.

m Agnũ ſane ſe crim̃ putãt obijcẽ chriſtiãis: cũ eoꝝ exaggerantes

captiuitatē addunt ſtupra ēt cōmiſſa: non ſolū in aliena matrimōia vgieſqꝫ nupturas: ſꝫ ēt i quaſdā ſāctimōiales. Hic uero non fides: non pietas: non ipſa uirtus que caſtitas dr: ſed noſtra potius diſputatio inter pudorēz atqꝫ rōēz quibuſdam coartatur anguſtijs. Nec tm̄ curamus hic alienis reſponſionē reddere: quantū ipſis noſtris cō ſolationem. Sit igitur imprimis poſitum atqꝫ confirmatum: uirtutē qua recte uiuitur ab animi ſede membris corporis imperare: ſanctumqꝫ corpꝰ uſu fieri ſancte uoluntatis. Qua incō cuſſa ac ſtabili pmanente: qcqd alius de corpore uł in corpore fecerit: quod ſine peccato proprio ñ ualeat euitari pret culpam eē patiētis. Sed quia nō ſolum qd ad dolorem: uerū etiam qd ad libidinem pertinet in corpore alieō perpetrari pōt: quicquid tłe perpetratum fuerit: ⁊ ſi retentā conſtantiſſimo aīo pudicitiam ñ excutit: tñ pudorem incutit: ne credatur factum cum m̄tis etiam uoluntate: quod fieri fortaſſe ſine carnis aliqua uoluptate ñ potuit.

De morte uoluntaria ob metū pene ſiue dedecoris. cap. xvij.

a C per hoc ⁊ que ſe occiderūt ne qcq̄ huiuſmōi paterēt qs hūanus affectus eis nolit ignoſci? Et q̄ ſe occidere noluerūt: ne ſuo facinore alienū flagitiuꝫ deuitarēt: qſqs eis hoc crimini dederit: ipſe crīe inſipientie non carebit. Naꝫ utiqꝫ ſi nō lꝫ priuata poteſtate hominē occidere uel nocentēz: cuius occidendi licentiā lex nulla concedit: pfecto etiā q̄ ſeipſū occidit hōicida ē: ⁊ tāto fit nocētiō cū ſe occidrit: q̄to inocētior i ea cā fuit qua ſe occidēdū putauit. Nā ſi iude factū mēito dteſtāur: cūqꝫ vitas iudicat cū ſe laqo ſuſpendit ſcelerate illius traditionis auxiſſe potiꝰ q̄ expiaſſe cōmiſſū: qm dei miaꝫ deſperando exitiabiliter penitens: nullū ſibi ſalubris penitētie locū rliquit: q̄to magis a ſua nece ſe abſtinere debet: qui tali ſupplicio quid i ſe puniat non hēt? Iudas enim cuꝫ ſe occidit ſceleratum hominē occidit: ⁊ tñ non ſolum chriſti: uerum etiam ſue mortis reus finiuit hanc uitam: qꝛ licꝫ ꝑpter ſuū ſcelus: alio ſuo ſcelere occiſus ē. Cur aūt homo qui mali nihil fecit ſibi male faciat: ⁊ ſeipſum iterficiēdo: hoīez inficiat inocētē: ne aliū patiatur inocētem: atqꝫ i ſe ꝑpetret peccatum proprium: ne in eo perpetretur alienum.

De aliena uiolentia ⁊ libidine: quā in oppſſo corpore mens inuita perpetitur. capitulum. xviij.

e T enim ne uel aliena eū polluat libido metuit: non polluet ſi aliena erit: ſi autē polluet alēa ñ erit? Sꝫ cū pudicitia vtus ſit animi: comitēqꝫ hēat fortitudinē: qua potius q̄lꝫ mala tolerare q̄ malo conſentire decreuit. Nullus aūt magnanimꝰ ⁊ pudicus in poteſtate habeat quid de ſua carne fiat: ſꝫ tantuꝫ quid annuat m̄te uel renuat: quis eadem ſane mente putauerit ſe pdere pudicitiā: ſi fortem in apphenſa uel oppreſſa carne ſua exerceatur ⁊ expleatur libido non ſua? Si enim hoc mō pudicitia perit: profecto pudicitia animi uirtus non erit: nec ꝑtinebit ad ea bona qbꝰ bñ uiuitur: ſed in bonis corporeis nūerabitur: qualia ſūt uires: pulchritudo: ſana integraqꝫ ualitudo: ac ſiqd huiuſcemōi ē. Que bōa ēt ſi minuāt: bonam iuſtamqꝫ uitam omnino non minuunt. Quod ſi tale aliquid ē pudicitia: ut quid pro illa ne āmittatur etiam cū periculo corporis laborat. Si autem bonum āimi eſt: etiaꝫ oppſſo corpore ñ āmittit: qn etiam ſancte continentie bonum cum

immūdicie carnalium ꝯcupiſcētiaruꝫ nō cedit:⁊ ipſū corpus ſanctificatur: ⁊ ideo nō cum eis cedere inconcuſſa intentione perſiſtit. Nec de ipſo cōpore perit ſanctitas:quia eo ſancte utendi perſeuerat uoluntas: ⁊ quantum i ipſo eſt ⁊ facultas. Neqꝫ.n.eo corpus ſanctum ē ꝙ eius membra ſunt integra:aut eo ꝙ nullo cōtrectantur a tactu cū poſſint diuerſis caſibus ⁊ uulnerata uim ꝑpeti:⁊ medici aliqñ ſaluti opitulantes hec ibi faciant que horret aſpect⁹. Obſtetrix uirgis cuiuſdā integritatē manu uelūt explorans ſeu maliuolentia ſeu inſcia ſiue caſu dum inſpicit perdidit. Non opinor quenꝙ taꝫ ſtulte ſapere:ut huic periſſe aliqd exiſtimet etiā de ipſius corporis ſāctitate:ꝙuis mēbri illius itegritate iam perdita:quocirca propoſito animi ꝑmanente:per qō etiaꝫ corp⁹ ſanctificari meruit:nec ipſi corpori aufert ſanctitatem uiolentia libidinis aliene:quaꝫ ſeruat perſeuerantia continentie ſue.

An uero ſi aliqua feia mente corrupta uiolatoqꝫ ꝓpoſito qō dō uouerat: pergat uitianda ad deceptorem ſuuꝫ: adhuc eam ꝑgenteꝫ ſanctā uł corpore dicimus:ea ſanctitate animi ꝑ quam corp⁹ ſāctificabat̃ āmiſſa atqꝫ deſtructa. Abſit hic error: ⁊ hinc potius admoneamur ita ñ āmitti corpis ſcītatē manēte animi ſanctitate etiā corpore oppſſo:ſicut āmittit̃ corpōis ſāctitas uiolata animi ſanctitate etiā corpore intacto. Quāobrem non habet quod in ſe morte ſpontanea puniat feia ſine ulla cōſenſiōe ſua uiolent̃ oppreſſa ⁊ alieno cōpſſa peccato:ꝙto mīus añꝙ hoc fiat:ne admittat̃ hōicidiū certū: cum ipſum flagitium ꝙuis alienum adhuc pendet incertum.

De lucretia q̄ ſe ob illatū ſibi ſtuprum peremit.cap.xix.

a N forte huic perſpicue rationi qua dicius corpore oppſſo nequaꝙ ꝓpoſito caſtitatis ulla i maluꝫ ꝯſenſione mutato: illius tantum eſſe flagitiū q̄ oppmens ꝯcubuerit:nō illius que oppreſſa concumbenti nulla uoluntate conſenſerit:contradicē audebunt hi contra quos feminaꝝ chriſtianarum in captiuitate oppreſſarū: non tantum mentes uerum etiam cōpora ſancta defendimus. Lucretiā certe matronam nobilē ueteremqꝫ rōanam pudicitie magnis efferunt laudibus. Huius corpore cum uiolēter oppreſſo tarquinij regis filius libidioſe potitus eſſet:illa ſcelus iprobiſſimi iuuenis marito collatino ⁊ ꝓpiquo bruto uiris clariſſimis ⁊ fortiſſimis indicauit:eoſqꝫ ad uindictam conſtrinxit. Deide fedi in ſe cōmiſſi egra atqꝫ ipatiens ſe peremit: Quid dicemus:adultera hec an caſta iudicanda eſt: Quis in hac controuerſia laborandū putauerit: Egregie quidam ex hoc ueraciē qꝫ declamās ait mirabile dictū. Duo fuerunt:⁊ unus adulterium admiſit. Splendide atqꝫ ueriſſime.intuēs eīm in duuꝫ corpoꝝ cōmixtione:unius inquinatiſſimā cupiditatē:alteriuſ caſtiſſimā uoluntatē:⁊ ñ qd coniunctione mēbroꝝ:ſꝫ qd aioꝝ diuerſitate ageretur attēdens.duo inquit fuerunt:⁊ adulterium unus admiſit: Sꝫ qd eſt hoc qō i eā grauius uidicat̃ que adulterium ñ admiſit: Nam ille patria cū pr̄e pulſus ē:hec ſūmo mactata eſt ſupplicio. Si nō ē illa ipudicitia qua inuita cōprimit̃:ñ eſt hec iuſtitia qua caſta punit̃:uos appello leges iudiceſqꝫ rōani. Nempe poſt perpetrata facinora nec quenꝙ ſceleſtū ⁊ indēnatuꝫ impune uoluiſtis occidi. Si ergo ad ueſtrum iudiciū quiſꝙ deferret hoc crim̄:uobiſqꝫ ꝓbaret̃ ñ ſolū indemnatā: ueꝝ etiam caſtā ⁊ inocētem inſfectaꝫ eſſe mulierem. nonne eum qui id

feciſſet ſeueritate cōgrua plecteretis.
Hoc fecit illa lucretia: illa ſic pdicata
lucretia: inocētē: caſtā: uim ꝑpeſſam:
lucretiā inſup īnfemit. Proferte ſen-
tentiā: qꝺ ſi propterea non poteſtis: qꝛ
non aſtat quā punire poſſitis: cur in-
terfectricē innocētis ꝛ caſte tāta predi
catione laudatis? Quā certe apud in-
fernos iudices etiā tales quales poe-
taꝝ uꝰoꝝ carmibus cantitant: nulla
ratione defenditis conſtitutā: ſcilicet
inter illos qui ſibi letū inſontes pepeē
manu lucemqꝫ peroſi ꝓiecēr aīas: cui
ad ſuperna redire cupienti fas obſtat:
triſtiqꝫ palus innabilis unda alligat.
An forte ideo ibi non eſt: quia ñ iſon-
tem: ſed male ſibi conſciam ſe pemit?
Quid ſi enim qꝺ ipſa tantummodo
noſſe poterat: q̄uis iuueni uiolenter
irruenti etiam ſua libidine illecta con
ſenſit. Idqꝫ in ſe puniēs ita doluit: ut
morte putaret expiandū: q̄q̄ nec ſic
quidē occidere ſe debuit: ſi fructuoſā
poſſꝫ apꝺ deos falſos agē pñiāꝫ. Ue-
rūtñ forte ita ē: falſūqꝫ ē illꝺ ꝙ fuerūt
duo ꝛ adulterium unus admiſit: ſed
potius ābo adulteriū cōmiſerūt: unꝰ
manifeſta inuaſione: altera latente cō
ſenſione. non ſe occidit inſontē: ꝛ ideo
poteſt a litteratis eius defenſoribus
dici nō eſſe apud inferos inter illos q̄
ſibi letum inſontes peperere manu.
Sꝫ ita hec cauſa ex utroqꝫ latere co-
artatur: ut ſi extenuatur homicidiū: a
dulteriū ꝯfirmetur: ſi purgat̄ adultiū:
homicidiū cumuletur. Nec omnino i-
uenitur exitus: ubi dī ſi adultera: cur
laudata: ſi pudica: cur occiſa. Nobis
tñ i hoc tā nobili femie huius exēplo
ad iſtos refutādos: q̄ chriſtianis femi
nis i captiuitate cōpſſis alieni ab om
ni cogitatione ſanctitatis inſultāt: ſuf
ficit qꝺ i pclaris eius laudibus dictuꝫ
ē: duo fuerūt: ꝛ adulteriū unus admi-
ſit. talꝰ. n. lucretia ab eis magis credi
ta ē: que ſe nullo adulterino potuerit
maculare ꝯſenſu. Qꝺ ergo ſeipſā qm̄
adulteriū pertulit: etiam nō adultera
occidit: nō ē pudicitie caritas: ſed pu-
doris infirmitas. Puduit eā eim tur-
pitudis aliene in ſe cōmiſſe: etiam ſi ñ
ſecuꝫ ꝛ romana mulier laudis auida
nimiū uerita ē: ne putaret̄ ꝙ uiolenter
eſt paſſa: cum uiueret libenter paſſa ſi
uiueret. Unde ad oculos hominum
mentis ſue teſtem illam penam adhi-
bendam putauit: quibus conſcientiāꝫ
demonſtrare non potuit. Sociā q̄ppe
facti ſe credi erubuit: ſi quod alius in
ea fecerit turpiter: ferret ipſa patiēter.
Non hoc fecerunt feie chriſtiane: que
paſſe ſimilia uiuunt. Tñ nec i ſe ulte
ſunt crimē alienū: ne alioꝝ ſceleribus
adderent ſua: ſi qm̄ hoſtes in eis con-
cupiſcendo ſtupra cōmiſerāt: ille in ſe
ipſis homicidia erubeſcendo commit
terent. Hñt qnippe intus gloriam ca-
ſtitatis teſtimoniū cōſciētie: hñt autēꝫ
corā oculis dei ſui: nec requirunt am-
plius: niſi quid recte faciant: ñ āplius
hñt: ne deuient ab auctoritate legis di
uine: cuꝫ male deuitant offenſionem
ſuſpicionis humane.

Nullā eſſe auctoritatē que chriſtia
nis in qualꝫ cauſa ius uolūtarie necis
attribuat. cap. xx.

n Eqꝫ. n. fruſtra i ſcīs canonicisqꝫ
libris nuſq̄ nobis diuinitus ꝓ-
ceptū pmiſſum ue reperiri pōt: ut uel
ipſius adipiſcende immortalitatis: ul'
ullius carēdi cauēdiqꝫ mali cā nobis
metipſis necem inferamus. Naꝫ ꝛ p
hibitos nos eſſe intelligenꝺ ē: ubi lex
ait: non occides: ꝓſertiꝫ qꝛ non addidit
ꝓximuꝫ tuū: ſicut falſū teſtimonium
cum uetaret: falſū inquit teſtimoniuꝫ
nō dices aduerſus proximum tuum.
Nec iꝺ tñ ſi aduerſus ſeipſum quiſq̄
falſum teſtimoniū dixerit ab hoc crie
ſe putauerit alienuꝫ: quoniam reglāꝫ

diligendi proximū a ſemetipſo dilectō accepit: qn̄ q̄dē ſcriptum eſt: diliges proximū tuū ſicut teipſū. Porro ſi falſi teſtimonij non minus reus eſt q̄ de ſeipſo falſū fatet̄: q̄ſi aduerſus p̄ximū hoc faceret: cum in eo precepto quo falſū teſtimoniū p̄hibetur: adu̇ſus p̄ximū prohibeat̄: poſſitq̄ n̄ recte intelligentibus uideri nō eē p̄hibitū: ut aduerſus ſeipſum quiſq̄ falſus teſtis aſſiſtat: q̄to magis itelligendū ē non licere homini ſeipſum occidere: cū i eo qḋ ſcriptum ē non occides: nihilo deide addito nullus nec ip̄e utiq̄ cui precipitur intelligatur exceptus? Un̄ quidam hoc preceptū ēt i beſtias ac pecora conant̄ extendere: ut ex hoc etiā nullū eoꝝ liceat occidere. Cur n̄ ergo ⁊ herbas ⁊ q̄cq̄d humore radicitus alit̄ ac figit̄? Naꝫ ⁊ hoc genus rerū q̄uis non ſentiat dr̄ uiuere: ac per hoc poteſt ⁊ mori: proinde etiam cuꝫ uis adhibetur occidi. Un̄ ⁊ apoſtolus cum de huiuſcemodi ſeminibus loq̄retur: tu inq̄t quod ſeminas nō uiuificatur niſi prius moriatur. ⁊ i pſalmo ſcriptū ē: occidit uites eoꝝ i grandie. Nunquid igitur ob hoc cum audiuimus non occides uirgultū uellere nefas ducimus: ⁊ manicheorum errori inſaniſſime acquieſcimus? His igitur deliramentis remotis: cū audimus n̄ occides: ſi propterea nō accipius hoc dictum eſſe de frutetis: quia nullus ē eis ſenſus: nec de irrationabilib⁹ animātib⁹: uolatilibus: natatilibus: ābulātibus: reptilibus: q: nulla nobis ratiōe ſociāt̄: quā n̄ eis datū ē nobiſcuꝫ habere cōmunem. Un̄ iuſtiſſima ordinatione creatoris ⁊ uita ⁊ mors eoruꝫ noſtris uſibus ſubditur. Reſtat ut de hoie intelligamus quod dictū eſt non occides. Non alteꝝ ergo: nec te. neq̄ enim qui ſe occidit: aliud q̄ hominē occidit.

De iterfectiōib⁹ hoiuꝫ que ab hōicidij crimine excipiuntur. cap. xxi.

q Uaſdā uero exceptiones eadeꝫ ip̄a diuia fecit auctas: ut n̄ liceat hoiem occidi: ſꝫ his exceptis quos ōs occidi iubet: ſiue data lege ſiue ad pſonam pro tempore expreſſa iuſſiōe. Nō aūt ipſe occidit: qui miniſterium debet iubenti: ſicut adminiculum gladius ē utenti: ⁊ iō nequaq̄ cōtra hoc preceptum fecerunt: quo dictum ē: nō occides qui deo auctore bella geſſeꝛ aut pſonā gerētes publice poteſtatis ſecūdū ei⁹ leges: hoc ē iuſtiſſime rōis imperio ſceleratos morte punierunt. Et abraā n̄ ſolū n̄ ē culpatus crudelitatis crie: uerū etiam laudatus ē noie pietatis: q̄ uoluit filiū nequaq̄ ſcelerate ſꝫ obediēter occidere. Et merito q̄rit̄ utꝝ p̄ iuſſu dei ſit hn̄dum quod iepte filiā que patri occurrit occidit: cū ſe imolaturꝝ deo id uouiſſet: quod redeūti de p̄lio uictori p̄mu⁹ occurriſſet. Nec ſāpſō alit̄ excuſat̄: q̄ ſeipſū cū hoſtib⁹ ruina domus opp̄ſſit: niſi q̄a ſp̄us latent̄ hoc iuſſerat: q̄ per illum miracula faciebat.

Q nūq̄ poſſit mors uolūtaria ad magnitudinē animi ptinere. cap. xxij.

h Is ergo exceptis quos uel lex iuſta generalr̄: l̄ ip̄e fōs iuſticie ōs ſpalr̄ occidi iubet: q̄ſq̄s hominē uł ſeipſū uł quēlibet occiderit: homicidij crimine innectitur. Et quicunq̄ hoc in ſeipſis perpetrauerunt: animi magnitudine fortaſſe mirandi: non ſapientie ſanitate laudandi ſunt: quāq̄ ſi rationē diligētius conſulas: nec ipſa quidē animi magnitudo recte noiat̄: ubi quiſq̄ nō ualēdo tolerare uel q̄q̄ aſpa: uel aliena peccata ſe ipſe interemerit. Magis.n. mēs infirma deprehēditur: que ferre non poteſt uel durā

ſui corporis ſeruitutē:uel ſtultā uulgi opinionem. Maiorqꝫ animus merito dicendus ē:qui uitam erūnoſā magis poteſt ferre ꝙ fugere:⁊ humanum iudicium maximeqꝫ uulgare:qđ plerunqꝫ caligine erroris inuoluitur pre ꝯſcie luce ac puritate contēnere. Quāobrē ſi magno animo fieri putandum eſt: cum ſibi homo ingerit mortē: ille potius theobrot' i hac āimi magnitudie repitur:quē ferūt lecto platonis libro ubi de imortalitate anime diſputauit ſe precipitē dediſſe de muro: atqꝫ ita ex hac uita emigraſſe ad eā quā credidit eē meliorē. Nihil.n.urgebat aut calamitatis aut criminis:ſeu uerū ſeu falſum:qđ nō ualendo ferre ſe auferret:ſed ad capeſcendam mortem atqꝫ ad huius uite ſuauia uicula rūpēda: ſola affuit animi magnitudo. Quod tñ male potius factū eſſe ꝙ bñ teſtis ei potuit eſſe plato ipſe quē legerat: qui profecto id precipue potiſſimūqꝫ feciſſet uel etiā precepiſſet:niſi ea mēte qua imortalitatem anime uidit: nequaꝙ faciendum: q̄netiā prohibēdū eſſe iudicaſſet. At eīm multi ſe iteīmerūt:ne in manus hoſtiū peruenirent: nō modo querimus utrū ſit factum: ſꝫ utꝝ fuerit faciendū. Sana quippe rō etiam exemplis āteponēda eſt: cui quidem ⁊ exempla concordant. ſed illa que tanto digniora ſunt imitatiōe: ꝙto excellentiora pietate. Nō fecerūt patriarche:nō ꝓphete:nō apoſtoli:qꝛ ⁊ ipſe dominus ieſus chriſtus quādo eos qui perſecutionem paterentur:fugere admonuit de ciuitate in ciuitatē: potuit admonere ut ſibi manus inferrent:ne in manus perſequentium peruenirēt. Pōro ſi hoc ille nō iuſſit aut monuit:ut hoc modo ſui ex hac uita emigrarēt:qb' emigrātib' ſe māſiōes etnas ꝑpatuꝝ eē ꝓmiſit: ꝗlꝫ exempla opponāt gētes q̄ ignorāt deū: māifeſtum ē hoc non licere colētibus unū uerum deum.

Quale exēplum ſit catōis: qui ſe uictoriam ceſaris non ferens interemit.capitulum.xxiij.

Sed tñ etiā illi p̄ter lucretiam de qua ſupra ſatis quod uidēbatur diximus:ñ facile repiūt ō cuius auctoritate preſcribāt: niſi illum catonē qui ſe utice occidit:nō qꝛ ſolus id fec: ſed qꝛ uir doctus ⁊ probus habebat: ut merito putaret recte etiā fieri potuiſſe ł poſſe qđ fecit. De cuius facto qđ potiſſimū dicā:niſi ꝙ amici eius ēt docti quidam uiri:qui hoc fieri prudentius diſſuadebant:imbecilliōis ꝙ fortioris animi facinus eſſe cēſuerūt: quo demonſtraret ñ honeſtas turpia precauens:ſꝫ infirmitas aduerſa non ſuſtinēs. Hoc ⁊ ipſe cato in ſuo cariſſimo filio iudicauit. Nam ſi turpe erat ſub uictoria ceſaris uiuere:cur auctor huius turpitudis peior filio fuit: quē de ceſaris benignitate omnia ſperare precepit. Cur non ⁊ illum ſecum coegit ad mortem. Nam ſi cū filium qui cōtra imperiū in hoſtem pugnauerat: etiā uictorē laudabiliter tōquatus occidit:cur uictus uicto filio pepercit cato:qui nō pepcit ſibi? An turpi' erat cōtra ipiū eſſe uictorē:ꝙ cōtra decus ferre uictorē. Nullo mō igit cato t̄pe eē iudicauit ſub uictore ceſare uiuere: alioqn ab hac turpitudie paterno ferro filiū liberaret. Quid ē ergo niſi ꝙ filiū quātū amauit:cui parci a ceſare ⁊ ſpauit ⁊ uoluit:tm̄ glorie ipſius ceſaris:ne ab illo etiam ſibi parceretur: ut ipſe ceſar dixiſſe fertur inuidit:aut ut aliquid nos mitius dicamus erubuit.

Qꝛ in ea uirtute qua regulus catone preſtantior fuit:multo magis emieant chriſtiani.cap.xxiiij.

n Olunt autem iſti contra quos agimus:ut ſanctũ uirꝫ iob q̄ tã horrẽda mala iſua carne perpeti maluit:ꝙ illata ſibi morte oĩbus carere cruciatibus:uel alios ſanctos ex nr̃is litteris ſumma auctoritate celſiſſimiſ fideq̨ digniſſimis:qui captiuitatẽ dominationẽq̨ hoſtium ferre:ꝙ ſibi necem inferre maluerint:catoni preferamus. Sed ex litteris eorum eundem illum marco catoni marcum reguluꝫ preferam⁹. Cato enim nunꝙ ceſarem uicerat cui uictus dedignatus ẽ ſubiici:⁊ ne ſubiiceret̃ a ſeipo elegit occidi. Regulus aũt penos iã uicerat:ipioq̨ romano romanus imperator non ex ciuibus dolendam:ſed ex hoſtib⁹ laudandam uictoriam reportauerat: ab eis tamẽ poſtea uictus maluit eos ferre ſuiendo:ꝙ eis ſe auferre moriẽdo. Proinde ſeruauit ⁊ ſub carthaginẽſium dñatione patientiam:⁊ in romãorum dilectione conſtantiam nec uictũ auferens corpus ab hoſtibus:nec iuictum animum a ciuibus. Nec ꝙ ſe occidere noluit:uite huius amore fecit. hoc probauit cuꝫ cauſa ꝓmiſſi iuriſq̨ iurandi ad eoſdẽ hoſtes:quos grauius in ſenatu uerbis ꝙ i bello armis offẽderat ſine ulla dubitatione remeauit. Tantus itaq̨ uite huius contemptor cũ ſeuiẽtibus hoſtibus per quaſlibet penas eam finire: quã ſe ipſe pimere maluit:magnũ ſcelus eẽ ſi ſe homo interimat proculdubio iudicauit: inter ſuos oĩs laudabiles ⁊ ṽtutũ iſignib⁹ illuſtres uiros nõ ꝓferũt romani meliorem:quem neq̨ felicitas corruperit: nã in tanta uictoia paupim⁹ pmãſit: nec infelicitas fregerit: nam ad tanta exitia reuertit itrepidus. Porro ſi fortiſſimi ⁊ preclariſſimi uiri terrene patrie defenſores:deorũq̨ licet falſorum ñ tñ fallaces cultores: ſed ueraciſſimi etiaꝫ iuratores qui hoſtes uictos more ac iure belli ferire potuerunt:hi ab hoſtibus uicti ſeipſos ferĩ noluerũt: ⁊ cum mortem minime formidarent: uictores tñ dominos ferre ꝙ eaꝫ ſibi inferre maluerunt:quãto magis chriſtiani uerum deũ colentes:⁊ ſupne patrie ſuſpirantes ab hoc facinore temp abũt:ſi eos diuia diſpoſitio uel ꝓbandos uel emẽdandos ad tp̃s hoſtib⁹ ſb iugauerit: quos in illa humilitate nõ deſerit qui ꝓpẽ eos tã humiliter uenit altiſſimus:ꝓſertiꝫ quos nulli⁹ militaris poteſtatis uel talis militie iura cõſtringunt ipſũ hoſtẽ ferre ſuperatum. Quis ergo tam malus error obrepit: ut homo ſe occidat:uel quia in eũ peccauit:uel ne in eum peccet inimic⁹: cũ uel peccatorem uel peccatuꝫ ipſuꝫ occidere non audeat inimicum?

Ꝙ peccatum non per peccatuꝫ debeat declinari.capitulum.xxv.

a T enim timẽdũ ẽ ⁊ cauendũ:ne libidini hoſtili ſubditũ corpus illecebroſa uoluptate aĩmũ alliciat cõſentire peccato. Proide inquiũt nõ iã propter alienũ:ſꝫ ꝓpter ſuum peccatũ anteꝙ hoc quiſq̨ committat ſe debet occidere. Nullo modo quidem hoc faciat animus ut conſentiat libidini carnis ſue aliena libidine concitate:q̄ deo potius eiuſq̨ ſapientie:ꝙ corporis cõcupiſcentie ſubiectus eſt. Ueruntamẽ ſi deteſtabile facinus ⁊ damnabile ſcelus eſt etiam ſeipſum hominem occidere:ſicut ueritas manifeſta ꝓclamat: quis ita deſipiat ut dicat iam nũc peccemus:ne poſtea forte peccemus? Jam nũc ppetremus homicidiũ:ne fõte poſtea incidamus in adulterium. Nõne ſi tantũ dñatur iniquitas:ut ñ innocẽtia ſed potius peccata eligant̃ ſatius ẽ incertum pro futuro adulteriũ:ꝙ certũ de pñti hõicidiũ? Nonne ſatius eſt flagitiũ committere qđ penitẽdo ſanetur:ꝙ tale facinus ubi locus ſalubris

penitentie non relinquitur? Hec dixi propter eos uel eas q̄ non alieni ſed proprij peccati deuitandi cauſa: ne ſb alterius libidie etiā excitate ſue forte conſentiant: uim ſibi qua moriāt infe rendā putant. Ceterum abſit a mente chriſtiana que deo ſuo fidit: i eoq; ſpe poſita eius adiutorio nititur. abſit inq ut mēs talis cuiuſlibet carnis uolup tatib' ad conſenſu; turpitudis cedat. Quod ſi illa cōcupiſcentialr inobediē tia que adhuc in mēbris moribundis habitat: pret noſtre uoluntatis legem quaſi lege ſua mouet: quanto magis abſq; culpa ē in corpōe nō ꝯſentiētis: ſi abſq; culpa eſt i corpore dormiētis.

De his q̄ fieri n̄ l; cū a ſāctis facta noſcunt qua ratione facta credenda ſit cap. xvi.

ſEd quedā inqunt ſancte femie tēpore perſecutionis: ut inſecta tores ſue pudicitie deuitarent in rap turū atq; necatuꝝ ſe fluuiū ꝓiecerūt: eoq; mō defuncte ſunt: earūq; marty ria in catholica eccl'ia ueneratiōe cele berrima frequentant. De his nihil te mere audeo iudicar̄: utrum. n. eccleſie aliquibus fide dignis teſtificatiōibus ut eoꝝ memoriā ſic honoret diuina p ſuaſerit auctoritas neſcio: ⁊ fieri pōt ut ita ſit. Quid ſi enim hoc fecerunt non humanitus decepte: ſ; diuinitus iuſſe: nec errantes: ſ; obedientes: ſicut ð ſampſon aliud nobis fas n̄ ē credē? Cum autem deus iubet: ſeq; iubere ſi ne ullis ambagibus itimat: q̄s obedi entiā in crimē uocet? Quis obſequiu; pietatis accuſet? S; non ideo ſine ſce lere facit quiſquis deo immolare filiū decreuerit. Sed hoc abraā etiam lau dabiliter fecit. Nam ⁊ miles cum obe diens poteſtati ſub qua legitime con ſtitutus eſt hominem occidit: nulla ci uitatis ſue lege reus hōicidij: imo niſi fecerit: reus eſt imperij deſerti atq; cō tempti. Quod ſi ſua ſpōte atq; aucto ritate feciſſet: crimē effuſi hūai ſāguis icidiſſet. Itaq; uñ punit niſi fecit iuſ ſus: ide punieť niſi fecerit iuſſus. Qd ſi ita ē iubēte ipatore: q̄to magis iubē te creatore? Qui ergo audit nō licē ſe occider̄: faciat: ſi iuſſit cuius n̄ l; iuſſa contemnere. Tantūmō uideat utrum diuina iuſſio nullo nutet incerto: nos per aurem conſcientiā conuenimus: occultorum nobis iudicium n̄ uſurpa mus. Nemo ſcit quid agať i homine: niſi ſpiritus hois qui in ipſo eſt: hoc dicimus: hoc aſſerimus: hoc modis omnibus approbamus: neminē ſpon taneā mortē ſibi inferre debere uelut fugiēdo moleſtias tēporales ne icidat in perpetuas. Neminem propter alie na peccata ne hoc ipſo incipiat haber̄ grauiſſimū propriū: quē n̄ polluebat alienum. Neminē ꝓpter ſua peccata preterita: ꝓpter que magis hac uita opus eſt ut poſſint penitendo ſanari. Neminē uelut deſiderio uite melioris que poſt mortē ſperať: q; reos ſue mō tis melior poſt mortem uita non ſu ſcipit.

An ꝓpter peccati declinationē mōs ſpontanea appetenda ſit. cap. xxvij.

rEſtat una cā de qua dicē cepā: q; utile putať ut ſe q̄ſq; iterficiat: ſcilicet ne irruat in peccatū uel blandi ente uoluptate uel dolore ſeuiēte. quā cauſam ſi uoluerimus admittere: eo uſq; progreſſa perueniet ut hortandi ſint hoies tunc ſe potius interimere: cum lauacro ſancte regenerationis abluti: uniuerſoꝝ remiſſionē accepint peccatorum. Tunc enim tempus eſt cauendi omnia futura peccata: cū ſūt omnia deleta preťita. Quod ſi morte ſpōtanea recte fit: cur n̄ tūc potiſſimū fit? Cur baptizatus ſibi quiſq; parcit?

Cur liberatũ caput tot rurſus uite huius periculis inſerit:cum ſit facillime poteſtatis illata ſibi nece oia deuitaī: cum ſcriptum ſit:qui amat periculuʒ icidit in illud. Cur ergo amantur tot ⁊ tanta pericula:uel certe etiaʒ ſi non amant̄ ſuſcipiuntur:cur manet in hac uita cui abſcedere licitũ eſt? An uero tā inſulſa peruerſitas cor euertit ⁊ a conſideratiōe ueritatis auerti: ut ſi ſe quiſq; interimere debet:ne uni⁹ captiuantis dñatu corruat in peccatum:uiuendum ſibi exiſtiet: ut ipſum ꝑferat mundum per omnes horas tentationibus plenum ⁊ talibus qualis ſub uno domino formidatur:⁊ innumerabilibus ceteris:ſine quibus hec uita non ducit̄? Quid igit̄ cauſe eſt cur in eis exhortationibus tempora ꝯſumamus:quibus baptizatos alloquendo ſtudemus accendere:ſiue ad uirgialeʒ integritatem:ſiue ad continentiam uidualem:ſiue ad ipſam thori coniugal' fidem:cum habeamus meliora ⁊ ab omnibus peccandi periculis rēota cōpēdia:ut q̄buſcũq; poſt remiſſionem recentiſſimam peccatoꝝ: arripiendaʒ mortē ſibiq; ingerendam perſuadere potuerimus eos ad dominũ ſaniores purioreſq; mittamus? Porro ſi q̄ſq; hoc aggrediendum atq; ꝑſuadenduʒ putat:ñ dico deſipit ſʒ inſanit. Qua tandeʒ fronte homini dicit:iterfice te: ne puis tuis peccatis adq̄cias grauī⁹: dum uiuis ſub dño barbaris morib⁹ impudico:qui non poteſt niſi ſceleratiſſime dicere. Interfice te peccatis tuis oibus abſolutis:ne rurſus talia ul' etiam peiora committas dum uiuis i mundo tot impuris uoluptatibus illecebroſo:tot nefandis crudelitatib⁹ furioſo tot erroribus ⁊ terrorib⁹ inimico. Hoc q: nefas eſt dicere:nefas ē ꝑfecto ſe occidere. Nā ſi hoc ſponte faciendi ulla cā iuſta eſſe poſſet:ꝑcul dubio iuſtior q̄ ista ñ eſſet: quia uero nec iſta ē:ergo nulla eſt. Nō itaq; uobis o fideles chriſti ſit tedio uita uña: ſi ludibrio fuit hoſtib⁹ caſtitas uña:habetis magnā uerāq; conſolationeʒ:ſi fidā ꝯſciētiā ̄ітіеtis ñ uos ꝯſēſiſſe peccatis eoꝝ q̄ i uos peccaī ꝑmiſſi ſũt.

Qđ iudicio dei i corpōe ꝯtiētiũ libido hoſtil' peccaī ꝑmiſſa ſit ca.xxviij.

q Uod ſi forte cur ꝑmiſſi ſũt querītis : alta q̄dē ē ꝓuidētia creatoris mundi atq; rectoris:⁊ iſcrutabilia ſũt iudicia ei⁹:⁊ inueſtigabiles uie eius. Uerūtñ iterrogate fideliť aīas ueſtras:ne forte đ iſto itegritatis ⁊ cōtinentie uel pudicitie bono uos iflati⁹ extuliſtis:⁊ humanis laudibus delectate in hoc etiam aliquibus iuidiſtis. Non accuſo quod neſcio : nec audio quod uobis inīrogata corda uña reſpondent:tñ ſi ita eſſe reſponderint:nolite mirari hoc uos āmiſiſſe:unde hominibus placere geſtiſtis:illud uobis remanſiſſe quod oſtendi hoibus ñ pōt. Si peccantibus nō conſenſiſtis : diuine gratie ne āmitteretur diuinũ acceſſit auxiliũ:humane glorie ne amaret̄ humanũ ſucceſſit obprobriũ.i utroq; cōſolamini puſillamines illinc ꝓbate hinc caſtigate illinc iuſtificate hic emīdate. Quarum uero corda iīrogata reſpōdent nunq̄ ſe de bono ꝟgitatis uel uiduitatis uel cōiugalis pudicitie ſuperbiſſe:ſed humilib⁹ ꝯſentiendo đ dono dei cum tremore exultaſſe: nec inuidiſſe cuiq̄ paris excellētiā ſāctitatis ⁊ caſtitatis:ſʒ humana laude poſt poſita:que tanto maior deferri ſolet: quāto ē bonũ rarius qđ exigit laudeʒ optaſſe potius:ut eaꝝ āplior nũerus eſſet:q̄ ut ipſe in paucitate amplius eminerent. Nec iſte quidē q̄ tales ſũt: ſi eaꝝ quoq; aliquas barbarica libido cōpſſit:ꝑmiſſum hoc eſſe cauſent̄: nec ideo credant deum iſta negligere

quia ꝑmittit quod nēo īpune com/
mittit. Quedam enim ueluti pōdera
malaꝝ cupiditatū: ⁊ per occultū diui/
num preſens iudicium relaxantur: ⁊
manifeſto ultio reſeruanť. Foꝛtaſſis
aūt iſte que bñ ſibi ſunt conſcie nō ſe
ex iſto caſtitatis bono coꝛ inflatum ex
tuliſſe: ⁊ tamen uim hoſtilem in caꝛne
perpeſſe ſunt: habebant aliquid laten
tis infirmitatis: que poſſent in ſuper/
bie faſtū ſi hanc humilitatē ī uaſtatio
ne illa euaſiſſet extolli. Sicut ergo q̄/
dam moꝛte rapti ſunt: ne malicia mu/
taret intellectum eoꝛum: ita quiddam
ab iſtis ui raptū ē: ne proſꝑitas muta
ret modeſtiam earum. Utriſq₃ igitur
que de carne ſua ꝙ turpē nulli⁹ eſſent
ꝑpeſſe cōtactum: uel iā ſuperbiebant:
uel ſuperbire: ſi nec hoſtiū uiolētia cō
trectate eſſent foꝛſitā poterant: non a/
blata ē caſtitas: ſ₃ humilitas ꝑſuaſa.
Illaꝝ tumoꝛi occurſum eſt manenti:
iſtarum occurſū eſt imminēti. Quāq̄
⁊ illud ñ ſit tacendum: ꝙ quibuſdam
que iſta perpeſſe ſunt: potuit uideri cō
tinentie bonum in bonis coꝛporalib⁹
deputandum: ⁊ tunc manere ſi nulli⁹
libidine coꝛp⁹ attrectareť: non autem
eſſe poſitum in ſolo adiuto diuinitus
roboꝛe uoluntatis: ut ſit ſctū ⁊ coꝛp⁹
⁊ ſpiritus: nec tale bonū eſſe ꝙ inuito
aīo poſſit auferri: qui errō eis foꝛtaſſe
ſublatus ē. Cum.n.cogitant qua con/
ſciētia deo ſeruierit: ⁊ fide inconcuſſa
non de illo ſentiunt ꝙ ita ſibi ſeruien/
tes: eumq₃ ita inuocantes deſerere ul
lo modo potuerit: quātūcūq₃ illi caſti
tas placeat dubitare non poſſunt. ui/
dent eſſe conſequens nequaq̄ illū fu/
iſſe ꝑmiſſuꝛ: ut hec acciderent ſctis
ſuis: ſi eo mō perire poſſet ſanctitas:
quā cōtulit eis ⁊ diligit in eis.

Quid fāilia chriſti ꝛñdē ōbeat īfidli
b⁹ cū exprobrāt ꝙ eaꝫ a furoꝛe hoſtiū
non liberauerit chꝛiſtus.cap.xxix.

b Abet itaq₃ oīs familia ſūmi ⁊
ueri dei conſolationē ſuā nō fal
lacē: nec in ſpe rerum nutantium uel
labentium conſtitutam: uitāq₃ etiam
ipſam tēporalem minime penitendam:
ī qua eruditur ad eternam: boniſq₃ t̄/
renis tanq̄ peregrina utiť nec capiť:
malis autē probatur aut emendatur.
Illi uo qui probitati eius inſultant:
eiq₃ dñt cū foꝛte in aliqua tēporalia
mala deuenerit: ubi eſt deus tuus? Ip
ſi dicant: ubi ſunt dij eoꝝ: cū talia pa/
tianť pro q̄bus euitandis eos uel co/
lunt uel colendos eſſe contendūt? Nā
iſta reſpōdet: deus meus ubiq₃ pñs ē
ubiq₃ totus: nuſq̄ incluſus: qui poſſit
adeſſe ſecretus abeſſe ñ mot⁹. Ille cuꝫ
me aduerſis reb⁹ exagitat: aut merita
examinat: aut peccata caſtigat: merce/
demq₃ mihi eternā pro toleratis pie
malis tempalibus ſeruat. Uos autēꝫ
qui eſtis cum quibus loq̄ dignum ſit
ſaltem de dijs ueſtris: q̄to magis de
deo meo: q̄ terribilis eſt ſupeꝛ omnes
deos: qm̄ oēs dij gentium demonia:
dominus autem celos fecit. Si naſica
ille ſcipio quondam pontifex uiueret:
quē ſub terroꝛe belli punici in ſuſcipiē
dis phꝛygijs ſacris cum uir optimus
quereretur uniuerſus ſenatus elegit:
cuius os foꝛtaſſe non auderetis aſpi/
cere: ipſe uos ab hac impudentia co/
hiberet.

Quaꝫ pudendis proſperitatibus
affluere uelint: q̄ de chꝛiſtianis tēpib⁹
conqueruntur.cap.xxx.

c Ur eīm afflicti rebus aduerſis
ð tpoꝛib⁹ q̄rimini chꝛiſtiāis: niſi
qꝛ uīam luxuriā cupitis hēe ſecuram:
⁊ perditiſſimis moꝛibus remota om/
ni moleſtiarum aſperitate diffluere?
Neq₃.n.propterea cupitis hēe pacem
⁊ ōni genere copiaꝝ abūdare: ut his
bōis honeſte utamini: hoc ē modeſte:

ſobrie: tēꝑanter: pie: ſed ut infinita uarietas uoluptatum inſanis effuſioib⁹ exquiratur: ſecundiſq; rebus ea mala orianť in moribus: que ſeuientibus peiōa ſunt hoſtibus. At ille ſcipio pōtifex maximus ueſter: ille iudicio toti⁹ ſenatus uir optimus iſtā uobis metuens calamitatem nolebat emulā tūc impij romani carthaginem dirui: ⁊ decernenti ut dirueretur contradicebat catoni: timens infirmis animis hoſtē ſecuritatem: ⁊ tanquam pupillis ciuibus idoneum tutorem neceſſariū uidēs eſſe terrorem. Nec eū ſententia fefellit: re ipſa probatum eſt ꝙ uerum diceret. Deleta quippe carthagine magno. ſ. terrore romane reipublice ꝓpulſo ⁊ extincto: tanta de rebus ꝓſperis orta mala continuo ſubſecuta ſunt: ut corrupta diruptaq; concordia prius ſeuis cruentiſq; ſeditionibus: deinde mox malaꝝ connexione cauſarū: bellis etiā ciuilibus tante ſtrages ederēť: tantus ſanguis effunderetť: tanta cupiditate proſcriptionum ac rapinarum ferueret imanitas: ut romani illi q̄ uita integriore mala metuebant ab hoſtibus perdita integritate uite crudeliora paterēť a ciuibus: eaq; ipſa libido dn̄andi: que iter alia uicia generis humani imoderatior ierat uniūſo poplo romano: poſtea ꝙ in paucis potentioribus uicit: obtritos fatigatoſq; ceteros etiam iugo ſeruitutis oppreſſit.

Quib⁹ uicioꝝ gradib⁹ aucta ſit in romanis cupido regnandi. capitulū xxxi.

n Am qn̄ illa q̄ſcēt i ſupbiſſimiſ mentibus: donec cōtinuatis honoribus ad poteſtatē regiā pueniret ambitio: Honorum porro continuandoꝝ facultas nō eſſet: niſi ambitio ꝑualeret. minime aūt ꝑualeret ābitio: niſi in populo auaricia: luxuriaq; corrupto. Auarus uero luxurioſuſq; popl's ſecūdis rebus effectus ē: quas naſica ille prudentiſſime cauendas eſſe cenſebat: qn̄ ciuitatē hoſtium maxiā fortiſſimam opulentiſſimamq; nolebat auferri. Ut timore libido premēť: libido preſſa nō luxuriaretur: luxuriaq; cohibita nec auaricia graſſaretur. quibus uitijs obſeratis ciuitati utilis uirtus floreret ⁊ creſceret: eiq; uirtuti libertas congrua permaneret. Hic ēt erat: ⁊ ex hac ꝓuidentiſſima p̄rie caritate ueniebat: ꝙ idem ipſe ur pontifex maximus a ſenatu tp̄is illius qd ſepe dictum eſt electus: ſine ulla ſententiaꝝ diſcretione uir optimus. caueam theatri ſenatū cūſtruere molientē ab hac diſpoſitione ⁊ cupiditate compeſcuit: perſuaſitq; oratione grauiſſima: ne grecā luxuriam uirilibus patrie moribus paterentur obrepere: ⁊ ad ꝟtutē labefactandam eneruandāq; romanā peregrie conſentire nequitie: tantūq; auctē ualuit: ut ꝟbis eius cōmota ſēatoria prouidentia: etiam ſubſellia quibus ad horam congeſtis in ludorum ſpectaculo iā uti ciuitas ceperat: deinceps prohiberet apponi. Quāto ſtudio iſte ab urbe roma ludos ipos ſcenicos abſtuliſſet: ſi auctoritati eorum quos dos putabat reſiſtē audēt: quos eē noxios demōes n̄ intelligebat: aut ſi itelligebat: placandos etiam ipſe potius ꝙ contēnēdos deos exiſtimabat. Nondum enim fuerat declarata gentibus ſuperna doctrina: que fide cor mundans ad celeſtia uel ſuperceleſtia capeſcenda humili pietate humanū mutaret affectum: ⁊ a dn̄atu ſupboꝝ demonum liberaret.

De ſcenicorum inſtitutione ludorum. cap. xxxij.

u Erūtn̄ ſcitote q̄ iſta neſcitis ⁊ q̄ uos iſta neſcire diſſimulatis ad

uertite:q̄ aduerſus liberatorē a talib⁹ dn̄is murmuratis ludi ſcenici ſpectacula:turpitudinū ꝛ licentia uanitatuꝫ non hominum uitijs: ſed deorum ueſtroꝝ iuſſis rome iſtituta ſunt. Tolerabilius diuos honōes deferretis illi ſcipiōi:ꝙ deos eiuſmodi colētis.neqꝫ eiꝫ erāt illi dij ſuo pōtifice meliores. Ecce attēdite ſi mēs tā diu potatis erroribus ebria uos aliquid ſanū ꝯſiderare ꝑmittit. Dij ꝓpt̄ ſedādā corporū peſtilentiam ludos ſibi ſcenicos exhiberi iubebant.pōtifex aūt ueſter ꝓpt̄ aīoꝝ cauendam peſtilentiam ipſam ſcenā conſtrui prohibebat.Si aliqua luce mentis animum corpori preponitis:eligite quem colatis. Neqꝫ enim ꝛ illa corpoꝝ peſtilentia ideo conquieuit:quia populo bellicoſo ꝛ ſol̄ antea ludis circēſibus aſſueto ludoꝝ ſcenicoꝝ delicata ſubintrauit inſania: ſed aſtutia ſpirituū nefandoꝝ preuidens illā peſtilentiā iā fine ōbito ceſſaturā: aliam longe grauiorem qua plurimū gaudet:ex hac occaſione n̄ corpibus: ſꝫ morib⁹ curauit immittere: que aīas miſeroꝝ tātis obcecauit tenebris:tanta deformitate fedauit:ut etiaꝫ modo qḋ incredibile forſitan erit:ſi a noſtris poſteris audietur rōana urbe uaſtata: quos peſtilentia illa poſſedit:atqꝫ ide fugientes carthagīnē puenire potuerunt in theatris quotidie certatiꝫ pro hiſtrionibus inſanirent.

De uitijs romanoꝝ:quos patrie n̄ correxit euerſio.cap.xxxiij.

O Mētes amētes: qs ē hic tātus n̄ error ſed furor:ut exitiū uēm ſicut audiuimus plāgētib⁹ oriētalib⁹ populis:ꝛ maximis ciuitatibus in remotiſſimis terris publicū luctū mērorēqꝫ ducentibus:uos theatra quereretis:intraretis: impleretis : ꝛ multo inſaniora ꝙ fuerant antea faceretis: hanc aīoꝝ labeꝫ ac peſtem: hanc ꝓbitatis ꝛ honeſtatis euerſionem uobis ſcipio ille metuebat : qn̄ cōſtrui theatra ꝓhibebat:quando rebus ꝓſperis uos facile corrumpi atqꝫ euerti poſſe cernebat:quādo uos ab hoſtili trore ſecuros eſſe nolebat.Neqꝫ eiꝫ cēſebat ille felicem eſſe remp. ſtantibus menibus:ruentibus morib⁹: ſed in uobis plus ualuit:ꝙ demones impij ſeduxerūt:ꝙ ꝙ hoīes prouidi precauerunt. Hic ē ꝙ mala q̄ facitis uobis iputare nō uultis.mala vō que patimini chriſtianis tēporibus imputatis.neqꝫ eīm ē in ur̄a ſecuritate pacatā remp. ſꝫ luxuriam queritis impunitam:q̄ deprauati reb⁹ ꝓſperis:nec corrigi potuiſtis aduerſis.Uolebat uos ille ſcipio terreri ab hoſte:ne in luxuriaꝫ flueretis: uos nec contriti ab hoſte luxuriam repreſſiſtis: perdidiſtis utilitatem calamitatis:ꝛ miſerrimi facti eſtis:ꝛ peſſimi permanſiſtis.

De clementia dei que urbis excidium temperauit.cap.xxxiiij.

poral' fine metiūt':⁊ illā p ſeipſā putāt
appetēdā:iſtas ꝓpt' ipſā:tabulā q̄da;
v̇bis pingere:ubi uoluptas in ſella re
gali:quaſi delicata quedā regina cōſi
deat : eiq; v̇tutes famule ſb̄ȳciāt':obſ
uantes eius nutum : ut faciāt qȯ illa
imperauerit. Que prudētie iubeat:ut
diligēt' inquirat qūo voluptas regnet
⁊ ſalua ſit. Juſtitie iubeat:ut p̄ſtet bn̄-
ficia:q̄ poteſt ad comparandas amici
tias corporalibus cōmodis neceſſari-
as:nulli faciat iniuriam:ne offenſis le
gibus voluptas uiuer' ſecure n̄ poſſit.
Fortitudini iubeat:ut ſi dolor cōrpori
acciderit qui n̄ cōpellat i mortē:teneat
dominā ſuam id eſt voluptate; fortit'
in animi cogitatione : ut p p̄ſtinarum
deliciarum ſuarum recordationē miti
get pn̄tis doloris aculeos. Tēpātie iu
beat:ut tantū capiat alimtoꝝ:⁊ ſiqua
delectant:ne per īmoderationē noxiū
aliquid valitudinē turbet:⁊ voluptas
quam etia; in corporis ſanitate epicu-
rei maximā ponunt grauiter offēdat'.
Ita v̇tutes cum tota ſue gl'ie dignita-
te:tanq̄ imperioſe cuidā etiā inhone-
ſte muliercule ſuiēt voluptati . Nihil
hac pictura dicūt eſſe ignominioſius
⁊ deformius:⁊ quod minus bonoru;
ferre poſſit aſpectus:⁊ v̇um dicūt. S;
non exiſtio ſatis debiti decoris eē pic-
turam:ſi etiam talis fingatur:ubi v̇tu
tes hūane gl'ie ſeruiant. l;.n.iſta gl'ia
delicata mulier' non ſit:inflata tn̄ eſt ⁊
multū ianitatis hēt. Un̄ non ei digne
ſuit ſoliditas quedam firmitaſq; v̇tū
tum : ut nihil prouideat prudentia:
nihil diſtribuat iuſtitia : nihil toleret
fortitudo:nihil temperātia modere t':
niſi unde placeat' hoībus:⁊ uētoſe glo
rie ſeruiatur. Nec illi'ſe ab iſta defēde
runt feditate: q̄ cū aliēa ſp̄nāt iudicia
uelut glorie contemptores:ſibi ſapien
tes uidēt' ⁊ ſibi placēt. Nam eorū uir-
tus ſi tam̄ ulla eſt:alio modo quoda;
humane ſb̄ditūr laudi. Neq; ei; ipſe
qui ſibi placet homo non ē. Qui aūt
uera pietate in deum quem diligit cre
dit ⁊ ſp̄at:plus itendit i ea i quibus ſi
bi diſplic;:q̄ in ea ſiqua i illo ſūt:que
non tam ipſi q̄ ueritati placent. Neq;
id tribuit unde iam poteſt placē : niſi
eius miſericordie cu; metuit diſplicē:
de his ſanatis gratias agēs de illis ſa
nandis preces fundens.

Rōanū ȓgnū a d̄o v̇o eē diſpoſitū:
a quo ē oīs p̄tas:⁊ cuiuſ ꝓuidētia ȓgū
tur uniuerſa.cap.xxi.

q Ue cū ita ſint:nō t̄buam' dādi
regni atq; imperȳ poteſtatem:
niſi deo uero qui dat felicitatē i regno
celoꝝ:non niſi ſol' pȳs.regnū v̇o terre
num ⁊ pȳs ⁊ impȳs ſicut ei placet cui
nihil iiuſte placet. Quāuis.n.aliquid
dixerius qȯ aptū nobis eē uoluit : tn̄
multū eſt ad nos ⁊ ualde ſup̄at uires
noſtras hominum occulta diſcutere:
⁊ liquido examine merita diiudicare
regnorum. Ille igitur unus uerus de-
us:qui nec iudicio nec adiutorio deſe-
rit genus humanum quando uoluit
⁊ quantum uoluit romanis regnum
dedit:qui dedit aſſyrȳs uel etiam per-
ſis:a quibus ſolos duos deos coli: u-
num bonum:alterum malum conti-
nent littere iſtorum:ut tacea; de popu
lo hebreo de quo iam dixi quantum
ſatis uiſum eſt:qui preter unum deu;
non coluit ⁊ quando regnauit:q̄ ergo
perſis dedit ſegetes ſine cultu dee ſege
tie:qui alia dōa t̄raꝝ ſine cultu tot de
oꝝ:quos iſti reb' ſingl'is ſingl'os:l' ēt
ſingl'is ȓb' pl'es p̄poſuerꝝ:ipe ēt ȓgnū

dedit ſine cultu eoꝝ: p quoꝝ cultū ſe iſti regnaſſe crediderunt. Sic etiam hoibus qui mario: ipſe caio ceſari: q̄ auguſto: ipſe ⁊ neroni: qui ueſpaſiāis uel patri uel filio ſuauiſſimis impatoribus: ipſe ⁊ crudeliſſimo domiciano. Et ne p ſinglos ire neceſſe ſit: qui conſtantino chriſtiano: ipſe apoſtate iuliano: cuius egregiam iīolē decepit āore dominandi ſacrilega ⁊ deteſtanda curioſitas: cuius uanis deditus oracul' erat: quāo fretus ſecuritate uictōie: naues quibus uictus neceſſarius portabatur incendit. Deinde feruide iſtāo īmodicis auſibus: ⁊ mox merito temeritatis occiſus in locis hoſtilibus egenum reliquit exercitum: ut alit' ide nō poſſet euadi: niſi ꝯ ill'd auſpiciū dei termini de quo ſuperiore libro diximus rōani impiȷ termini mouerent'. Ceſſit eīm terminus ōs neceſſitati: q̄ non ceſſerat ioui. Hec plane unus de' ⁊ uerus regit ⁊ gubernat ut placet. Et ſi occultis cauſis ⁊ nunquid iniuſtis?

Tempora exituſq; belloꝝ ex dei pēdere iudicio. cap. xxij.

Ic ēt tpa ipſa belloꝝ: ſicut i ei' arbitrio eſt iuſtoq; iudicio ⁊ miſericordia: uel atterere uel cōſolari genus humanū: ⁊ alia citius: alia tardi' finiant' bellū piratāꝝ a pōpeio: belluȝ punicum tertium a ſcipiōe incredibili celeritate ⁊ temporis breuitate ꝯfecta ſunt. Bellum q̄ꝫ fugitiuoꝝ gladiatoꝝ q̄uis multis rōanis ducib' ⁊ duobuſ conſulibus uictis: italiaq; horribiliter contrita atq; uaſtata: tertio tam̄ anno poſt multa conſumpta ꝯſumptum ē. Picentes: marſi: ⁊ peligni gentes non exterae ſed italicae p' diuturnā ⁊ deuotiſſimam ſub rōano iugo ſuitutē i libertatē caput erigē tentauerūt: iā m'tis natiōib' rōano ipio ſbiugatis deletaq; carthagie. In quo bello italico rōanis ſepiſſime uictis: ubi ⁊ duo cōſules perierunt: ⁊ aliȷ nobiliſſimi ſenatores: nō diuturno tn̄ tpe tractū ē hoc malum. Nam quintus ei annus fineȝ dedit: ſed bellum punicū ſecūdū cum maxis detrimentis ⁊ calamitate reip. per annos decem ⁊ octo rōanas uireſ extenuauit ⁊ pene conſumpſit: in duobus preliȷs ferme. lxx. rōanoꝝ milia occiderunt. Bellum punicum primuȝ p. xx. ⁊ tres annos pactum eſt. Belluȝ mitridaticū xl. annis. Ac ne q̄ſq; arbitret' rudimēta rōanoꝝ fuiſſe fōtiōa ad bella citius pagenda: ſupiorib' tpibuſ multum i omni vtute laudatis: belluȝ ſamniticum annis tractum eſt ferme quinquagīta: in quo bello ita romani uicti ſunt: ut ſb iugum etiam mitterētur. Sed quia non diligebant glīam propter iuſtitiā: ſed iuſtitiam propter glīam diligere uidebantur: pacē factā feduſq; ruperunt. Hec iō cōmemoro: quoniam multi preteritaruȝ reꝝ ignari: quidam etiam diſſimulatores ſue ſcie: ſi temporibuſ chriſtianis aliquod bellū paulo diutius trahi uident: ilico in noſtram religionem proteruiſſime inſiliunt: exclamantes q̄ ſi illa nō eſſ; ⁊ uetere ritu numina colerentur: iam rōana illa uirtute q̄ue adiuuante marte ⁊ bellōa tāta celeriter bella cōfecit: id quoq; celerrime finiretur. Recolāt igit' qui legerunt: q̄ diuturna bella: q̄ uariȷs euentibus: q̄ luctuoſis cladibuſ a ueteribus ſint geſta rōanis: ſicut ſolet orbis terraruȝ uelut pcelloſiſſimū pelagus uaria talium maloꝝ tēpeſtate iactari: ⁊ quod nolunt aliq̄n fateāt': nec inſanis aduerſus deum linguis ſe interimāt: ⁊ decipiant imperitos.

De bello in quo rhadagayſus rex gotthoꝝ demonū cultor uno die cuȝ īgētib' copiȷs ſuis uict' eſt. capituluȝ xxiij.

q Uod tñ nŕa mẽoria recẽtiſſimo tp̃e ōs mirabl'r ⁊ miſericorditer fecit: non cum grãꝝ actione cõmemorant: ſed quantum in ipſis eſt omniuʒ ſi fieri poteſt hominuʒ obliuione ſepelire conant̃. Quod a nobis ſi tacebit: ſimiliter erimus ingrati. Cum rhadagayſus rex gotthoꝝ agmĩe ingenti ẽt īmani iam in urbis uicinia cõſtitutuſ: romanis ceruicibus imineret: uno die tanta celeritate ſic uictus ẽ: ut ne uno q̄dẽ ñ dicam extincto ſʒ uulnerato romanoꝝ: multo ãplius q̃ cẽtũ miliũ prosterneret̃ eius exercitus: atq̧ ipſe cum filiĳs mox captus pẽa debita necaret̃. Nã ſi ille ipꝰ cũ tãtis ⁊ tã ipĳs copĳs romã fuiſſet ĩgreſſus: cui pepciſſet? Quibꝰ honorẽ locis martyruʒ detuliſſet? In qua pſona deũ timeret? Cuius non ſanguinem effuſum: cuiuſ pudicitiam uellet intactã? Quas autẽ iſti ꝓ dĳs ſuis uoces haberent: quãta inſultatione iactarent: q̃ iõ ille uiciſſʒ: iõ tãto potuiſſet: quia quotidianis ſacrificĳs placabat atq̧ ĩuitabat deos: quod romanos facẽ chriſtiana religio non ſinebat? Nam ꝓpinquãte iaʒ illo his locis ubi nutu ſumme maieſtatis oppreſſus eſt: cuʒ eius fama ubiq̧ crebeſceret: nobis apȯ carthaginem dicebatur: hoc credẽ: ſpgẽ: iactare pagãoſ: q̃ ille dĳs amicis ꝓtegentibꝰ ⁊ opitulantibus quibꝰ imolare quotidie fere rebat̃: uinci oĩo nõ poſſet ab eis: qui talia dĳs rõanis ſacra nõ facerẽt: nec fieri a quoq̃ pmitterent. Et nõ agũt miſeri grãs tante miſericordie dei: qui cũ ſtatuiſſet irruptione barbarica grauiore dignos mores hominũ caſtigari: indignationẽ ſuam tanta manſuetudine tempauit: ut illũ p̄mo faceret mirabl'iter uinci: ne ad infirmoꝝ animos euertendos gloria daret̃ demonibus: quibus eum ſupplicare cõſtabat. Deinde cũ ab his barbaris roma caperet̃: qui contra omneʒ ꝯſuetudinẽ belloꝝ añ geſtoꝝ ad loca ſancta confugiẽtes chriſtiane religiõis reuerentia tuerent̃: ipſiſq̧ demonibꝰ atq̧ ĩpioꝝ ſacrificiorũm ritibus: de quibus ille pſũpſerat ſic aduerſarent̃ pro noĩe chriſtiano: ut longe atrocius bellum cum eis q̃ cuʒ hoĩbꝰ gerere uiderent̃: ita uerus dominus gubernator q̧ rerũ ⁊ romãos cuʒ miſericordia flagellauit: ⁊ tñ ĩcredibiliter uictis ſupplicatoribꝰ demonũ nec ſaluti rerũ preſentium neceſſaria eẽ ſacrificia illa monſtrauit: ut ab his q̄ nõ puicaciter cõtendũt ſʒ prudent̃ attendũt: nec propter p̃ntes neceſſitates religio uera deſeratur: ⁊ magis eterne uite fideliſſima expectatiõe teneatur.

Que ſit chriſtianoꝝ imperatoꝝ ⁊ q̃uera felicitas. cap. xxiiĳ.

n Eq̧ eiʒ nos chriſtiãos quoſdã ĩpatores iõ felices dicimuſ: quia uel diutiꝰ ĩparũt: uel ĩpãtes filios mõte placida reliquerũt: uel hoſtes reip. domuerunt: uel inimicos ciues aduerſus ſe inſurgentes ⁊ cauere ⁊ oppmẽ potuerunt. Hec ⁊ alia uite huius erũnoſe uel munera uel ſolacia: quidã ẽt cultores demonum accipe meruerũt: qui non ptinent ad regnuʒ dei quo ptinent iſti: ⁊ hoc ipſius mĩa factũ ẽ: ne ab illo iſta qui in eũ crederẽt uelut ſũma bona deſiderarent. Sʒ felices eos dicimus: ſi iuſte impãt: ſi iter linguas ſublimiter honorantiũ: ⁊ obſeq̄a nimiſ humiliter ſalutantiũ non extolluntur ſʒ ſe hoĩes eſſe memierũt: ſi ſuã ptateʒ ad dei cultum maxĩe dilatandũ maieſtati eius famulam faciunt: ſi deum timent diligunt ⁊ colunt: ſi plus amãt illud regnũ ubi nõ timẽt hĩc cõſortes: ſi tardius uindicãt facile ĩgnoſcunt: ſi eandem vĩdictã ꝓ neceſſitate regende tuendeq̧ reip. non pro ſaturandis inimiciciaꝝ odĳs exerũt: ſi candẽ ueniaʒ non ad impunitatem iniquitatis: ſed

ad ſpem correctionis indulgent: ſi qđ aſpere cogũtur plerũq; decernere: miſericordie lenitate ⁊ bñficiorꝝ largitate compenſant: ſi luxuria tanto eis eſt caſtigatiõ q̃to poſſet eſſe liberior: ſi malũt cupiditatibus prauis q̃ q̃buſlibet gentibus iperare. Et ſi hec omnia faciunt nõ propter ardorẽ ianis glĩe: ſed caritatẽ felicitatis etne: ſi pro ſuis peccatis hũilitatis ⁊ miſeratiõis ⁊ orõnis ſacrificium deo ſuo võ imolare ñ negligunt. Tales chriſtiãos ipatores dicimus eẽ felices iteri ſpe: poſtea re ipa futuros: cũ id qđ expoſcius aduenerit.

De ꝓſpitatibꝰ quas ꝯſtãtio ipatori chriſtiano deus contulit. cap. xxv.

n Am bonꝰ ds ne hoics q̃ eũ crederẽt ꝓpẽ etnã uitã colẽdũ: has ſublimitates ⁊ regna trena exiſtiarẽt poſſe neiẽ conſeq;: niſi dẽonibꝰ ſupplicaret: qđ hi ſps i talibꝰ multũ valẽt: ꝯſtãtinũ ipatorẽ ñ ſupplicãtẽ dẽonibꝰ: ſed ipſũ vũ deũ colentẽ tantis terrẽis impleuit muneribꝰ: q̃ta optare nullus auderet. Cui ẽt condere ciuitatem rõano imperio ſociã; velut ipiꝰ rõe filiã: ſed ſine aliquo demonum templo ſimulacroq; conceſſit. Diu ipauit: uniuſum orbem romanũ unus auguſtꝰ tenuit ⁊ defendit: i admiſtrandis ⁊ gerẽdis bellis uictorioſiſſimus fuit: in tyrãnis opp̃mendis per oia ꝓſperatus ẽ. Grandeuus egritudine ⁊ ſenectute defunctus eſt: filios impantes reliquit. Sed rurſus ne imperator quiſq̃ ideo chriſtianus eſſet: ut felicitatẽ conſtantini mereretur: cum propter uitã eternam quiſq; debeat eſſe chriſtianus: iouinianum multo citius q̃ iulianu; abſtulit: gratianum ferro tyrannico pmiſit interimi. Longe quidem mitius q̃ magnum pompeiũ colentẽ uidel; rõanos deos. Nam ille uindicari a catõe ⁊ potuit: quem ciuilis belli quodãmõ heredem reliquerat: iſte autem quãuis pie anime ſolacia talia nõ reqrãt: a theodoſio uindicatus eſt: quem regni participem fecerat: cum paruulu; haberet ⁊ fratrem: auidior fide ſocietatis q̃ nimie poteſtatis.

De fide ⁊ pietate theodoſij auguſti cap. xxvi.

u Nde ⁊ ille ñ ſolum uiuo ſuauit quã debebat fidem: uerꝫ ẽt poſt eius mortẽ pulſũ ab eius interfectore maximo ualentinianum eius puulu; frãtrẽ in ſui partes iperij tãq̃ chriſtianus excepit pupillum: paterno cuſtodiuit affectu: quẽ deſtitutum omnibꝰ opibus nullo negocio poſſet auferre: ſi latius regnandi cupiditate magis q̃ bñfaciendi caritate flagraret. Uñ potius eu; ſeruata eius impatoria dignitate ſuſceptu;: ipſa humanitate ⁊ gr̃a conſolatus ẽ. Deinde cu; maximus t̃ribiles faceret illi ſucceſſus: hic in anguſtijs curarum ſuarꝫ nõ ẽ lapſus ad curioſitates ſacrilegas atq; illicitas: ſed ad ioannem in egypti heremo conſtitutum: quem dei ſeruũ ꝓphetandi ſpiritu preditum fama crebeſcente didicerat miſit: atq; ab eo nuntiũ uictorie certiſſimum accepit. Mox tyranni maximi extinctor: valẽtinianu; puerũ impij ſui ptibus unde fugatus fuerat cum miſericordiſſima ueneratione reſtituit: eoq; ſiue p inſidias: ſiue quo alio pacto uel caſu proxime extincto: alium tyrannum eugeniũ: qui in illius impatoris locum non legitime fuerat ſubrogatus: accepto rurſus prophetico reſponſo fide certus opp̃ſſit: contra cuius robuſtiſſimũ exercitũ magis orãdo q̃ feriendo pugnauit. Milites nobis qui aderant retulerunt: extorta ſibi eſſe de mãibꝰ q̃cũq; iaculabantur cum a theodoſij partibꝰ i aduerſarios uehemens uentus iret: ⁊ non ſolum

quecunqȝ in eos iaciebãť ꝓcitatiſſime
rapet: uerum etiam ipſoꝛuȝ tela i eoꝝ
coꝛpoꝛa retoꝛqueret. Uñ ⁊ poeta clau
dianus: q̃uis a chriſti noie alienus in
eius tamen laudibus dixit. O nimiuȝ
dilecte deo cui fudit ab aſtris Se io/
uis armatus: uehemẽs ť militat ether.
Et coniurati ueniunt ad claſſica uẽti.
Uictoꝛ aũt ſicut crediderat ⁊ predixe/
rat: iouis ſimulacra que aduerſus cũ
fuerãt neſcio quibus ritibus uelut cõ
ſecrata: ⁊ in alpibus cõſtituta depoſu/
it: eoꝝqȝ fulmina ꝙ aurea fuiſſent io/
cantibus qḋ illa leticia permittebat
curſoꝛib⁹: ⁊ ſe ab eis fulmiari uelle di/
centibus: hilariter benigneqȝ dõauit.
Inimicoꝛum ſuoꝝ filios quos ñ ipſi⁹
iuſſus: ſed belli abſtulerat impetus: ẽt
nondũ chriſtianos ad eccl'am confugi
entes chriſtianos hac occaſione fieri
uoluit: ⁊ chriſtiana caritate dilexit:
nec p̄uauit reb⁹: ſȝ auxit honoꝛib⁹. In
neiem poſt uictoꝛiam p̄uatas inimici/
tias ualere permiſit: bella ciuilia non
ſicut cinna ⁊ mari⁹ ⁊ ſylla ⁊ alij tales
nec finita fine uoluerũt: ſed magis do/
luit exoꝛta ꝙ cuiq̃ nocere uoluit ťmia
ta. Inter hec oĩa ex ipſo initio imperij
ſui non quieuit iuſtiſſimis ⁊ miſericõ
diſſimis legibus adu̾ſus ipios laborã
ti eccl'e ſb̾uenire: quã ualẽs hẽticus fa
uens arrianis uehementer afflixerat:
cuius eccl'ie ſe mẽbꝝ eſſe magis ꝙ i ť/
ris regnare gaudebat. Simulacra gẽ/
tium ubiqȝ euertẽda p̄cepit ſatis intel
ligens nec terꝛena munera in demonũ
ſȝ i dei ueri poſita eẽ p̄tate. Quid aũt
eius religioſa humilitate mirabil⁹ qñ
in theſſalonicenſiuȝ grauiſſimũ ſcel⁹:
cui iam epiſcopis intercedentibus ꝓ/
miſerat indulgẽtiã: tumultu quoꝛũdã
qui ei coherebant uindicare cõpulſus
ẽ: ⁊ eccl'aſtica coercitus diſciplina ſic e/
git pñiam: ut imperatoꝛiã celſitudinẽ
pro illo populus orans magis fleret
uidendo proſtratam: ꝙ peccando tie/
ret iratam. Hec ille ſecum ⁊ ſiqua ſi̾lia
que commemorare longum eſt bona
opera tulit: ex iſto t̃pali uapoꝛe cuiuſlȝ
culmis ⁊ ſb̾litatis humane: quoꝛuȝ
opeꝝ merces eſt eterna felicitas: cuius
datoꝛ eſt deus ſolis ueraciter p̾ijs. Ce/
tera u̾o bona uite huius uel faſtigia ť
ſb̾ſidia: ſicut ipſum mundũm: lucẽ: au
ras: terras: aquas: fruct⁹: ipſiuſqȝ ho/
mis ãiam: coꝛpus ſenſus: mentẽ: uitã:
bonis maliſqȝ largiť. In q̃bus eſt etiã
queľȝ imperij magnitudo: quam pro
tempoꝝ gubernatiõe diſpenſat. Pro/
inde et iam illis reſpondendum uideo
eẽ: q̃ manifeſtiſſimis documẽtis q̃bus
oſtendiť: ꝙ ad iſta t̃palia que ſola ſtul
ti hĩe concupiſcunt: nihil deoꝝ falſoꝝ
numeroſitas proſit: confutati atqȝ cõ/
uicti conanť aſſerere: ñ propť uite pre
ſentis utilitatem: ſed propter eam que
poſt moꝛtẽ futura eſt eẽ colẽdos dos.
Nam iſtis qui propter amicitias mũ
di huius uoluit uana colere: ⁊ non ſe
permitti puerilibus ſenſib⁹ cõqueruť:
his quiqȝ libris ſatis arbitroꝛ eſſe reſ
ponſum. Quoꝛum tres prioꝛes cum
edidiſſem: ⁊ in multoꝝ manib⁹ eſſe ce
piſſent; audiui quoſdam neſcio quam
aduerſus eos reſponſionẽ ſcribẽdo p̃/
pare. Deinde ad me perlatum ẽ ꝙ iaȝ
ſcripſerint: ſȝ t̃ps q̃rant quo ſine pic'lo
poſſint edere. Quos admoneo nõ op/
tent qḋ eis non expedit. Facile eſt eim
cuiq̃ uideri reſpondiſſe: qui tacere no
luit. Aut quid eſt loquacius uãitate:
que non ideo poteſt quod ueritas: q̃a
ſi uoluerit etiam plus poteſt clamare
ꝙ ueritas? Sed conſiderent omnia di
ligenter: ⁊ ſi foꝛte ſine ſtudio ptium iu
dicantes eſſe talia proſpexerit: que po
tius exagitari ꝙ conuelli poſſint: gar/
rulitate ipudẽtiſſima ⁊ quaſi ſatyrica
uel mimica leuitate cohibeãt ſuas nu
gas: ⁊ potius a prudentib⁹ emẽdari: ꝙ
laudari ab imprudẽtib⁹ eligant. Naȝ
ſi non ad libertatem uera dicẽdi: ſȝ ad

licentiā maledicēdi tempus expectāt: abſit ut eis eueniat quod ait tullius de quodam: qui peccādi licentia felix appellabatur. O miſerum cui peccare licebat: unde quiſquis eſt qui maledicēdi licentia felicem ſe putat: multo erit felicior ſi hoc illi omnino non liceat: cum poſſit depoſita inanitate iactantie: etiam iſto tempore tanq̄ ſtudio conſulendi quicquid uoluerit contradicere: ⁊ quantum poſſit ab eis quos conſulit amica diſputatione: hoc eſt honeſte grauiter libere quod oportet audire.

Aurelij auguſtini de ciuitate dei liber ſextus.

Prohemium.

Q UINQ; SUperiorib⁹ libris ſatis mihi aduerſus eos uideor diſputaſſe: qui multos deos ⁊ falſos: quos eē inutilia ſimulacra uel immundos ſpiritus ⁊ perniciosa demonia: uel certe creaturas non creatorem ueritas chriſtiana conuicit propter uite huius mortalis rerumq; terrenarum utilitatem: eo ritu ac ſeruitute que grece latria dicit: ⁊ uni uero deo debetur: uenerandos ⁊ colendos putant. Et nimie quidem ſtulticie uel pertinacie: nec iſtos quinq; nec ullos alios quanticūq; numeri libros ſatis eſſe poſſe quis neſciat? Quādo ea putatur gloria uanitatis nullis cedere uiribus ueritatis: in perniciem utiq; ei⁹ cui uitium tam immane dn̄atur. Nam ⁊ contra omnem curantis induſtriam non malo medici ſed egroti inſanabil' morbus inuictus eſt. Hi uero qui ea que legunt: uel ſine ulla uel non cum magna ac nimia ueteris erroris obſtinatione intellecta ⁊ conſiderata perpendunt: facilius nos iſto numero terminatorum quinq; uoluminum: pluſq̄ queſtionis ipſius neceſſitas poſtulabat ſatiſfeciſſe: q̄ minus diſſeruiſſe iudicabunt. Totamq; inuidiam quam chriſtiane religioni de huius uite cladib⁹: terrenarumq; contritione ac mutatione rerum imperiti facere conantur: nō ſolum diſſimulantibus: ſed contra ſuam conſcientiam fauentibus etiam doctiſ quos impietas ueſana poſſedit: omnino eſſe inanē recte cogitationis atq; ratiōis: plenāq; leuiſſime temeritatis ⁊ pernicioſiſſime animoſitatis dubitare non poterunt.

De his qui dicūt deos a ſe non ꝓpter preſentem uitam coli: ſed propter eternam. capitulum primum.

N Unc ergo qm̄ deinceps ut promiſſus ordo expetit etiam hi refellendi ⁊ docendi ſunt: qui non ꝓpter iſtam uitam: ſed propter illam que p⁹ mortem futura eſt: deos gentiū: quos chriſtiana religio deſtruit ſiue deſeruit colendos eſſe contendunt: placet a ueridico oraculo ſancti pſalmi ſumere exordium diſputationis mee: beatus cuius eſt dominus deus ſpes ipſius ⁊ non reſpexit in uanitates ⁊ inſanias mendaces. Ueruntamen in omnibus uanitatibus inſanijſq; mēdacibus lōge tolerabilius philoſophi audiendi ſunt: quibus diſplicuerunt iſte opiniones erroreſq; populorum: qui populi conſtituerunt ſimulacra numinibus: multaq; de eis quos deos immortales uocant: falſa atq; indigna ſiue finxerūt: ſiue ficta crediderūt: ⁊ credita eorū cultui ſacrorumq; ritib⁹ miſcuerunt. Cum his ergo hoīb⁹ qui ⁊ſi nō libere predicando: ſaltem utcunq; diſputationibus muſtando talia ſe īprobare teſtati ſunt: nō uſq; adeo īconueniēter

q̄o iſta tractatur. Utꝫ non vnū deum qui fecit omnem ſpiritualem corporaleqꝫ creaturam: propter uitam que p⁹ mortem futura eſt coli oporteat: ſꝫ mľtos deos quos ab illo uno factos ⁊ ſblimiter collocatos: q̄dam eorundem philoſophorum ceteris excellentiores nobilioreſqꝫ ſenſerunt. Ceterum quis ferat dici atqꝫ cōtendi: illos deos: quorum in quarto libro quoſdam cōmemoraui: quibus rerum exiguarum ſingulis ſingula diſtribuuntur officia vitam eternam cuiqꝫ preſtare. An vō illi peritiſſimi ⁊ acutiſſimi viri: q̄ ſe ꝓ magno beneficio conſcripta docuiſſe gloriantur: ut ſciret̄ quare cuiqꝫ deo ſupplicandum eſſet: quid a quoqꝫ eſſꝫ petendum: ne abſurditate turpiſſima qualis iocalariter in mimo fieri ſolet peteret̄ a libero aqua: a nymphis vinum: auctores erūt cuipiam hominū d̄ijs immortalibus ſupplicanti: ut cuꝫ a nymphis petierit vinum: eiqꝫ reſpōderint nos aquam habemus hoc a libero pete: poſſit recte dicere: ſi vinum non habetis: ſaltem date mihi vitam eternam. Quid hac abſurditate monſtruoſius? Nōne illi cachinnantes ſolent enim eſſe ad riſum faciles: ſi non affectent fallere: ut demones ſupplici reſpondebūt? O homo putas ne i poteſtate nos habere vitam: quos audis non habere uel uitem? Impudentiſſime igitur ſtultitie eſt uitam eternam a talibus d̄ijs petere uel ſperare: qui uite huius erumnoſiſſime atqꝫ breuiſſime: ⁊ ſiqua ad eam pertinent adminiculandam atqꝫ fulciendam: ita ſingulas particulas tueri aſſerūt: ut ſi id qd̄ ſb alterius tutela ac poteſtate eſt petatur ab altero: tam ſit incōueniēs ⁊ abſurdū: ut mimice ſcurilitati uid̄atur eſſe ſimillimum. Qd̄ cum fit a ſcientibus mimis digne ridentur in theatro: cum vō a neſcientibus ſtultis: dignius irridentur in mundo. Cui ergo deo uel dee propter quid ſupplicaret̄: q̄tum ad illos deos attinet: quos iſtituerunt ciuitates: a doctis ſolerter inuentum memorieqꝫ mandatuꝫ eſt: q̄d a libero vbigratia: quid a nymphis: q̄d a vulcano: ac ſic a ceteris: quos ptim cōmemoraui in quarto libro: partim pretereūdos putaui. Porro ſi a cerere vinum: a libero panem: a vulcāo aquam: a nymphis ignem petere erroris eſt: q̄to maioris delirām̄ti eſſe itelligi debet: ſi cuiqꝫ iſtoruꝫ pro uita ſupplicetur eterna. Quāobrem ſi cum de regno terreno quereremus quoſnam ill'd deos vl' deas hoībus credendum eſſet poſſe conferre: diſcuſſis oībus lōge alienū a v̄itate mōſtratū eſt: a quoqꝫ iſtoꝝ mľtoꝝ nūinuꝫ atqꝫ falſoꝝ ſaltē regna t̄rena exiſtiare cōſtitui: nōne inſaniſſime ipietatis ē: ſi etn̄a vita que terrenis oībus regnis ſine vlla dubitatione uel comparatione preferenda eſt: ab iſtoꝝ quoqꝫ dari cuiqꝫ poſſe credatur? Neqꝫ eniꝫ ꝓpterea d̄ij tales ul' terrenum regnum dare nō poſſe uiſi ſūt: q̄a illi magni ⁊ excelſi ſūt: hoc q̄ddaꝫ puum ⁊ abiectum qd̄ nō dignarentur in tanta ſublimitate curare: ſed q̄talꝫ conſideratione fragilitatis hūane caducos apices terreni regni merito q̄ſqꝫ contemnat: illi d̄ij tales appuerūt: ut indigniſſimi uiderent̄ q̄bus dāda atqꝫ ſeruanda eſſe deberent l' iſta committi: ac per hoc ſicut ſuperiora ꝓxis duob⁹ libris ptractata docuerūt: nullus deus ex illa turba l' quaſi plebeiorum uel ꝓceꝝ quaſi deoꝝ idoneus eſt regna mortalia mortalibus dare: q̄to minus poteſt imortales ex mortalib⁹ facere? His accedit q̄ ſi iam cum illis agimuſ qui non ꝓpter iſtā: ſꝫ ꝓpt̄ uitā que poſt mortem futura eſt exiſtimāt colendos deos: iā nec ꝓpt̄ illa ſaltem que deorum talium poteſtati tanquā diſpartita ⁊ propria: nō ratione v̄itatis: ſed uanitatis opinione tribuuntur

oĩo colendi ſunt: ſicut credunt hi qui
cultum eorum huius uite mortalis u-
tilitatibus neceſſarium eſſe ꝓtẽdũt: cõ
tra quos iam quinqꝫ precedentibꝰ uo
luminibus ſatis q̃tum potui diſputa-
ui. Que cum ita ſint: ſi eorum qui co-
lunt deam iuuentatem etas ipſa florẽt
inſignius: contemptores autem eius ꝉ
intra ãnos occũberẽt iuuẽtutis: uel in
ea tanq̃ ſeruili corpore frigeſcerẽt: ſi
maxillas cultoꝝ ſuorum ſpecioſius ⁊
feſtiuius fortũa barbata ueſtiret: a q̃
bus autem ſperneret glabros aut ma
le bardatos uidremus: ẽt ſi rectiſſime
dicẽmus huc uſqꝫ iſtas deas ſingulas
poſſe ſuis officijs quodãmõ limitari:
ac p hoc nec a iuuentate oportere peti
uitam eternaꝫ: que non daret barbã:
nec a fortuna barbata boni aliq̃d poſt
hanc uitam eſſe ſpandũ: cuius in hac
uita poteſtas nulla eſſet: ut eandẽ ſal-
tem etatẽ q̃ barba iduit ipſa preſtaret.
Nunc uõ cuꝫ eaꝝ cultus nec ꝑpt̃ iſta
ipſa que putant eis ſubdita ſit neceſſa
rius: quia ⁊ multi colentes iuuẽtatem
deam minime in illa etate uiguerũt: ⁊
multi non eam colẽtes gaudẽt robore
iuuentutis: itẽqꝫ multi fortune barba-
te ſupplices: ad nullam uel deformem
barbaꝫ peruẽire potuerunt: ⁊ ſi qui cã
pro barba impetranda uenerabantur
a barbatis eius cõtẽptoribus irridẽt.
Ita ne deſipit cor humanũ: ut quoruꝫ
deoꝝ cultum ꝑpter iſta ipſa tp̃alia ⁊
cito ꝓtereuntia mũera: quibꝰ ſingulis
ſinguli preeſſe perhibẽt: inanem ludi-
brioſũqꝫ eſſe cognoſcit: ꝑpt̃ uitã etnã
credat eſſe fructuoſum? Hãc daꝛ illos
poſſe nec hi dicere auſi ſunt: q̃ eis ut
ab inſipientibus populis colerentur
iſta opa tẽporalia: qm̃ multos nimis
putauerunt: ne quiſq̃ eorum ſederet
ocioſus minutatim diuiſa tribuerunt.

Quid varronẽ de dijs gẽtiũ ſenſiſ-
ſe credẽdũ ſit: quoꝝ tria ⁊ genera ⁊ ſa
cra detexit: ut reuerẽtiꝰ cũ eis ageret:
ſi de illis omnino reticeret. cap. ij.

q Uis marco varrone curioſius
iſta queſiuit? quis inuenit docti
us: quis conſiderauit attentius: quis
diſtinxit acutius: quis diligentiꝰ pleni
uſqꝫ conſcripſit? Qui tamẽſi minus ẽ
ſuauis eloquio: doctrina tamen atqꝫ
ſententijs ita refertus eſt: ut in omni e
ruditione quaꝫ nos ſecularem: illi aũt
liberalem uocant: ſtudioſum rerũ tm̃
iſte doceat: q̃tum ſtudioſum ṽborum
cicero delectat. Deniqꝫ ⁊ ipſe tullius
huic tale teſtimonium perhibet: ut in
libris academicis dicat: eam que ibi ṽ
ſatur diſputationem ſe habuiſſe cum
marco varrone: homine inquit omni-
um facile acutiſſimo: ⁊ ſine ulla dubi
tatione doctiſſimo: nõ ait eloquẽtiſſi-
mo uel facundiſſimo. Quoniaꝫ re ṽa
in hac facultate multum impar ẽ: ſed
omnium inquit facile acutiſſimo. Et i
eis libris. i. academicis: ubi cuncta du
bitanda eſſe contendit: addidit ſine ul
la dubitatione doctiſſimo. Profecto
de hac re ſic erat certus: ut auferret
dubitationem quam ſolet in omnibꝰ
adhibere. tanq̃ de hoc uno etiam pro
academicorum dubitatiõe diſputatu-
rus ſe academicum fuiſſet oblitus. In
primo autem libro cum eiuſdem var-
ronis litteraria opera predicaret: nos
inquit in noſtra urbe peregrinantes
errãteſqꝫ tanq̃ hoſpites tui libri qua
ſi domum reduxerunt: ut poſſemus a
liqñ qui ⁊ ubi eſſemus agnoſcere. Tu
etatem prie: tu deſcriptiões tpoꝝ: tu
ſacrorum iura: tu ſacerdotum: tu do-
meſticam: tu publicam diſciplinam:
tu ſedium regionum: locorum: tu om
niũ diuinarũ humanarũqꝫ reꝝ noĩa:
genera: officia: cãs aperuiſti. Iſte igi-
tur uir tam inſignis excellentiſqꝫ pe-
ritie: ⁊ quod de illo etiaꝫ terentianus
elegantiſſimo uerſiculo breuiter ait.

Uir doctiſſimus undecūqꝫ varro: qui tam multa legit: ut aliquid ei ſcribere uacaſſe miremur: tam multa ſcripſit: ꝙ multa uix queꝙ legere potuiſſe credamus. Iſte inꝙ uir tātus ingenio tātuſqꝫ doctrina: ſi rerum uelut diuinaruꝫ: de quibus ſcribit oppugnator eēt atqꝫ deſtructor: eaſqꝫ non ad religiōeꝫ ſed ad ſuperſtitionem diceret ptinere: neſcio utrum taꝫ multa in eis ridēda: contemnenda: deteſtandaqꝫ conſcriberet. Cum uero deos eoſdem ita coluerit colendoſqꝫ cenſuerit: ut in eo ipſo opere litterarum ſuarum dicat ſe tiere ne pereant: ñ incurſu hoſtili: ſed ciuiū negligentia: de qua illos uelut ruina liberari a ſe dicit: ⁊ in memoria bonoꝝ per huiuſmodi libros recondi atqꝫ ſeruari: utiliore cura ꝙ metellus de incēdio ſacra ueſtalia: ⁊ eneas de troiano excidio penates liberaſſe predicatur. Et tamen ea legenda ſeculis prodit: q̄ a ſapientibus ⁊ inſipientibus merito abijcienda: ⁊ ueritati religionis inimiciſſima iudicentur. Quid exiſtimare debemus: niſi hominem acerrimuꝫ ac peritiſſimum: ñ tamen ſancto ſpiritu liberum: oppreſſuꝫ fuiſſe ſue ciuitatis conſuetudine ac legibus: ⁊ tamen ea q̄bus mouebatur ſub ſpecie cōmendāde religionis tacere noluiſſe?

Que ſit partitio varronis libroꝝ ſuorum: quos de antiquitatibus rerum humanarum diuinarumqꝫ cōpoſuit. cap. iij.

q Uadragita ⁊ unuꝫ libros ſcripſit antiquitatum. Hos in res humanas diuinaſqꝫ diuiſit: rebus humanis. xxv. diuinis xvi. tribuit: iſtam ſecutus rationem in ea partitione: ut reruꝫ humanarum libros ſenos quatuor partibus daret. Intendit enim q̄ agant: ubi agant: quando agant: quid agāt. In ſex itaqꝫ pmis de hoib' ſcripſit: i ſecūdis ſex de locis: ſex tertios de tpib': ſex quartos eoſdēqꝫ poſtremos de rebus abſoluit. Quater aūt ſeni uigiti ⁊ quatuor fiūt. Sꝫ unū ſingularē q̄ cōmuniter prius de omnib' loq̄ret̄ in capite poſuit. In diuinis identidem rebus eadē ab illo diuiſionis forma ſuata eſt: q̄tum attinet ad ea que dijs exhibenda ſunt. Exhibēt̄ eim ab hoibus in locis ⁊ temporibus ſacra. Hec quatuor que dixi: libris complexus ē ternis. Nam tres priores de hominibus ſcripſit: ſequentes de locis: tertios de temporibus: quartos de ſacris etiam hic qui exhibeāt: ubi exhibeāt: qñ exhibeant: quid exhibeāt ſ btiliſſima diſtinctione cōmēdans. Sꝫ q2 opōtebat dicere: ⁊ maxime id expectabatur quibus exhibeāt: de ipſis quoqꝫ dijs tres conſcripſit extremos: ut quiquies terni quindecim fierent. Sūt aūt oms ut diximus. xvi. q2 ⁊ iſtoruꝫ exordio unū ſingularem: qui prius de hoib' loqueretur appoſuit. Quo abſoluto conſequent̄ ex illa quinqꝫ partita diſtribūtione: tres precedentes: q̄ ad homines pertinēt ita ſbdiuiſit: ut primus ſit de pontificibus: ſecundus de auguri b': tertius de. xv. uiris ſacroꝝ. Secūdos tres ad loca ptinētes: ita ut i uno eoꝝ de ſacellis: altero de ſacris edibus diceret: t̄tio de locis religioſis. Tres pō ro q̄ iſtos ſequūt̄: ⁊ ad tpa ptinēt. i. ad dies feſtos: ita ut unum faceret de ferijs: alterum de ludis circenſibus: de ſcenicis tertium. Quartorum trium ad ſacra pertinentium uni dedit conſecrationes: alteri ſacra priuata: ultimo publica. Hanc uelut pompam obſeq̄oꝝ in tribus qui reſtant dij ipi ſequūt̄ extremi: quib' iſte uniu'ſus cultus impenſus ē. In primo dij certi: i ſecundo incerti: in tertio cunctoꝝ i nouiſſimo dij precipui atqꝫ ſelecti. In hac tota ſerie pulcherrime ac ſbtiliſſime diſtributionis ⁊ diſtinctionis uitam eternā

fruſtra queri ⁊ ſperari impudẽtiſſime uel optari: ex his que iam diximus ⁊ q̄ deinceps dicenda ſunt: cuiuis homi num: qui corde obſtinato ſibi ñ fuerit inimicus facillime apparet. Uel homi num eĩm ſũt iſta iſtituta uel demonũ: non quales uocant illi dẽones bonoſ: ſed ut loquar aptius immũdoꝝ ſpũũ ⁊ ſine controuerſia malignoꝝ: qui no xias opiones: q̄bus aĩa hũana magis magiſq̧ uaneſcat: ⁊ icõmutabili etne q̧ ueritati coaptari atq̧ inherere non poſſit: inuidentia mirabili ⁊ occulte i ſerunt cogitationibus ĩpioꝝ: ⁊ apte aliq̄ñ ingerũt ſenſibus: ⁊ qua poſſunt fallaci atteſtatione cõfirmant. Iſte ipe varro ꝓpterea ſe pri⁹ de reb⁹ hũanis: de diuinis autem poſtea ſcripſiſſe te ſtatur: ꝙ prius extiterint ciuitates: dei de hec ab eis inſtituta ſũt. Uera autẽ religio: nõ a terrena aliqua ciuitate ẽ: ſed plane celeſtez ipſa iſtituit ciuitatẽ. Eã vo inſpirat ⁊ docet uerus deus da toꝛ uite eterne ueris cultoꝛibus ſuis.

Quod ex diſputatione varronis apud cultoꝛes deoꝝ antiquioꝛes: res humane q̄ꝫ diuine reperiantur. capitu lum. iiij.

u Arronis igitur confitentis ido ſe prius de rebus humãis ſcrip ſiſſe: poſtea de diuinis: quia diuĩe iſte ab hominibus inſtitute ſunt: hec rõ ẽ. Sicut prior eſt inquit pictoꝛ q̄ꝫ tabl'a picta: prioꝛ faber q̄ꝫ edificium: ita pri oꝛes ſunt ciuitates: q̄ꝫ ea que a ciuitati bus ſunt inſtituta. Dicit autem ſe pri us ſcripturum fuiſſe de dĳs: poſtea ꝺ hominibus: ſi de omni natura deoꝝ ſcriberet: quaſi hic de aliqua ſcribat ⁊ non de omni: aut uero etiam aliqua li cet non omnis deoꝛum natura nõ poꝛ debeat eſſe q̄ꝫ hominum. quid eſt ꝙ i illis tribus nouiſſimis libris deos cer tos ⁊ incertos ⁊ ſelectos diligenter ex plicans: nullam deoꝛum naturam pꝛe termittere uidetur? Quid eſt ergo qꝺ ait: ſi de omni natura deoꝛum ⁊ homi num ſcriberemus: prius diuina abſol uiſſemus: q̄ꝫ humana attigiſſemus. Aut enim de omni natura deoꝛuz ſcri bit: aut de aliqua: aut omnino de nul la. Si de omni: preponenda eſt utiq̧ ꝛebus humanis. Si de aliqua: cur nõ etiaz ipſa res precedat humanas? An indigna eſt preferri etiam uniuerſe na ture hominum pars aliqua deoꝛum? Quod ſi multum eſt: ut aliqua pars diuina preponatur uniuerſis reb⁹ hu manis: ſaltem digna eſt uel romanis. Rerum quippe humanarum libros non quantum ad oꝛbem terrarum: ſꝫ quantum ad ſolam romam pertinet ſcripſit. Quos tñ rerum diuinarum libris ſe dixit ſcribendi oꝛdie merito ꝑ tuliſſe uel preſcripſiſſe: ſicut pictoꝛẽ ta bule picte: ſicut fabrum edificio aper tiſſime confitens: ꝙ ẽt iſte ꝛes diuine ſi cut pictura: ſicut ſtꝛuctura ab homini bus inſtitute ſunt. Reſtat ut de nulla deoꝛum natura ſcripſiſſe intelligatur: neq̧ hoc aperte dicere uoluiſſe: ſꝫ itel ligentibus reliquiſſe. Ubi enim dicit nõ omnis: uſitate quidẽ intelligit ali qua. Sꝫ põt intelligi ⁊ nulla: quoniaꝫ que nulla ẽ: nec oĩs nec aliqua eſt. Nã ut ipſe dicit: ſi omnis eſſet natura deo rum de qua ſcriberet: ſcribẽdi oꝛdine rebus humanis pꝛeponenda eſſet. Ut aũt ⁊ ipſo tacente ueritas clamat: pre ponenda eſſet certe rebus humanis: etiã ſi nõ oĩs ſed ſaltem aliqua eſſet. Recte aũt poſtponitur: ergo nulla ẽ: Nõ itaq̧ rebus diuinis añferre uolu it res humanas: ſed ⁊ rebus ueris no luit anteferre res falſas. In his eniꝫ q̄ ſcripſit de rebus humanis: ſecutus eſt hiſtoꝛiam rerum geſtaꝝ. Que autem de his quas diuinas uocat: quid niſi opiniones reꝛum uanarum? Hoc ẽ mi rum quod uoluit ſubtili ſignificatiõe

monſtrare:non ſolum ſcribens de his poſterius ꝙ de illis:ſed etiam rationē reddens cur id fecerit. Quod ſi tacuiſſet:aliter hoc factum eius ab alijs foꝛtaſſe defenderetur. In ea uero ipſa ratione quam reddidit:nec alijs quicꝙ reliquit pro arbitrio ſuſpicari:⁊ ſatis probauit homines ſe prepoſuiſſe inſtitutis hominum:non naturam hominum nature deoꝛum. Ita ſe libros rerum diuinarum:non de ueritate que pertinet ad naturam: ſed de falſitate que pertinet ad erroꝛem ſcripſiſſe eſt confeſſus. Quod apertius alibi poſuit: ſicut in quarto libro commemoraui ex nature foꝛmula ſe ſcripturum fuiſſe:ſi nouam ipſe conderet ciuitatem. Quia uero iam ueterem inuenerat:nō ſe potuiſſe niſi eius conſuetudinem ſequi.

De tribus generibus theologie ſecundum varronem:ſcilicet uno fabuloſo:altero naturali:tertioqꝫ ciuili.capitulum.v.

d Einde illud quale eſt:ꝙ tria genera theologie dicit eſſe: id ē rationis que de dijs explicatur:eorunqꝫ unum mythicon appellari: alterum phyſicon:tertiū ciuile. Latine ſi uſus admitteret genus quod pꝛimum poſuit fabulare appellaremus: ſed fabuloſum dicamus. a fabulis enim mythicon dictum eſt:quoniam mythos grece fabula dicitur. Secundum autem ut naturale dicatur:iā ⁊ conſuetudo locutionis admittit. Tertium etiam ipſe latine enunciauit: quod ciuile appellatur. Deinde ait mythicon appellant:quo maxime utuntur poete:phyſicon quo philoſophi: ciuile quo populi. Pꝛimum inquit quod dixi:in eo ſunt multa contra dignitatem ⁊ naturam immoꝛtalium ficta. In hoc enim eſt:ut deus alius ex capite:alius ex femoꝛe ſit:alius ex guttis ſanguinis nat⁹. In hoc ut dij furati ſint: ut adulterauerint:ut ſeruierent homini. Deniqꝫ ī hoc omnia dijs attribuuntur: que nō modo in hominem: ſed etiam que in contemptiſſimū hominem cadere poſſunt. Hic certe ubi potuit:ubi auſus ē: ubi impunitum putauit quanta mendaciſſimis fabulis nature deoꝝ fieret iniuria: ſine caligine ullius ābiguitatis expreſſit. Loq̄batur eīm nō de naturali theologia:non de ciuili:ſed ō fabuloſa:quam libere a ſe putauit eſſe culpandam. Uideamus quid de alīa dicat. Secūdū genus eſt inquit qō demonſtraui:de quo multos libros phī reliquerūt. In quibus ē dij q̄ ſūt:ubi: quod genus:quale:ex quo nā tp̄e: an a ſēpit̄no fuerit:an ex igne ſint ut credit heraclitus: an ex numeris: ut pythagoras: ex athomis ut epicur⁹. Sic alia q̄ facili⁹ itra pietes in ſchola: ꝙ ex̄ i foꝛo ferre pn̄t aures. Nihil in hoc genere culpauit: qō phyſicon uocauit:⁊ ad phōs ptinet: tm̄ coꝝ inter ſe controuerſias commemorauit: per quos facta eſt diſſidentiū multitudo ſectarum. Remouit tamen hoc genus a foꝛo.i.a populis: ſcholis uero ⁊ parietibus clauſit. Illud autem primū mendaciſſimum atqꝫ turpiſſimum a ciuitatibus nō remouit. O religioſas aures poplares:atqꝫ ī his ēt rōanas. Quod de dijs immoꝛtalibus phī diſputant:ferre non poſſunt: quod uero poete canunt ⁊ hiſtriones agunt:quia contra dignitatem ac naturam immōtalium ficta ſūt:quia non modo ī hominem:ſed etiam in contemptiſſimū hominem cadere poſſunt: non ſolum ferunt:ſed ēt libenter audiūt. Neqꝫ id tantum:ſed dijs quoqꝫ ipſis hoc placere:⁊ per hoc eos placādos eē decernūt. Dixerit aliqs:hec duo genera mythicon ⁊ phyſicon .i. fabuloſum atqꝫ naturale: decernamus ab hoc ciuili

de quo nūc agitur: uñ illa ⁊ ipē diſcreuit: iamq ipſum ciuile uideamus: qualr̄ explicet. Uideo quidē cur debeat decerni fabuloſum: quia falſum: q̄a turpe: quia indignum eſt. Naturale eīʒ a ciuili uelle diſcernere: q̄d ē aliud q̄ ⁊ ipſum ciuile fateri eſſe m̄doſum? Si eīʒ illud naturale eſt: quid habet reprehenſionis ut excludatur? Si autem hoc quod ciuile dr̄ naturale non eſt: quid habet meriti ut admittatur? Hec nempe illa cauſa ē quare prius ſcripſerit de rebus humanis: poſteri⁹ de diuinis: quoniam in diuinis rebus non naturam ſed hominum inſtitūta ſecut⁹ ē. Intueamur ſane ⁊ ciuilē theologiā. Tertiū gen⁹ ē inq̄t: q̄d i urbib⁹ ciues maxie ſacerdotes noſſe atq admiſtrare debent: In quo ē: quos deos publice colere: que ſacra ⁊ ſacrificia facere quenq̄ par ſit. Adhuc q̄d ſeq̄tur attendamus. Pria inquit theologia maxime accōmodata ē ad theatrū: ſecunda ad mundum: tertia ad urbem. Quis ñ uideat cui palmā dederit? Utiq ſecūde quā ſupradixit eſſe philoſophoꝝ. Hāc eīʒ ptinere teſtatr̄ ad mundum: quo iſti nihil eſſe excellēti⁹ opinātr̄ in reb⁹. Duas vō illas theologias pmā ⁊ tertiā: theatri. ſ. atq urbis diſtinxit ac iunxit. Uidēus enim nō continuo quod eſt urbis ptinere poſſe ⁊ ad mundū: q̄uis urbes uideamus eſſe in mundo. Fieri eīm poteſt: ut in urbe ſecundum falſas opiones ea colantur ⁊ ea credantr̄: quoꝝ in mūdo uel ex̄ mundum natura ſit nuſq̄. Theatrū vō ubi ē niſi in urbe? Quis theatrum inſtituit niſi ciuitas? Propt̄ q̄d inſtituit: niſi propt̄ ludos ſcenicos? Ubi ſunt ludi ſcenici: niſi in rebus diuinis: de q̄bus hi libri tanta ſolertia cōſcribūtr̄.

De theologia mythica. i. fabuloſa: ⁊ de ciuili cōtra uarronem. cap. vi.

Marce varro cū ſis hō oīum acutiſſimus: ⁊ ſine ulla dubitatione doctiſſimus: ſʒ tñ hō nō ōs nec ſpiritu dei ad uidenda ⁊ annūtianda diuina in vitatē libertatēq ſbiectus: cernis quidē q̄ ſint res diuine ab hūanis nugis atq mendacijs dirimende: ſed uitioſiſſimas pploꝝum opiones ⁊ conſuetudies in ſuperſtitionibus publicis uereris offendere: quas ab doꝝ natura abhorrere: uel taliū quales in huius mundi elementis hūani animi ſuſpicatur infirmitas: ⁊ ſentis ipſe cū eas uſqquaq pſideras: ⁊ omnis uīa līatura circūſonat. Quid hic agit humanum q̄uis excellētiſſimū ingeniū? Quid tibi humana lʒ mltiplex igēſq doctrina in his anguſtijs ſuffragatur? Naturales deos colere cupis: ciuiles cogeris. Inueniſti alios fabuloſos: in quos liberi⁹ q̄d ſentis euōas: ūde ⁊ iſtos ciuiles uelis noliſue profundas. Dicis q̄ppe fabuloſos accōmodatos eſſe ab theatrū: naturales ad mundū: ciuiles ad urbem: cū mundus opus ſit diuinū: urbes uero ⁊ theatra ſint hominum: nec alij dij rideantr̄ in theatꝛis: q̄ qui adorantur in templis: nec alijs ludos exhibeatis: q̄ cū q̄b⁹ uictimas imolatis. Quanto liberius ſbtiliuſq iſta diuideres dicēs: alios eſſe deos naturales: alios ab hoibus inſtitutos. Sʒ de iſtitutis aliud hic līas poetaꝝ: aliud ſacerdotum: utraſq tamen ita eſſe inter ſe amicas pſortio falſitatis: ut grate ſint ūtreq dēonibus: quibus inimica ē doctrina vitatis. Sequeſtrata igitr̄ paululū theologia: quā naturalem uocant: de qua poſtea diſſerendū ē: placet ne tandem uitam eternam peti aut ſuperari a dijs poeticis ⁊ theatr̄cis: ludicris ſcenicis? Abſit: imo avtat ōs uerus tam imanē ſacrilegāq demētiam. Nunquid ab eis dijs: quibus hec placent ⁊ quos hec placant: cum eoꝝum illic crimina frequententur:

uita eterna poſcēda ē?Nēo ut arbitrō uſq; ad tantum precipitium furioſiſſi mc ipietatis inſanit. Nec fab'loſa igit̄ nec ciuili theologia ſempiternā quiſq̄ adipiſcitur uitā. Illa.n.de dijs turpia fingendo ſeiat:hec fauendo metit. Illa mēdacia ſpgit:hec colligit. Illa res diuinas falſis cribus inſectat̄:hec eorum criminum ludos in diuinis reb' amplectitur. Illa de dijs nefanda figmenta hoīum carmibus pſonat: hec ea deoꝝ ipſorum feſtiuitatibus conſecrat. Facinora ⁊ flagitia numinu3 illa cantat:hec amat. Illa ꝓdit aut fingit: hec aūt aut atteſtat̄ ueris:aut oblectatur ⁊ falſis:ambe turpes: ambeq; dānabiles. Sed illa q̄ theatrica ē publicam turpitudinē profitetur:iſta q̄ urbana ē illius turpitudīe ornatur. Hiccine uita eterna ſperabitur:vñ iſta breuis temporaliſq; polluitur? An vō uitā polluit conſortium nefariorum hominum:ſi ſe īſerunt affectionib' ⁊ aſſēſionibus nr̄is:⁊ uitam non polluit ſocietas demonum:q̄ colunt̄ crib' ſuis? Si vis q̄ mali? ſi falſis q̄ male? Hec cum dicimus uideri fortaſſe cuipiam nimis harum rerum ignaro pōt:ea ſola de dijs talibus indigna maieſtati diuina ⁊ ridicula deteſtabiliaq; celebrari:q̄ poeticis cantant̄ carmib':⁊ ludis ſcenicis actitant̄.ſacra vō illa q̄ nō hiſtriones ſed ſacerdotes agunt:ab omni eſſe dedecore purgata ⁊ aliena. Hoc ſi ita eſſet:nunq̄ theatricas turpitūdines in eoꝝ honorem q̄ſq̄ celebrādas eſſe cenſeret:nunq̄ eas ipſi dij precipe rent ſibimet ⁊ exhiberi. Sed iō nihil pudet:ad obſequium deoꝝ talia gerē in theatris:q2 ſimilia gerunt̄ i tēplis. Deniq; cum memoratus auctor ciuilē theologiam a fabuloſa ⁊ naturali:tertium quandam ſui generis diſtinguē conaretur:magis eam ex utraq; temperatam:q̄ ab utraq; ſeparatam itelligi uoluit. Ait enim ea que ſcribunt poete minus eſſe q̄ ut populi ſequi debeant: que autem philoſophi pluſq̄ ut ea uulgus ſcrutari expediat. Que ſic abhorrent inquit: ut tñ ex utroq; genere ad ciuiles rōes aſſumpta ſint ñ pauca. Quare cū ſint cōmunia cu3 proprijs:una cum ciuilibus ſcribem'. Et quibus maior ſocietas debet eſſe nobis cum philoſophis q̄ cum poetis:non ergo nulla cum poetis. Et tamen alio loco dicit de generationibuſ deorum:magis ad poetas q̄ ad phyſicos fuiſſe populos inclinatos. Hic.n. dixit quid fieri debeat: ibi quid fiat. Phyſicos dixit utilitatis cā ſcripſiſſe: poetas delectationis. Ac per hoc ea q̄ a poetis conſcripta populi ſequi non debent:crimina ſunt deorum: que tñ delectant ⁊ populos ⁊ deos. Delectationis enim cauſa ſicut dicit ſcribunt poete:nō utilitatis. Ea tamen ſcribūt que dij expectant: populi exhibeant.

De fa buloſe atq; ciuilis theologie ſimilitudine atq; concordia.capitulū vij.

r Euocatur igitur ad theologia3 ciuilē theologia fabuloſa ⁊ theatrica:ſcenica indignitatis ⁊ turpitudinis plena. Et hec tota que merito culpanda ⁊ reſpuenda iudicatur:pars huius eſt que colenda ⁊ obſeruanda cenſetur. Non ſane pars incongrua ſicut oſtendere inſtitui: ⁊ que ab uniuerſo corpore aliena importune illi cōnexa atq; ſuſpenſa ſit:ſed omnino cōſona:⁊ tanquam eiuſdem corporis m̄bꝛ conuenientiſſime copulata. Quid enim aliud oſtendunt illa ſimulacra: forme:etates:ſexus:habitus deorum? Nunquid barbatum iouem imberbem mercurium poete habent:pontifices non habent? Nunquid priapo minimi? Nōne ēt ſacerdotes enōmia pudēda fecerūt? An alter ſtat adorād'

in locis ſacris:q̄ procedit ridendus i
theatris? Nam ſaturnus ſenex:apol-
lo ephebus:ita ſunt pſone hiſtrionū:
nō ut ſint ſtatue delubroꝝ. Cur forcu
lus qui foribus preeſt: ⁊ limentinus
qui limini dq̄ ſunt maſculi:atq; inter
hos cardea femina eſt: que cardinem
ſeruat? Nonne iſta in rerum diuinaꝝ
libris reperiunt̄: q̄ graues poete ſuis
carminibus indigna duxerunt? Nūqd
diana theatrica portat arma: ⁊ urba-
na ſimpliciter uirgo eſt? Nunquid ſce
nicus apollo citharista eſt: ⁊ ab hac ar
te delphicus uacat? Sed hec hōeſtiōa
ſunt in comparatiōe turpioꝝ. Quid
de ipſo ioue ſenſerunt: qui eius nutrīcē
in capitolio poſuerūt? Nonne atteſta-
ti ſunt euemero:qui oīs tales deos ñ
fabuloſa garrulitate:ſed hiſtorica dili
gentia hoīes fuiſſe mortaleſq; cōſcrip
ſit? Epulones etiam deos paraſitos
iouis ad eius menſam qui cōſtituerūt:
qd aliud q̄ mimica ſacra eē uoluerūt?
Naꝫ paraſitos iouis ad eius cōuiuiū
adhibitos:ſi mimus dixiſſꝫ:riſū utiq;
queſiſſe uideretur varro dixit:non cū
irridēt deos: ſed cuꝫ commēdaret hoc
dixit:diuinarum non humanarum re
rum libri hoc eum ſcripſiſſe teſtātur.
Nec ubi ludos ſcenicos exponebat:ſꝫ
ubi capitolina iura pandebat. Deniq;
a talibus uincitur ⁊ fatetur: ſicut for-
ma humana deos fecerunt:ita eos de
lectari humanis uoluptatibus credi-
diſſe. Non eniꝫ ⁊ maligni ſpiritus ſuo
negocio defuerunt:ut has noxias opi
niones humanarum mētium ludifica-
tione firmarent. Unde etiam illud eſt
q̄ hercules edituus ocioſus atq; feria
tus luſit teſſeris ſecum utraq; manu
alternāte:in una conſtituens herculē:
in altera ſeipſum: ſub ea cōdictiōe: ut
ſi ipſe uiciſſet de ſtipe templi ſibi cenā
pararet amicāq; conduceret. Si autē
uictoria herculis fieret:hoc ideꝫ de pe
cunia ſua voluptati herculis exhibēt:
⁊ deinde cuꝫ a ſeipſo tanq̄ ab hercule
uictus eſſet:debitam cenam ⁊ nobiliſ-
ſimam meretricem laurentinam deo
herculi dedit. At illa cum dormiuiſſꝫ
in templo:uidit īſomnis herculem ſi-
bi eſſe cōmixtum:ſibiq; dixiſſe q̄ inde
diſcedens cui primum iuueni obuia fi
eret:apud illum eſſet inuentura merce
dem:quā ſibi credere debēt ab hercle
pſolutam. Ac ſic abeunti cum primus
iuuēis ditiſſimus tarūtius occurriſſꝫ:
eāq; dilectā ſecū diutius habuiſſꝫ:illa
herede relicta defunctus eſt. Que am
pliſſimam adepta pecuniam: ne diuie
mercedi uideret̄ ingrata: quod accep-
tiſſimum putauit eſſe numibus: pplꝫ
romanum etiam ipſa ſcripſit heredē.
Atq; illa nō comparente inuentum ē
teſtamētum. Quibꝰ meritis eā ferūt ēt
honores meruiſſe diuinos. Hec ſi poe
te fingerēt:ſi mimi agerent:ad fabulo-
ſam theologiam dicēnt̄ proculdubio
ptinere: ⁊ a ciuilis theologie dignita-
te ſepanda iudicarentur. Cū uero hec
dedecora nō poetarum ſed pplorūꝫ:ñ
mimorum ſed ſacrorum:nō theatroꝝ
ſed temploꝝ.i.non fabuloſe ſed ciuil'
theologie a tāto auctore produntur:
non fruſtra hiſtriones ludicris artibꝰ
fingunt deorum que tanta eſt turpi-
tudinem: ſed plane fruſtra ſacerdo-
tes velut ſacris ritibus conantur fin
gere deoꝝ que nulla eſt honeſtatem.
Sacra ſunt iunonis:⁊ hec in eius di-
lecta inſula ſamo celebrantur: ubi ad
nuptum data eſt ioui. Sacra ſunt ce-
reris:ubi a plutone rapta proſerpina
querit̄. Sacra ſunt veneris:ubi amatꝰ
eius adon aprino dente extinctus iu-
uenis fortiſſimus plangit̄. Sacra ſūt
matris deoꝝ:ubi atys pulcher adole
ſcens ab ea dilectus: ⁊ muliebri zelo
abſciſus:etiam hominum abſciſorum
quos gallos uocant infelicitate deplo
ratur. Hec cuꝫ deformiora ſint omni
ſcenica feditate:quid eſt q̄ fabuloſa de

dijs figmenta poetaꝝ ad theatꝝ uide licet pertinentia : uelut ſecernē nitunť a ciuili theologia:quam ptinere ad uꝛ bē volunt:quaſi ab honeſtis ⁊ dignis indigna ⁊ turpia? Itaqꝫ potius ē ũde gratie debeantur hiſtrionibus ꝗ ocul' hominum pepercerũt:nec omnia ſpec taculis nudauerunt:que ſacroꝛum edi um parietibus occulunť. Quid de ſa cris eoꝝ boni ſentiendum eſt que tene bris opiunť:cum tam ſint deteſtabl'ia que proferuntur in lucez? Et certe ꝗd in occulto agāt per abſciſos ⁊ molles ipſi uiderint. Eoſdem tamen homineſ infeliciter ac turpiter eneruatos ac cõ ruptos minime occultare potuerunt. Perſuadeāt cui poſſunt ſe aliquid ſāc tum per tales agere homines:quos i ter ſancta ſua numerari atqꝫ uerſari negare non poſſunt. Neſcimus quid agant:ſed ſcimus ꝑ quales agant. No uimus autem que agantur i ſcēa que nunquam uel in choꝛo meretricũ:ubi nemo abſciſus aut mollis intrauit: ⁊ tñ etiam ipſa turpes ⁊ infames agũt. neqꝫ enim ab honeſtis agi debuerũt. Que ſunt ergo illa ſacra quibus agē dis tales elegit ſanctitas : quales nec thymelica in ſe admittit obſcenitas?

De interpretationibus naturaliuꝫ rationum:quas doctoꝛes pagani pro dijs ſuis conanť oſtendere.cap.viij.

At enim habent iſta phyſiologi cas quaſdam ſicut aiunt.i.natu ralium rationum iterꝑtationes. Qua ſi vo nos in hac diſputatione phyſio logiam querimus ⁊ non theologiam: .i.rationem nõ nature ſed dei. Quan uis enim qui uerus deus eſt nõ opiõe ſed natura ſit deus:non tamen omniſ natura deus eſt:qꝛ hominis ⁊ pecoꝛis ⁊ arboꝛis ⁊ lapidis utiqꝫ natura eſt: quoꝝ nihil eſt deus. Si autem huius interpretationis quando agitur de ſa cris matris deoꝛum caput eſt certe:ꝙ mater deoꝝ terra eſt. Quid ultra que rimus:quid cetera perſcrutamur: ꝗd euidentius ſuffragatur eis qui dicunt omnes iſtos deos homies fuiſſe? Sic enim ſunt terrigene: ſicut terra eis eſt mater. In uera autem theologia:opꝰ dei eſt terra non mater. Uerũtamen quoquomodo ſacra eius interpretēť: ⁊ referant ad rerum naturam : viros muliebria pati non eſt ſecundum na turam:ſed contra naturam. Hic moꝛ bus:hoc crimen : hoc dedecus habet inter illa ſacra profeſſionem:quod in uitioſis hominum moꝛibus uix habꝫ iter toꝛmenta confeſſionez. Deinde ſi iſta ſacra que ſcenicis turpitudinibus conuincuntur eſſe fedioꝛa:hic excuſā tur atqꝫ purgantur:ꝙ habent interꝑ tationes ſuas:quibus oſtendantur re rum ſignificare naturam:cur non eti am poetica ſimiliter excuſentur atqꝫ purgentur? Multi enim ⁊ ipſa ad eũ dē modũ interꝑtati ſũt uſqꝫadeo:ut qδ ab eis immaniſſimum ⁊ īfandiſſimuꝫ dicitur ſaturnum filios ſuos deuoraſ ſe:ita nõnulli interpꝛetenť:ꝙ longiqui tas tēpoꝛis que ſaturni nomine ſigni ficatur:quicquid gignit ipſa conſũat. Uel ſicut idem opinatur varro ꝙ per tineat ſaturnus ad ſemina que in ťrã de qua oꝛiunť iterꝝ recidunt. Itēqꝫ aliȷ̃ alio modo ⁊ ſimiliter cetera. Et tamē theologia fabuloſa dicitur:⁊ cum om nibus huiuſcemodi interꝑtationibus ſuis reprehenditur:abiicitť: improbaťr: nec ſolum a naturali que philoſopho rum eſt:uerum etiam ab iſta ciuili de qua agimus:que ad urbes populoſqꝫ pertinere aſſeritur:eo ꝙ de dijs īdigna confinxerit merito repudianda diſcer nitur. Eo nimiꝝ conſilio: ut quoniaꝫ acutiſſimi homines atqꝫ doctiſſimi a quibus iſta conſcripta ſunt : ambas improbãdas intelligebãt : ⁊ illã.ſ.fa buloſam: ⁊ iſtam ciuilem . Illã uero

audebāt improbare:hanc ñ audebāt: illam culpandam propoſuerunt: hāc eius ſimilem comparandam expoſuerūt:ñ ut hec pre illa tenenda eligētur: ſed ut cum illa reſpuēda itelligeretur: atqꝫ ita ſine piculo eorum qui ciuilem theologiam reꝑhendere metuebant: utraqꝫ contempta ea quam naturalē vocāt apud meliores aīos īueniret locum. Nam ꝛ ciuilis ꝛ fabuloſa ambe fabuloſe ſunt:ābeqꝫ ciuiles: ambas iueniet fabuloſas:q̄ vanitates ꝛ obſcenitates ābarum prudenter īſpexerit ā bas ciuiles: qui ludos ſcenicos pertinētes ad fabuloſam in deoꝝ ciuilium feſtiuitatibus: ꝛ i urbium diuinis īb' aduerterit. Quomodo igitur uite eterne dande poteſtas cuiq̄ deorum iſtoꝝ tribuitur:quos ſua ſimulacra ꝛ ſacra cōuincunt dījs fabuloſis apertiſſime reprobatis eſſe ſimillimos:fōmis:etatibus:ſexu:habitu:ꝯiugijs: generationibus:ritibus:in quibus omnib' aut homines fuiſſe intelligūt:ꝛ pro uniuſcuiuſqꝫ vita uel morte:ſacra eis ꝛ ſollēnia conſtituta hunc errorem inſinuantibus firmantibuſqꝫ demonibus: aut certe ex qualibet occaſione immūdiſſimi ſpiritus fallendis humāis mētibus irrepſiſſe.

De officijs ſinguloꝝ deoꝝ.cap.ix.

q Uid ipſa numinū officia tā vilit minutatiqꝫ conciſa:propter quod eis dicunt pro uniuſcuiuſqꝫ proprio munere ſupplicari oportē. Unde non quidem omnia:ſed multa iam diximus:nōne ſcurrilitati mimice:q̄ diuine conſonāt dignitati. Si duas q̄ſq̄ nutrices adhiberet infanti : quarum una nihil niſi eſcam:altera nihil : niſi potum daret:ſicut iſti ad hec duas adhibuerunt deas edulicam ꝛ potinam: nempe deſipere ꝛ aliquid mimo ſimile in ſua domo agere uideretur:liberꝝ a liberamēto appellare volunt:q̄ mares in coeundo per eius beneficium emiſſis ſeminibus liberentur. Hoc idē dicunt in femis agere liberam: quam etiam venerem putant:q̄ ꝛ ipſas perhibeant ſemina emittere. Et ob hoc libero eandem uirilem corporis partem in templo poni:femineam libere. Et ob hoc addunt mulieres attributas libero ꝛ vinum propter libidinē cōcitandā. Sic bacchanalia ſūma celebrant inſania : ubi varro ipſe ꝯfitet a bacchantib' talia fieri ñ potuiſſe:niſi mēte cōmota. Hec tamē poſtea diſplicuerunt ſenatui ſaniori:ꝛ ea iuſſit auferri. Saltem hic tandem forſitan ſēſerūt:q̄d immūdi ſpūs dum pro dījs hñtur in hominum poſſint mētibus. Hec certe ñ fierent in theatris:ludunt quippe ibi : non furiunt : quanuis deos habere qui etiam ludis talibus delectentur ſimile ſit furoris . Quale aūt illud eſt:q̄ cum religioſum a ſuꝑſtitioſo ea diſtinctione diſcernat : ut a ſuꝑſtitioſo dicat timeri deos:a religioſo autem tātum uereri ut parentes: ñ ut hoſtes timeri: atqꝫ oīs ita bonos dicat:ut facilius ſit eos nocētibus pcē q̄ ledere queq̄ inocentem:tamē mulieri fete poſt ꝑtum tres deos cuſtodes adhiberi cōmemorat:ne ſiluanus de' per noctem igrediatur ꝛ uexet:eoꝝqꝫ cuſtodum ſignificādorum cauſa tres homines circuire limina domus : ꝛ primo limen ſecuri ferire:poſtea pilo: tertio deuerrere ſcopis : ut his datis culture ſignis:deus ſiluanus prohibeatur intrare:quia neqꝫ arbores ceduntur ac putantur ſine ferro:neqꝫ far cōficitur ſine pilo:neqꝫ fruges coaceruātur ſine ſcopis. Ab his aūt trib' reb' tres nuncupatos deos. Intercidonē a ſecuris itercīſione : pilūnum a pilo: deuerram a ſcopis:q̄b' dījs cuſtodib' contra uim dei ſiluani feta ꝯſuaret. Ita cōtra dei nocentis ſeuitiā bonoꝝ

custodia ñ ualeret:niſi plures eſſēt ad
uerſus unū:eiq; aſpero:horrendo: in/
culto utpote ſilueſtri ſignis culture tā
quam cōtrarijs repugnarent. Jſta ne
iſta ē inocētia deorum:iſta concordia?
Heccine ſunt numina ſalubria urbium
magis ridenda ꝙ ludibria theatrorum?
Cum mas ꝛ femina cōiunguntur ad/
hibetur deus iugatinus:ſit hoc feren/
dum. Sed domum eſt ducenda que
nubit:adhibetur deus domiducus. Ut
maneat cum uiro additur dea mātur
na. Quid ultra queritur? Parcatur huma
ne uerecundie: peragat cetera concu/
piſcentia carnis ꝛ ſanguinis:procurato ſe
creto pudoris: quid impletur cubiculum
turba numinum:quā ꝛ paranymphi i/
de diſcedunt:ꝛ ad hoc impletur:ñ ut eo
rum pñtia cogitata maior ſit cura pu
dicitie:ſed ut femine ſexu infirme: no/
uitate pauide: illis cooperātibus ſine
ulla difficultate ūginitas auferatur? Ad
eſt enim dea uirginenſis:ꝛ deus pater
ſubigus:ꝛ dea mater prema:ꝛ dea ꝑ/
tunda:ꝛ venus ꝛ priapus. Quid eſt
hoc? Sed omnino laborantem in illo
ope uirum ab dijs adiuuari oportebat
non ſufficiebat aliquis unus aut a/
liqua una. Nūqd venus ſola parum eſſet
q̄ ad hoc etiam dicitur nuncupata: ꝙ ſine
eius in femina uirgo eſſe nō deſinat?
Si ulla ē frons in hoibus que non eſt
in numinibus:nonne cum credunt cō
iugari tot deos utriuſq; ſexus eſſe pre
ſentes ꝛ huic operi inſtantes ita pudo
re afficiuntur:ut ꝛ ille minus moueatur
ꝛ illa plus reluctetur. Et certe ſi adeſt
uirginenſis dea ut uirgini zona ſolua
tur:ſi adeſt deus ſubigus ut uiro ſubi
gatur:ſi adeſt dea ꝑma ut ſubacta ne ſe cō
moueat cōprimatur: dea partūda ibi
quid facit? Erubeſcat:eat foras: agat
aliquid ꝛ maritus. Ualde inhoneſtū ē:
ut quod uocatur illa impleat quiſq; niſi
ille. Sed forte iō toleratur: quia dea dicitur
eſſe non deus. Nam ſi maſculus cre/
deretur ꝛ partundus uocaretur: magis
cōtra eum pro uxoris pudicitia poſcēt
maritus auxiliū:ꝙ feta cōtra ſiluanum.
Sed quid hoc dicam cū ibi ſit ꝛ priapus
nimius maſculus:ſuper cuius imaniſſi/
mum ꝛ turpiſſimum faſcinum ſedere
noua nupta iubebatur:more honeſtiſſimo
ꝛ religioſiſſimo matronarum? Eant ad
huc ꝛ ciuilem theologiam a theologia
fabuloſa:urbes a theatris:tēpla a ſce
nis:ſacra pontificum a carminibus poe/
tarū:uelut res honeſtas a turpibus:ūa
ces a fallacibus:graues a leuibus: ſeri/
as a ludicris:appetēdas a reſpuēdis
qua poſſūt quaſi cōetur ſubtilitate diſcer
nē. Jntelligimus q̄d agāt:illā theatri/
cā ꝛ fabuloſā theologiā ab iſta ciuili
pēdē nouerūt:ꝛ ei de carminibus poetarum
tanꝙ de ſpeculo reſultare. Et iō iſta
expoſita quā dānare non audent: illā
eius imaginem liberius arguunt ꝛ re
prehendunt:ut qui agnoſcūt q̄d velit:
ꝛ hanc ipſam faciem: cuius illa imago
eſt deteſtentur. Quam tamen ipſi dij
tanquam in eodem ſpeculo ſe intuen/
tes ita diligūt:vt q̄ qualeſq; ſint in u/
traq; melius videantur. Unde etiam cul/
tores ſuos terribilibus imperijs com/
pulerūt:ūt immūdiciam theologie fa
buloſe ſibi dicarent:in ſuis ſolennita/
tibus ponerent:in rebus diuis haberent:
atq; ita ꝛ ſeipſos immūdiſſimos ſpūs
manifeſtus eſſe docuerūt:ꝛ huius ur/
bane theologie velut electe ꝛ ꝓbate:il
lam theatricam abiectam atq; repro/
batam mēbrum partēq; fecerūt:ut cū
ſit vniūſa turpis ꝛ fallax atq; in ſe cō
tineat commenticios deos: una pars
eius ſit in litteris ſacerdotum: altera in
carminibus poetarum. Utrum hēat
ꝛ alias partes:alia queſtio eſt. Nunc
propter diuiſionem varronis: ꝛ urba
nam ꝛ theatricam theologiā ad unā
ciuilem pertinere:ſatis ut opinō oñdi.
Uñ quia ſūt ābe ſimilis turpitudinis:
abſurditatis:indignitatis: falſitatis:

abſit a uiris religioſis:ut ſiue ab hac ſiue ab illa vita ſpeꝰ eterna. Deniqꝫ ⁊ ipſe varro cōmemorare ⁊ enumerare deos cepit a cōceptione hominis:quorum numeruꝫ exorſus eſt a iano:eāqꝫ ſeriem perduxit uſqꝫ ad decrepite hominis mortem:⁊ deos ad ipſū hoīem pertinentes clauſit ad neniam deam: que in funeribus ſenum cantatur. Deinde cepit deos alios oſtendere:qui ꝑtinerent non ad ipſum hominem: ſed ad ea que ſunt hominis:ſicuti eſt uictus atqꝫ ueſtitus : ⁊ quecūqꝫ alia que huic vite ſunt neceſſaria:oſtendens in omnibus quid ſit cuiuſqꝫ munꝰ:⁊ ꝓpter quid cuiqꝫ debeat ſupplicari. In qua uniuerſa diligentia nullos demōſtrauit uel nominauit deos:a quibus uita eterna poſcenda ſit:propter quaꝫ unam proprie nos chriſtiani ſumus. Quis ergo uſqꝫadeo tardus ſit:ut nō intelligat iſtum hominēꝫ ciuileꝫ theologiam tam diligenter exponendo ⁊ aperiendo:eāqꝫ illi fabuloſe indigne atqꝫ probroſe ſimilem demonſtrādo: atqꝫ ipſam fabuloſam partem eſſe huius ſatis euidenter docendo: non niſi ipſi naturali : quam dicit ad philoſophos pertinere in animis hominum moliri locuꝫ:ea ſbtilitate ut fabuloſā reprehendat.ciuilem uero reprehēdē quidem non audeat:ſed prodendo reprehenſibileꝫ oſtendat.atqꝫ ita utraqꝫ iudicio recte intelligentiuꝫ reprobata: ſola naturalis remaneat eligenda: de qua ſuo loco in adiutorio dei ueri diligentius diſſerendum eſt.

De libertate ſenece:q̄ uehemētiꝰ ciuilē theologiā rep̄hēdit:q̄ varro fabuloſam.cap.x.

Libertas ſane q̄ huic defuit:ne iſtaꝫ urbanā theologiā tā diligēter theatrice ſimillimā apte ſicut illaꝫ reprehēdē audēt : anneo ſenece quem nōnullis indicijs inuenimus apl'oruꝫ noſtroꝝ claruiſſe temporibus:nō q̄dē ex toto:ueꝝ ex aliqua parte n̄ defuit. Affuit enim ſcribenti: uiuenti defuit. Nam in eo libro quē contra ſupſtitiones ſcripſit:multo copioſius atqꝫ uehemētius reprehendit ipſe ciuilē iſtaꝫ ⁊ urbanā theologiam:q̄ varro theatricam atqꝫ fabuloſam. Cum enim de ſimulacris ageret:ſacros inquit immōtales inuiolabileſqꝫ deos in materia uiliſſima atqꝫ immobili dedicant:habitus illis hominuꝫ ferarūqꝫ ⁊ piſciū. quidam v̄o mixto ſexu diuerſis cōporibus induunt:numina uocant:que ſi ſp̄u accepto ſubito occurrerēt mōſtra hr̄entur. Deinde aliq̄nto poſt cū theologiam naturaleꝫ predicans quoꝝdā phoꝝ ſententias digeſſiſſet: oppoſuit ſibi queſtionem ⁊ ait. Hoc loco dicit aliquis. Credam ego celum ⁊ terram deos eſſe:⁊ ſupra lunam alios : infra alios. Ego ferā aut platonē: aut peripateticum ſtratonem:quoꝝ alter deū fecit ſine corpore:alter ſine animo. Et ad hoc reſpondens quid ergo tandeꝫ inq̄t:Veriora t̄ uidentur titi tatij:aut romuli:aut tulli hoſtilij ſomnia?Cloacinam titus tatius dedicauit deam: picum tyberinūqꝫ romulus:hoſtilius pauorem atqꝫ pallorem : teterrimos hominum affectus:quorum alter mētis territe motus eſt:alt̄ corporis : ne morbus quidem ſed color. Hec numina potius credes ⁊ celo recipies? De ipſis v̄o ritibꝰ crudelr turpibꝰ q̄ libeꝛ ſcripſit. Ille iq̄t uiriles ſibi p̄tes amputat:ille lacertos ſecat. Ubi iratos dōſ timent:qui ſic ꝓpitios merent̄? Dij autem nullo debent coli genere:ſi ⁊ hec volunt. Tantus eſt perturbate mētis ⁊ ſedibus ſuis pulſe furor : ut ſic dij placentur quemadmodum ne quidem homīes ſeuiunt teterrimi:⁊ in fab'las traditi crudelitatis. Tyrāni lacerauerunt aliquorum membra : neminem

ſua lacerare iuſſerunt: in regie libidis
voluptatem caſtrati ſunt quidam: ſed
nemo ſibi ne uir eſſet iubente dño ma
nus intulit. Se ipſi in templis cõtru
cidãt: vulneribus ſuis ac ſanguie ſup-
plicant. Sicui intueri uacet que faciũt
queqꝫ patiunt: inueniet tam indecora
honeſtis: tam indigna liberis: taꝫ diſſi
milia ſanis: ut nemo fuerit dubitaturꝰ
furere eos. Si cum paucioribus fure-
rent utcunqꝫ ferendi eſſent: nunc ſani-
tatis patrocinium eſt inſanientiũ tur-
ba. Iaꝫ illa que i ipſo capitolio fieri ſo
lere commemorat: ⁊ itrepide omnino
coarguit: quis credat niſi ab irridenti
bus aut furentibus fieri? Nam cum i
ſacris egyptus oſiri lugeri perditum:
mox autem de inuento magnũ fuiſſe
gaudium deriſiſſet: cum perditio eius
inuentioqꝫ fingatur: dolor tñ ille atqꝫ
leticia ab eis q̃ nihil ꝑdiderũt nihilqꝫ
inuenerũt ueraciter exprimatur: huic
tamen inquit furori certuꝫ tempus ẽ.
Tolerabile eſt ſemel in anno iſanire:
in capitolium peruenire. Pudebit pu
blicate dementie: quia quod ſibi uanꝰ
furor attribuit officiũ: alius nomia dõ
ſubijcit: alius horas ioui nuntiat: aliꝰ
lictor eſt: alius unctor: qui uano motu
brachiorũ imitatur ungentem. Sunt
que iunoni ac minerue capillos diſpo
nant: longe a templo non tantum a ſi
mulacro ſtantes digitos mouent õnã
tium modo: ſunt que ſpeculuꝫ teneãt:
ſunt que ad uadimonia ſua deos ad-
uocent: ſunt qui libellos offerant: ⁊ il
los cauſam ſuam doceant. Doctus ar
chiminus ſenex iam decrepitus quoti
die in capitolio mimum agebat: quaſi
dij libenter expectarent: quem illi ho-
mines deriſerant. Omne illic artificũ
genus operantium dijs immortalibꝰ
deſidet. Et paulo poſt. Hi tamen iq̃t
etiam ſi ſuperuacuum uſum: nõ turpẽ
nec infamẽ deo promittunt. Sedẽt q̃-
dam in capitolio que ſe a ioue amari
putant: nec iunonis quidem ſi credere
poetis uelis iracũdiſſime reſpectu ter-
rentur. Hanc libertatem uarro nõ ha-
buit: tñmodo poeticam theologiam
reprehendere auſus eſt: ciuilem nõ au
ſus eſt: quam iſte concidit. Sed ſi uerꝫ
attendamus: deteriora ſunt tẽpla ubi
hec aguntur: ꝙ̃ theatra ubi finguntᷣ.
Uñ in his ſacris ciuilis theologie haſ
partes potius elegit ſeneca ſapiẽti: ut
eas in animi religione nõ habeat: ſꝫ i
actibus fingat. Ait eniꝫ que omnia ſa
piens ſeruabat tanꝙ̃ legibus iuſſa: nõ
tãꝙ̃ dijs grata. Et paulo poſt. Quid
ꝙ ⁊ matrimonia inquit deorꝫ iũgius
⁊ ne pie quidem: fratrũ .ſ. ⁊ ſororum?
Bellonam marti collocamus: uulcão
uenerem: neptuno ſalaciam. Quoſdã
tamen celibes relinquimus: quaſi con
ditio defecerit: preſertim cuꝫ quedam
uidue ſint: ut populonia uel fulgora:
⁊ diua rumina: quibus non miror pe-
titoreꝫ defuiſſe. Omneꝫ iſtaꝫ ignobilẽ
deoruꝫ turbaꝫ: quaꝫ longo euo longa
ſuperſtitio cõgeſſit. Sic inquit adora-
bimus: ut meminerimus cultũ eius magis
ad moreꝫ ꝙ̃ ad reꝫ pertinere. Nec le-
ges ergo ille nec mos in ciuili theolo-
gia id inſtituerunt: quod dijs gratuꝫ
eſſet: uel ad reꝫ pertineret. Sꝫ iſte quẽ
philoſophi quaſi liberuꝫ fecerunt: tñ
qr illuſtris populi rõani ſenator erat:
colebat quod reprehendebat: agebat
quod arguebat: quod culpabat adõra
bat: quia uidelicet magnum aliquid
eum philoſophia docuerat: ne ſupſti-
tioſus eſſet in mundo: ſed ꝓpter leges
ciuium moreſqꝫ hominum: nõ quideꝫ
ageret fingenteꝫ ſcenicum in theatro:
ſed imitaretur in templo: eo dãnabili-
us: quo illa que mendaciter agebat ſic
ageret: ut eum populus ueraciter age
re exiſtimaret. Scenicus autem lu-
dendo potius delectaret: ꝙ̃ fallendo
deciperet.

Quid de iudeis seneca ſenſerit.ca/
pitulum.xi.

b Ic iter alias ciuil' theologie ſu/
pſtitiões rephēdit ēt ſacramēta
iudeoꝝ:⁊ maxīe ſabbata iutiliter eos
facere affirmans:ꝙ per illos ſingulos
ſepteꝫ interpoſitos dies:ſeptiaꝫ fere p
teꝫ etatis ſue pdant vacando: ⁊ mlta
in tempore urgentia ñ agendo ledāt.
Chriſtianos tamen iaꝫ tūc iudeis ini/
miciſſimos in neutram parteꝫ cōmē
rare auſus eſt:ne uel laudaret contra
ſue patrie veterem conſuetudinē: vel
reprehenderet contra propriam forſi/
taꝫ volūtatem. De illis ſane iudeis cū
loqueretur ait. Cum interiꝫ uſqꝫ eo
ſceleratiſſime gentis cōſuetudo cōua/
luit:ut per oīs iaꝫ terras recepta ſit
uicti victorib' leges dederūt.mirabat'
hoc dicēs:⁊ qđ diuinit' ageret ignōās.
Subiecit plane ſñiaꝫ:qua ſignificaret
quid de illoꝝ ſacramētoꝝ rōe ſentiret.
Ait eīꝫ. Illi tamen cauſas ritus ſui no
uerūt:⁊ maiō pars populi facit:quod
cur faciat ignorat. Sed de ſacramētis
iudeorum:uel cur uel quatenus inſti/
tuta ſint auctoritate diuia:ac poſtmo/
dum a populo dei:cui vite eterne my/
ſteriū reuelatuꝫ eſt:tempore quo opor
tuit eadem auctoritate ſublata ſint: ⁊
alias diximus:maxime cum aduerſuſ
manicheos agēmus:⁊ in hoc opere lo
co opportuniore dicendū eſt.

Quod gentiliū deorum natiuita/
te detecta: nequeat dubitari eternam
eos vitam nemini preſtare:qui nec ip/
ſaꝫ adiuuāt tēporaleꝫ.cap.xij.

n Unc aūt ꝓpter tres theologias
quas greci dñt mythicē:phyſi/
cē:politicē: latīe aūt dici pñt:fabloſa:
naturalis: ciuilis:ꝙ neqꝫ de fabuloſa
quaꝫ ⁊ ipſi multoꝝ falſorūqꝫ deorum
cultores liberrime rephenderūt: neqꝫ
de ciuili cuius illa pars eſſe cōuincit':
eiuſqꝫ ⁊ iſta ſimillima vel etiaꝫ deťior
inuenitur:ſperanda eſt eterna vita:ſi
cui ſatis nō ſunt que in hoc uolumīe
dicta ſunt: adiūgant etiam illa que in
ſuperioribus libriſ ⁊ maxime quarto:
de felicitatis datore deo pluria diſpu/
tata ſūt. Nam cui niſi uni felicitati ꝓp
ter uitam eternam conſecrandi hoīes
eſſent:ſi dea felicitas eſſet? Quia uero
non dea ſed munus eſt dei:cui deo ni/
ſi datori felicitatis conſecrandi ſum':
qui eternam uitam ubi uera eſt ⁊ plēa
felicitas pia caritate diligimus? Non
autem datorem eſſe felicitatis quenqꝫ
iſtorum deorum qui tanta turpitudīe
coluntur:⁊ niſi ita colantur multo tur
pius iraſcuntur: atqꝫ ob hoc ſe ſpūs
imundiſſimos cōfitentur:puto ex his
que dicta ſunt nemineꝫ dubitare opō/
tere. Porro qui non dat felicitatem:
vitam quomodo poſſit dare eternā?
Eam quippe vitaꝫ eternam dicimus:
ubi eſt ſine fine felicitas. Nam ſi aīa ī
penis viuit eternis:quibus ⁊ ipſi ſpiri
tus cruciabuntur immundi: mors il/
la potius eterna dicēda ē ꝙ̄ uita. Nul
la qppe maior ⁊ peior eſt mors ꝙ̄ ubi
non moritur mors. Sed ꝙ anime na/
tura per id ꝙ immortalis creatā eſt ſi/
ne qualicūqꝫ vita eſſe non poteſt:ſum
ma eius mors eſt alienatio a uita dei
in eternitate ſupplicij. Uitam igit' eter
nam ideſt ſine vllo fine felicem: ſolus
ille dat qui dat uerā felicitatem. Quā
ꝙ̄ illi quos colit theologia iſta ciuilis
dare ñ poſſe conuicti ſunt:ñ ſolū ꝓp/
ter iſta temporalia atqꝫ terrena quod
ſuperioribus quinqꝫ libris oſtendiuſ:
ſed multo magis propter uitam eter/
nam que poſt mortem futura eſt: qđ
iſto vno etiaꝫ illis cooperantibus egi/
mus:colendi non ſunt. Sed quoniaꝫ
veternoſe conſuetudinis uis nimis in
alto radices habet: ſicui de iſta ciuili
theologia reſpuenda atqꝫ vitāda parꝫ

videoꝛ diſputaſſe: i aliud volumē qȯ huic opitulante deo ſtˀiūgēdum eſt a-nimum intēdat.

Aurelij auguſtini de ciui tate dei liber ſeptimus.

An cum in theologia ciuili deitatē ñ eſſe cōſtiterit:in ſelectis dijs eam inueniri poſſe credēdū ſit.capitulum.i.

d ILIGENTIus me prauaſ ⁊ veteres opioneſ veritati pietatis inimicas: quas tenebroſis anis altius ⁊ tenaciꝰ diuturnus hūani generis erroꝛ infinxit: euellere atqꝫ extirpare conātem: ⁊ illius gratie qui hoc ut verus deus poteſt ꝓ meo modulo in eius adiutorio cooperantem ingenia celeriora atqꝫ meliora quibuſ ad hāc rem ſuperioꝛes libri ſatis ſupqꝫ ſufficiunt: patienter ⁊ equaminiter ferre debebūt:⁊ propter alios ñ putare ſupfluum:quod iam ſibi ſentiunt ñ neceſſarium. Multum magna res agitur:cum uera ⁊ uere ſancta diuinitas:quāuis ab ea nobis etiam huic: quam nunc gerimus fragilitati neceſſaria ſubſidia prebeantur: non tantū propter moꝛtalis vite tranſitoriuꝫ uapoꝛem:ſed propter vitam beataꝫ que non niſi eterna eſt querenda ⁊ colēda predicatur. Hanc diuinitatem uel ut ſic dixerim deitatem: nam ⁊ hoc vᷓbo uti iam noſtros nō piget:ut e greco expꝛeſſius tranſferunt:quod illi theoteta appellant. Hanc ergo diuinitatem ſiue deitateꝫ ñ eſſe i ea theologia: quā ciuilem uocant:que a marco uarrone xvi. volumibus explicata eſt.i.ñ peruenire ad eterne uite felicitatem taliuꝫ deoꝝ cultꝰ: quales a ciuitatibus quaſi literqꝫ colendi inſtituti ſūt:cui nōdum perſuaſit ſextus liber:quem proxime abſoluimus: cum iſtum foꝛſitaꝫ legerit:quid de hac queſtione expedienda vlterius deſideret non habebit. Fieri enim non poteſt:ut ſaltem deos ſelectos atqꝫ precipuos quos varro volumine complexus eſt ultimo: de quibꝰ parum diximus:quiſqꝫ colendos ꝓpter uitam beatam:que non niſi eterna eſt opinetur. Qua in re non dico: qȯ facetius ait tertulianus foꝛtaſſe ꝙ uerius. Si dij ſeliguntur ut bulbi: utiqꝫ ceteri reprobi iudicantur. Non hoc dico. video eniꝫ etiam ex electis ſeligi aliquos ad aliquid maius atqꝫ preſtātius:ſicut in militia:cum tyrones electi fuerint: ex his quoqꝫ eliguntur ad opus aliquod maius armoꝛum. Et cum eligūtur in eccleſia qui fiant prepoſiti:non utiqꝫ ceteri reprobantur: cum omnes boni fideles electi merito nūcupentur. Eligūtur in edificio lapides angulares:non reprobatis ceteris qui ſtructure partibus alijs deputanť. Eligūť uue ad veſcendū: nec reprobantur alie: quas relinqmus ad bibendū. Non opꝰ eſt mlťa perqrere. cū res in apeꝛto ſit. Quāobrem non ex hoc ꝙ dij ex mlťis qdem electi ſūt: uľ is q ſcripſit:ľ eoꝛū cľtoꝛes:ľ dij ipſi uituperandi ſūt:ſed advtendū potius qnam iſti ſint:⁊ ad quam rem ſelecti uideanť.

Qui ſint dij ſelecti:⁊ an ab officijs uiliorū deoꝛū habeantuꝛ excepti.capitulū.ij.

h Os certe deos ſelectos uarro unius libri contextione commendat. Janū:iouem:ſatnū:geniū: mercuriū: apollinem:maꝛteꝫ:uulcanū:neptunū: ſolem:oꝛcū:libeꝝ patrem:tellurem:cererem:iunonem:lunam:dianam: mineruam:uenerem:ueſtam. In quibus

omnibus ferme uiginti duodeciꝫ mares octo ſunt femine. Hec numia utrū propter maiores in mundo adminiſtrationes ſelecta dicuntur: an ꝙ populis magis innotuerunt maiorq; eſt eis cultus exhibitus. Si propterea qz opera maiora ab his adminiſtrantur in mundo non eos inuenire debuimꝰ inter illam quaſi plebeiam numinum multitudinem minutis opuſculis deputatam. Nam ipſe primuꝫ ianus cū puerperium concipitur: unde illa cūcta opera ſumunt exordium: minutatī minutis diſtributa numinibus adituꝫ aperit recipiendo ſemini. Ibi eſt ⁊ ſatnus propter ipſum ſemen. Ibi liber ꝗ marem effuſo ſemine liberat. Ibi libera: quam ⁊ uenerem uolunt: que hoc idem beneficium conferat femine: ut etiam ipſa emiſſo ſemine liberet. Omnes hi ex illis ſunt qui ſelecti appellantur. Sed ibi eſt ⁊ dea mena: que menſtruis fluoribus preeſt: quāuis iouis filia tamen ignobilis eſt. Et hanc prouinciam fluorum mēſtruorum ī libris ſelectorum deorum ipſi iunoni idem auctor aſſignat: que in diis ſelectis etiam regina eſt: ⁊ hic tanquā iuno lucina cum eadem mena priuigna ſua eidem cruori preſidet. Ibi ſunt ⁊ duo neſcio qui obſcuriſſimi uitūnus ⁊ ſentinus: quorum alter uitam: alter ſēſuſ puerperio largiuntur. Et nimirū multo plus preſtant cum ſint ignobiliſſimi: ꝙ illi tot proceres ⁊ ſelecti. Nam profecto ſine uita ⁊ ſenſu quid eſt illꝰd totuꝫ quod muliebri utero geritur: niſi neſcio quid abiectiſſimuꝫ limo ac pulueri cōparandū?

Quaꝫ nulla ſit ratio q̄ de ſelectione quorūdaꝫ deorum poſſit oſtendi: cur multis inferioribuſ excellentior adminiſtratio deputetur. cap. iij.

q Ue igiť cauſa tot ſelectos deos ad hec opa mīma cōpulit: ubi s vitūno ⁊ ſentino quos fama obſcura recōdit: in huius munificentie partitione ſuperentur? Confert eniꝫ ſelectus ianus aditū ⁊ quaſi ianuaꝫ ſemini confert: ſelectus ſaturnuſ ſem̄ ipſū. Confert ſelectus liber eiuſdeꝫ ſēinis emiſſioneꝫ uiris. Confert hoc ideꝫ libera: que ceres ſeu venus eſt feminis. Confert ſelecta iuno: ⁊ hec non ſola ſed cuꝫ mena filia iouis fluores menſtruos ad eius quod conceptuꝫ eſt incrementuꝫ. Et confert vitūnus obſcurus ⁊ ignobilis vitam: confert ſentinus obſcurus ⁊ ignobilis ſenſum. Que duo tanto illis rebus preſtātiora ſunt: quanto ⁊ ipſe res ab his inintellectu ac ratione uincuntur. Sicut enim que ratiocinantur ⁊ intelligunt: profecto potiora ſunt his que ſine intellectu atq; ratione ut pecora viuūt ⁊ ſentiunt: ita ⁊ illa que uita ſenſuq; ſunt predita: his que nec viuunt nec ſentiunt merito preferuntur. Inter ſelectos itaq; deos uitūnus viuificator: ⁊ ſentinus ſenſificator: magis haberi debuerunt ꝙ ianus ſeminis admiſſor: ⁊ ſaturnus ſeminis dator uel ſator: ⁊ liber ⁊ libera ſeminuꝫ cōmotores uel emiſſores: que ſemina indignuꝫ eſt cogitare: niſi ad uitam ſenſūq; peruenerint: que munera ſelecta non dantur a diis ſelectis: ſed a quibuſdaꝫ incognitis ⁊ pre iſtoruꝫ dignitate neglectis. Quod ſi reſpondetur omniuꝫ initiorum ianuꝫ habere poteſtatem: ⁊ ideo illi etiaꝫ quod aperiat conceptum non immerito attribui: ⁊ omniuꝫ ſeminuꝫ ſaturnuꝫ: ⁊ ideo ſeminationeꝫ quoq; hominis nō poſſe ab eius operatione ſeiungi: ⁊ omniuꝫ ſeminuꝫ emittendoruꝫ liberum ⁊ liberam: ⁊ ideo etiaꝫ his preeſſe que ad ſubſtituendos hoīes pertinent omniū purgandorum ⁊ pariendoruꝫ iunoneꝫ

⁊ ideo eam non deeſſe purgationibus
feminarum ⁊ partubus hominum.
Querant quid reſpondeāt de uitūno
⁊ ſentino: utrum ⁊ ipſos uelint habeř
omnium que uiuunt ⁊ ſentiunt pote-
ſtatem. Quod ſi concedunt: attendāt
ꝙ eos ſublimius locaturi ſint. Nam
ſeminibus naſci i terra ⁊ ex terra eſt:
uiuere autem atq; ſentire etiam deos
ſydereos opinātur. Si autem dicunt
uitūno atq; ſentio hec ſola attributa
que in carne uiueſcūt ⁊ ſenſibus ad-
miniculātur: ⁊ cur ñ deus ille qui fa-
cit omnia uiuere atq; ſentire: etiã car
ni uitam prebet ⁊ ſenſum: uniuerſali
opere hoc munus etiam partubus tri
buēs: ⁊ quid opus eſt uitūno atq; ſen
tino: ſi ab illo qui uite ⁊ ſenſibus p̃eſt
uniuerſaliter cūcta regūtur: ⁊ his qua
ſi famulis iſta carnalia uelut extrema
⁊ ima cōmiſſa ſunt? Ita ne ſunt illi ſe-
lecti deſtituti familia: ut ñ inuenirent
quibus etiam ipſi iſta cōmitterent: ſ;
cum tota ſua nobilitate qua uiſi ſunt
eligendi opus facere cum ignobilibus
cogerentur? Juno ſelecta ⁊ regina: io-
uiſq; ſoror ⁊ coniunx: hec tamen iter-
duca eſt pueris: ⁊ opus facit cum dea
bus ignobiliſſimis abeona ⁊ adeona.
Ibi poſuerunt ⁊ mentem deam: que
faciat pueris bonam mentem: ⁊ inter
ſelectos iſta nō ponitur: quaſi quicꝙ̃
maius preſtari homini poteſt. Poni-
tur autẽ iuno: quia iterduca eſt ⁊ do-
miduca: quaſi quicꝙ̃ proſit iter carpe
re: ⁊ domum duci: ſi mens non eſt bo
na. Cuius muneris deam ſelectores
iſti inter ſelecta numina minime po-
ſuerunt. Que profecto ⁊ mineruę fue
rat preferēda: cui per iſta minuta ope
ra puerorum memoriam tribuerunt.
Quis enim dubitet multo eſſe meli
us habere bonam m̃tem: ꝙ meoriã
quantalibet ingentem. Nemo eĩ ma
lus eſt qui bonam habet m̃tem. Qui
dã uero peſſimi memoria ſunt mira
bili: qui tanto peiores ſunt quanto
minus poſſunt quod male cogitant
obliuiſci. Et tamen minerua eſt inter
ſelectos deos. Mētem autem deam
turba uilis operuit. Quid de uirtute
dicam: quid de felicitate: de quibus in
quarto libro plura iã diximus: quas
cum deas haberent: nullũ eis locũ
inter ſelectos deos dare uoluerunt:
ubi dederūt marti ⁊ orco uni effectori
mortiũ: alteri receptori? Cũ igitur i
his minutis operibus: que minutatiũ
diis pluribus diſtributa ſunt: etiam
ipſos ſelectos uideamus tanquã ſēa
tũ cū plebe pariter operari: ⁊ inuenia
mus a quibuſdam diis: qui nequaꝙ̃
ſeligēdi putati ſunt: m̃lto maiora atq;
meliora adminiſtrari ꝙ ab illis qui ſe
lecti uocantur: reſtat arbitrari nō ꝓp
ter preſtantiores in mundo admĩſtra
tiones: ſed quia prouenit eis ut popu
lis magis innoteſcerent: ſelectos ⁊ pre
cipuos nuncupatos. Unde dicit etiã
ipſe uarro: ꝙ diis quibuſdã patribus
⁊ deabus matribus: ſicut hominibus
ignobilitas accidiſſ;. Si ergo felicitas
ideo fortaſſe inter ſelectos deos eſſe
ñ debuit: ꝙ ad iſtã nobilitatē ñ meri
to ſed fortuitu peruenerit: ſaltē inter
illos uel potius pre illis fortuna pōe
retur: quã dicunt deã nō rationabili
diſpoſitione: ſ; ut temere acciderit ſua
cuiq; dona conferre. Hec in diis ſelec
tis tenere apicē debuit: i quibus ma
xime quid poſſet oſtendit: quando e-
os uidemus non precipua uirtute: nō
rationabili felicitate: ſed temeraria ſi-
cut eorum cultores de illa ſentiunt for
tune poteſtate ſelectos. Nam ⁊ uir di-
ſertiſſimus ſaluſtius etiam ipſos dōs
fortaſſis attendit cum diceret. Sed ꝓ-
fecto fortuna in omni re dominatur:
ea res cunctas ex libidine magis ꝙ ex
uero celebrat obſcuratq;. Non enim
poſſunt inuenire cauſam: cur celebra-
ta ſit venus: ⁊ obſcurata ſit uirtus: cū

ab iſtis ambarū conſecrata ſint nu-
mina: nec comparanda ſint merita.
Aut ſi hec nobilitari meruit: ꝙ plu-
res appetunt venerem ꝙ̄ uirtutem:
cur celebrata eſt dea minerua: ⁊ obſcu
rata eſt dea pecunia: cum in genere
humāo plures alliciat auaricia ꝙ̄ pe-
ritia: ⁊ in eis ipſis qui ſunt artificioſi:
raro inuenies hominem qui non ha-
beat artem ſuam pecuniali mercede
uenalem: pluriſq; pendatur ſemper
propter quod aliquid fit: ꝙ̄ id propter
quod illud fit? Si ergo inſipientis iu-
dicio multitudinis facta eſt deorum
iſta ſelectio: cur dea pecunia minerue
prelata non eſt: cum propter pecuniaʒ
ſint artifices multi? Si autem pauco-
rum ſapientium eſt iſta diſtinctio: cur
non prelata eſt veneri uirtus: cum eaʒ
longe ratio preferat? Saltem certe ut
dixi ipſa fortuna que ſicut putant qui
ei plurimum tribuunt in omni re do-
minatur: ⁊ res cunctas ex libidine
magis ꝙ̄ ex uero celebrat obſcuratq;:
ſi tantum ⁊ in deos ualuit: ut temera-
rio iudicio ſuo quos vellet celebra-
ret: obſuraretq; quos uellet: preci-
puum locum haberet in ſelectis: que
in ipſos quoq; deos tam precipue eſt
poteſtatis. An ut illic eſſet nō poſſet:
nihil aliud etiam ipſa fortuna niſi ad
uerſam putanda eſt habuiſſe fortu-
nam? Sibi ergo aduerſata eſt: que
alios nobiles faciens: nobilitata non
eſt.

Melius actum eſt cum dijs iſerio
ribus: qui nullis infamantur oppro-
brijs: ꝙ̄ ſelectis quorum tante turpi-
tudines celebrantur. cap. iiij.

g Ratuletur autem dijs iſtis ſe-
lectis quiſquam nobilitatis ⁊
claritudinis appetitor: ⁊ deos dicere
fortunatos: ſi non eos magis ad iniu-
rias ꝙ̄ ad honores ſelectos uideret.
Nam illā infimā turbā ipſa ignobili-
tas texit: ne obrueretur opprobrijs.
Ridemus quideʒ cuʒ eos uidēus fig-
mētis humanaruʒ opinionuʒ partitis
inter ſe operibus diſtributos: tāꝙ̄ mi-
nuſcularios vectigaliuʒ conductores:
uel tanꝙ̄ opifices in uico argentario:
ubi unum vaſculum ut perfectū exeat
per multos artificeſ trāſit: cuʒ ab uno
profecto perfici poſſet. Sed aliter nō
putatuʒ eſt operātiuʒ multitudini cō-
ſulēdum: niſi ut ſingulas artis parteſ
cito ⁊ facile diſcerent ſinguli: ne oīs
ī arte una tarde ⁊ difficile cogerentur
eſſe perfecti. Uerūtamē uix qſꝙ̄ repit
deoruʒ nō ſelectorum: qui aliquo crie
famaʒ traxit infamē: vix auteʒ ſelecto
rum quiſpiam qui nō in ſe notaʒ con-
tumelie inſignis acceperit: illi ad iſto-
rum humilia opera deſcenderunt: iſti
in illoruʒ ſblimia crimia nō uenerūt.
De iano quideʒ ñ mihi facile quicquā
occurrit: quod ad probꝝ pertineat.
Et fortaſſis talis fuit ut inocētius ui-
xerit: ⁊ a facinoribus flagitijſq; rēoti-
us. Saturnum fugiētem benignus ex
cepit: cum hoſpite partitus eſt regnū:
ut etiam ciuitates ſingulas conderēt:
iſte ianiculum: iſte ſaturniaʒ. Sed iſti
in cultu deorum omnis dedecoris ap-
petitores: cuius uitam minus turpeʒ
iuenerunt: eum ſimulacri monſtruoſa
deformitate turparunt: nunc eum bi-
frontem: nunc etiam quadrifrontem
tanꝙ̄ geminū faciētes. An forte uolue
runt: ut quoniā plurimi dij ſelecti eru
beſcēda ꝑpetrādo āmiſerāt frōtē: ꝙ̄to
iſte inocētiō eēt: tāto frōtoſiō appēr.

De paganorū ſecretiore doctrina:
phyſiciſq; rationibus. cap. v.

ſ Ed ipſoꝝ poti⁹ inꝑ̄tatiōes phy
ſicas audiamus: quibus turpi-
tudinē miſerrimi erroris velut altiōis
doctrīe ſpē colorare conāt̄. Primū eas

interpretationes ſic uarro cōmdat:ut
dicat antiquos ſimulacra deoꝝ ⁊ inſi
gnia oꝛnatuſqꝫ finxiſſe. Que cuꝫ ocu-
lis aie aduertiſſent:hi qui adiſſēt doc
trine myſteria poſſent animaꝫ mundi
ac partes eius id eſt deos ueros aio
uidere:quoꝝ qui ſimulacra ſpecie ho
minis fecerūt hoc uideri ſecutos : ꝙ
moꝛtaliuꝫ animus qui eſt in coꝛpoꝛe
hūano ſimillius eſt imoꝛtalis animi:
tanquaꝫ ſi uaſa ponerentur cauſa no-
tandoꝝ deoꝝ:⁊ in liberi ede enophoꝛ-
rum ſiſteretur quod ſignificaret uinū:
per id quod continet id quod contine
tur:ita per ſimulacrū quod foꝛmā ha
beret hūanā:ſignificari aiaꝫ rationa-
leꝫ:ꝙ eo uelut uaſe natura iſta ſoleat
contineri:cuius nature deum uolunt
eſſe uel deos. Hec ſunt myſteria doc-
trine:que iſte uir doctiſſimus penetra
uerat unde in luceꝫ iſta proferret. Sꝫ
o homo acutiſſime:nuꝫ in iſtis doctri
ne myſteriis illā prudentiā perdidiſti:
qua tibi ſobrie uiſuꝫ eſt: ꝙ hi qui pri-
mum populis ſimulacra conſtituerūt
⁊ metum dempſerunt ciuibus ſuis ⁊
erroꝛem addiderunt:caſtiuſqꝫ deos ſi
ne ſimulacris ueteres obſeruaſſe rōa-
nos : Hi enim tibi fuerunt auctoꝛes:
ut hec contra poſterioꝛes romanos
dicere auderes. Naꝫ ⁊ ſi illi antiquiſſi-
mi ſimulacra coluiſſent : foꝛtaſſis to-
tum iſtuꝫ ſenſū de ſimulacris non cō-
ſtituendis interim ueri timoꝛis ſilen-
tio premeres:⁊ in huiuſcemodi perni-
cioſis uaniſqꝫ figmētis myſteria iſta
doctrine loquatius ⁊ elatius predica-
res. Aia tamē tua tā docta ⁊ ingenio-
ſa ubi te multū dolemus per hec my-
ſteria doctrine : ad deuꝫ ſuuꝫ id eſt a
quo facta eſt:non cum quo facta eſt:
nec cuius poꝛtio ſed cuius conditio ē:
nec qui eſt ōniuꝫ anima : ſed qui fecit
omneꝫ aiaꝫ:quo ſolo illuſtrante fit a-
nima beata:ſi eius gratie non ſit in-
grata:nullo modo potuit peruenire.

Uerum iſta myſteria doctrine qualia
ſint quantiqꝫ pendenda:que ſequunt̄
oſtendunt. Fatetur interiꝫ uir iſte doc
tiſſimus:animaꝫ mundi ac partes eī
eſſe ueros deos : unde intelligitur to-
taꝫ eius theologiaꝫ eaꝫ ipſaꝫ ſcilicet
naturaleꝫ cui primuꝫ tribuit:uſqꝫ ad
anime rationalis naturam ſe extende
re potuiſſe. De naturali eniꝫ pauciſſi-
ma preloquitur in hoc libro : in quo
uidebimus utruꝫ per interpretatiōes
phyſiologicas ad hanc naturaleꝫ poſ
ſit referre ciuileꝫ:quaꝫ de diis ſelectis
ultimā ſcripſit:quod ſi potuerit : tota
naturalis erit. Et quid opus erat ab
ea ciuilē tāta cura diſtinctiōis abiūgē:
Si autē recto diſcrimīe ſeparata eſt :
quādo nec iſta uera eſt que illi natura
lis placet:peruenit eiꝫ uſqꝫ ad aiam:
ñ uſqꝫ ad uerum deum qui fecit ⁊ ani
mam : quanto eſt abiectioꝛ ⁊ falſioꝛ
iſta ciuilis : que maxime circa coꝛpo-
rum eſt occupata naturam: ſicut ipſe
interpretationes eius ex quibus que-
dā neceſſaria cōmēorare me opoꝛtet:
tāta ab his exquiſite ⁊ enucleate dili-
gētia demōſtrabūt:

De opinione ūarronis: qua arbi-
tratus eſt deum eſſe animam mūdi:
qui tamen in partibus ſuis habeat
animas multas:quaruꝫ diuia natura
ſit.cap.vi.

d Icit ergo idē uarro adhuc ō na
turali theologia preloquēs:de-
uꝫ ſe arbitrari eſſe aiaꝫ mūdi:quē gre
ci uocāt coſmon:⁊ hūc ipſum mūduꝫ
eſſe deū. Sed ſicut hominem ſapiēteꝫ
cū ſit ex coꝛpoꝛe ⁊ animo : tamen ab
animo dici ſapiētem:ita mundum de-
um dici ab animo cum ſit ex animo ⁊
coꝛpōe. Hic uidetur quoquomodo cō
fiteri unum deum:ſed ut plures etiaꝫ
ītroducat: adiūgit mūdum diuidi in
duas partes : id eſt celum ⁊ terram.

Et celum bifariam in ethera ⁊ aera: terram vero ī aquam ⁊ humum. E quibus ſummum eſſe ethera: ſecūdum aera: tertiam aquam: infimaʒ terrā. Quas omnes partes quatuor animaruʒ eſſe plenas: in ethere ⁊ aere immortaliuʒ: in aqua ⁊ terra mortalium. A ſūmo autem circuitu celi uſqʒ ad circulum lune ethereas animas eſſe aſtra ac ſtellas: eaſqʒ celeſtes deos non modo intelligi eſſe: ſed etiam uideri. Inter lūe vero gyrum ⁊ nimborum ac uentorum cacumina aereas eſſe animas: ſed eas animo non oculis uideri: ⁊ uocari heroas ⁊ lares ⁊ genios. Hec eſt uideliʒ breuiter in iſta prelocutione propoſita theologia naturalis: que non huic tm̄: ſed ⁊ multis phis placuit: de qua tunc diligentius diſſerendum eſt: cum de ciuili quantum ad deos ſelectos attinet: ⁊ opitulante deo uero quod reſtat impleuero.

An rōnabile fuerit ianū ⁊ terminū ī duo noīa ſeparari. cap. vij.

I Anus igiť a quo ſūpſit exordium: quero quis nā ſit. Reſpōdetur mūdꝰ eſt. Breuis ē hec plane atqʒ aperta reſponſio. Cur ergo ad eum dicūtur rerum initia pertinere: fines vero ad alterum quem terminum vocant? Naʒ propter initia ⁊ fines: duobꝰ iſtis diis duos mēſes perhibent dedicatos: preter illos decē quibus uſqʒ ad decēbrem caput eſt martius: ianuariū iano: februarium termīo. Ideo t'minalia eodem mēſe februario celebrari dicūt: cū fit ſerū purgatoriū: qđ uocāt febꝛū: unde menſis nomen accepit. Nunqđ ergo ad mūduʒ qui ianus eſt initia rerum pertinent: ⁊ fines nō pertinent: ut alter illis deus preficereť? Nonne omnia que in hoc mūdo fieri dicūnt: in hoc etiam mūdo terminari fatentur? Que eſt iſta vanitas: in opere illi dare poteſtatem dimidiam: in ſimulacro faciem duplam? Nonne iſtum bifronteʒ multo elegantius interpretarentur: ſi eundem ⁊ ianum ⁊ terminum dicēnt: atqʒ initiis unam faciem finibus alteram darent: quoniam qui operatur utrūqʒ debet intendere? In omni eniʒ motu actionis ſue qui non reſpicit initiū: non proſpicit finem. Unde neceſſe eſt: ut memorie reſpicienti proſpiciens connectatur intentio. Nam cui exciderit quod ceperit quōmodo finiat non inueniet. Quos ſi vitaʒ beatam ī hoc mundo inchoari putarent: extra mundum perfici: ⁊ ideo iano id eſt mūdo ſolam initiorūm tribuerent poteſtatē: profecto ei preponerent terminum: eūqʒ a diis ſelectis non alienarent. Quanqꝫ etiam nunc cum in iſtis duobus diis initia rerum temporalium fineſqʒ tractantur. Termino debuit dari plus honoris. Maior enim letitia eſt: cum res queqʒ perficitur: ſolicitudinis autem plena ſunt cepta: donec perducantur ad finem: quem qui aliquid incipit: maxīe appetit: intendit: expectat: exoptat: nec de re inchoata niſi terminetur exultat.

Ob quam cauſam cultores iani bifrontem imaginem ipſius finxerunt: quam tamen etiam quadriformeʒ uideri volūt. cap. viij.

S Ed iam bifrontis ſimulacri itꝑtatio proferať. Duas eniʒ facies ante ⁊ retro habē diciť: qꝛ hiatus noſter cum os aperimus mundo ſimilis uideať: unde ⁊ palatum greci ora non orum appellant: ⁊ nōnulli inquit poete latini celūʒ uocauerūt palatum: a quo hiatu oris ⁊ foris eſſe aditum ad dentes uerſus: ⁊ introrſus ad fauces. Ecce quo perditus eſt mundus ꝓpter palati noſtri vocabulum uel grecū uł poeticum. Quid aūt hoc ad animam

q̄d ad vitaȝ eternā propter ſolas ſal-
uas colatur hic deus: quibus partim
glutiendis partiȝ expuendis ſub celo
palati utraqȝ pandit̃ ianua. Quid eſt
porro abſurdius: q̄ in ipſo mundo nō
inuenire duas ianuas ex adu̾ſo ſitas:
per quas uel admittat ad ſe aliquid i-
tro: vel emittat a ſe foras: ⁊ de nr̄o ore
⁊ gutture: quoꝝ ſimilitudinē mūdus
n̄ habet: velle mundi ſimulacrum cō-
ponere iano: propter ſolum palatuȝ:
cuius ſimilitudinem ianus nō habet.
Cum v̾o eum faciūt quadrifrontem:
⁊ ianum geminuȝ appellant: a quatu-
or mūdi partibus hoc īterpretāt̃: qua
ſi aliquid ſpectet mūdus foras: ſicut
per omnes facies ianus. Deide ſi ianꝰ
eſt mūdus: ⁊ mūdus quatuor partibꝰ
conſtat: falſum eſt ſimulacruȝ iani: qr
ianus ⁊ſi quadrifrons legitur: nunq̄
tamen quadriianus inuenitur. Aut ſi
propterea uerum eſt: quia etiam no-
mine orientis ⁊ occidentis: totus ſolet
mundus intelligi: nunquid cum duas
partes alias nominamus ſeptētrionis
⁊ auſtri: ſicut illum quadrifrontē dn̄t
geminum ianum: ita quiſq̄ geminum
ducturus eſt mūduȝ? Non habēt om-
nino ūde quatuor iāuas: que ītrātibꝰ
⁊ exeūtibꝰ pateant interpretentur: ad
mūdi ſimilitudinem: ſicut de bifrōte
quod dicerent ſaltem in ore hominis
inuenerunt: niſi neptunus forte ſubue
niat ⁊ porrigat piſcem: cui pret̃ hiatū
oris ⁊ gutturis etiaȝ dextra ⁊ ſiniſtra
fauces paterent. Et tn̄ hanc vanitateȝ
per tot ianuas nulla effugit aīa: niſi q̄
audit v̾itatē dicētē: ego ſū ianua.

De iouis poteſtate: atqȝ eiuſdē cū
iano cōparatione. cap. ix.

i Ouē aūt q̄ etiam iuppiter dicit̃:
quem velint intelligi exponant.
Deꝰ eſt iquiūt habens poteſtateȝ cau-
ſarum: quibus aliquid fit in mundo.
Hoc q̄ magnum ſit nobiliſſimus uir-
gilꝰ v̾ſus ille teſtatur: Felix qui potuit
rerum cognoſcere cauſas. Sed cur ei
preponit̃ ianus: hoc nobis uir ille acu
tiſſimus doctiſſimuſqȝ reſpondeat.
Quoniam penes ianum inquit ſūt p̄-
ma: penes iouē ſumma. Merito ergo
rex omnium iuppiter habetur. Pria
enim vincūt a ſummis: qr licet prima
precedāt tempore: ſumma ſuperāt di-
gnitate. Sed recte hoc diceretur: ſi p̄-
ma factoꝝ diſcernerētur ⁊ ſūma. Si-
cut enim initium facti eſt proficiſci: ſū
mum peruenire: initium facti inceptio
diſcendi: ſūmū pceptio doctrine: ac ſic
ī omnibus prima ſūt initia: ſummaqȝ
ſūt fines. Sed iam hoc negociū iter ia
num terminūq̄ diſcuſſum eſt. Cauſe
aūt que dāt̃ ioui: efficientia ſūt n̄ effec-
ta: neqȝ ullo mō fieri poteſt: ut uel tp̄e
preueniātur a factis initijſue factorū.
Semper eniȝ prior eſt res que facit q̄
illa que fit. Quapropter ſi ad ianum
pertinēt initia factorum: n̄ ideo prioa
ſunt efficientibus cauſis quas ioui tri
buunt. Sicut enim nihil fit: ita nihil i-
choatur ut fiat: quod n̄ faciens cauſa
preceſſerit. Hunc ſane deum penes
quem ſunt omnes cauſe factoruȝ om-
nium naturarum naturaliūqȝ rerum
ſi iouem populi appellant: ⁊ tantis cō
tumelijs tāqȝ ſceleſtis criminationibus
colūt: tetriōe ſacrilegio ſeſe obſtrigūt:
q̄ ſi prorſus nullum putarēt deū. Uñ
ſatius eſſet eis alium aliquē iouis no-
mie nūcupare: dignum turpibus ⁊ fla
gitioſis honoribus: ſuppoſito vano
figmēto quod potius blaſphemarēt:
ſicut ſaturno dr̄ ſuppoſitus lapis: quē
pro filio deuoraret: q̄ iſtum deum di
cere ⁊ tonantem ⁊ adulterantem: ⁊ to
tum mundum regentem: ⁊ per tot ſtu
pra diffluentem: ⁊ naturam omnium
naturaliūqȝ rerum cauſas ſummas
habentem: ⁊ ſuas cauſas bonas n̄ ha
bētem. Deinde quero quem iam locū

inter deos huic deo tribuāt ioui: ſi ianus eſt mundus? Deos eiꝫ ueros aīaꝫ mūdi ac eius ptes iſte definiuit. Ac ꝑ hoc quicqd hoc nō eſt: nō eſt utiqꝫ ſecundum iſtos uerus deus. Num igit̃ ita dicturi ſunt iouem animam mūdi ut ianus ſit corpus eius. i. iſte uiſibl'is mundus? Hoc ſi dicunt: non erit quem admodum ianum deum dicant: qm̄ mundi corpus non eſt deus uel ſecundum ipſos: ſed anima mundi ac ptes eius. Unde idem varro apertiſſime dicit deum ſe arbitrari eſſe animam mūdi: ⁊ hunc ipſum mundum eſſe deuꝫ: ſed ſicut hominem ſapientem cum ſit ex animo ⁊ corpore: tantum ex aīo dici ſapientem: ita mūdū deum dici ab aīo: cum ſit ex aīo ⁊ corpore. Solum itaqꝫ mundi corpus non eſt deus: ſed aut ſola aīa eius: aut ſimul corpus ⁊ animus: ita tamen ut non ſit a corpōe ſed ab animo deus. Si ergo ianus eſt mundus ⁊ deus eſt ianus: nunquid iouem ut deus eſſe poſſit: aliquā ptē iani eſſe dicturi ſunt? Magis. n. ioui uniuerſū ſolēt tribuere: unde eſt ill'd iouiſ omnia plena. Ergo ⁊ iouem ut d̄s ſit: ⁊ maxime ut rex deoꝝ: non alium pn̄t exiſtimare ꝙ mundum: ut in dījs ceteris ſecundum iſtos ſuis partibus regnet. In hanc ſentētiā ēt quoſdā v̄ſus valerij ſorani exponit idem varro i eo libro quem ſeorſum ab iſtis de cultu deorum ſcripſit: qui uerſus hi ſunt. Juppiter omnipotens regum rex ipſe deuſqꝫ: Progenitor genitrixqꝫ deū d̄s unus ⁊ omnis. Exponuntur autem i eodem libro ita: Cum marem exiſtiarent: qui ſemen emitteret: feminam q̄ acciperet: iouēqꝫ eſſe mundum ⁊ eum omnia ſemina ex ſe emittere ⁊ in ſe recipere: cum cauſa inquit ſcripſit ſoranus. Juppiter progenitor genitrixqꝫ: nec minus cum cauſa unum: ⁊ omnia eundem eſſe. Mundus eiꝫ unus: ⁊ in eo uno omnia ſunt.

An iani ⁊ iouiſ recta diſcretio ſit. capitulum. x.

c Um ergo ⁊ ianus mūdus ſit: ⁊ iuppit̃ mūdus ſit: unuſquiſqꝫ ſit mūdus: quare duo dq̄ ſunt ian⁹ ⁊ iuppiter? Quare ſeorſuꝫ hn̄t templa: ſeorſum aras: diuerſa ſacra: diſſimilia ſimulacra? Si propterea qꝛ alia uis ē ꝓmordiorum: alia cārum: ⁊ illa iani: ⁊ illa iouis nomen accepit: nunquid ſi unus homo in diuerſis reb⁹ duas habeat ptātes aut duas artes: quia ſingularum diuerſa uis eſt: iō duo iudices: aut duo dn̄r artifices? Sic ergo ⁊ unus de⁹: cū ipſe hēat ptātem ꝓmōdiorum: ipſe cāꝝ: num propter hoc illū duos deos eſſe neceſſe eſt putari: quia ꝓmordia cauſeqꝫ res due ſunt? Quod ſi hoc iuſtum putant etiā ipſum iouē tot deos eſſe dicant quotquot ei cognomina propt̃ m̄ltaſ ptātes dedeꝛt: qm̄ rex om̄s ex quib⁹ illa cognomina ſunt adhibita multe atqꝫ diuerſe ſūt: ex quibus pauca cōmēoro.

De cognomib⁹ iouis: q̄ n̄ ad m̄ltoſ d̄os: ſꝫ ad vnū eūdēqꝫ r̄ferūt̃. cap. xi.

d Jxerunt eum uictorem: īuictuꝫ: opitulum: īpulſoreꝫ: ſtatorē: ſtabilitorē: ſupinalem: tigillum: alumnū: ruminum: ⁊ alia que per ſe proſequi longum eſt. Hec autem cognomina īpoſuerunt uni deo propter cās poteſtateſqꝫ diuerſas: non tamen propter tot res ēt tot d̄os eū eē coegeꝛt: ꝙ oia uinceret: ꝙ a nemine uinceretur: ꝙ opē īdigentibus ferret: ꝙ hr̄et īpellēdi: ſtatuendi: ſtabiliendi: reſupinādi ptateꝫ: ꝙ tāꝙ tigillus mūdū contineret ac ſuſtieret: ꝙ aleret oīa: ꝙ ruma id eſt mā ma aleret aīalia. In his ut aduertius quedaꝫ magna ſunt: quedam exigua: ⁊ tn̄ unus utraqꝫ facē ꝓhibet̃. Puto iter ſe ꝓpīqora eē cās īꝝ atqꝫ ꝓmōdia:

ꝓpt̃ quas res unũ mũdũ duos deoſ eē voluerũt: iouē atq₃ ianũ: quē ↄtici mũdũ: ⁊ mãmã daī aialib⁹: nec tñ ꝓpter hec duo opa tã lōge iter ſe ui ⁊ dignitate diuſa duo dq eē cõpulſi ſunt: ſed unuſ iuppit̃: propter illud tigillus: ꝓpter hoc ruminus appellatus ē. Nolo dicē q̄ aialibus mãmã prebere ſugentibus magis iunonē₃ potuit dicere q̄ iouem: preſertim cum eſſet etia₃ diua rumina: que in hoc opus adiutoꝛium illi famulatũue p̄bēt. Cogito eni₃ poſſe reſponderi: ⁊ ipſã iũonē nihil aliud eſſe q̄ iouē: ſecũdũ illos valerij ſorani uerſus: ubi dictũm ē. Juppit̃ oipotēs regũ rex ipſe deuſq₃: Progenitoꝛ genitrixq₃ deũ. Quare ergo dictus ē ⁊ ruminus: cũ diligēti⁹ foꝛtaſſe q̄rētibus ipſe inueniat̃ eſſe ēt illa diua rumina: Si eim maieſtate deoꝝ recte uidebat̃ īdignũ: ut i una ſpica alt̃ ad curã geniculi: alt̃ ad folliculi ptieret: q̄to ē īdignius unã rē īfimã. i. ut mãmis alant̃ aialia: duoꝝ deoꝝ p̄tates curaī: quorũ ſit un⁹ iuppit̃ rex ipe cũctoꝝ: ⁊ hoc agat ñ ſaltē cũ ↄiuge ſua: ſ₃ cũ ignobli nefcio qua rumia: niſi qꝛ ipe ē ēt ipſa rumia: ipſe rumin⁹: Rumin⁹ foꝛtaſſe ꝓ ſugētib⁹ marib⁹: rumia ꝓ feis. Dicere q̄ppe voluiſſē illos ioui femininũ nomē iponē: niſi ⁊ in illis v̄ſib⁹: Progēitoꝛ genitrixq₃ diceret̃: ⁊ inter alia ei⁹ cognomia legerem: q̄ etiam pecunia uocaret̃: quã deã iter illoſ minuſculārioſ inuenimus: ut i quarto libro iã cõmemorauius. S₃ cũ ⁊ mares ⁊ feie hēāt pecũiã: cur ñ ⁊ pecũia ⁊ pecuni⁹ appellat⁹ ſit: ſicut rũina ⁊ rumin⁹ ipi uidꝛit.

Quod iuppiter etiam pecunia nũcupatur. cap. xij.

q Uã vo elegant̃ rōe₃ hui⁹ nois reddiderũt: ⁊ pecũia idẽt uocat̃ q̄ eius ſint omnia. O magnã rōe₃ diuini nois: imo vo ille cui⁹ ſũt oia uiliſſime ⁊ ↄtumelioſiſſime pecunia nũcupat̃. At oia iouis ſunt q̄ celo ⁊ t̃ra cõtinēt̃: iter q̄ ⁊ ipa pecunia i oib⁹ oio rebus q̄ ab hoibuſ noie pecunie poſſidētur. Sed nimiꝝ hoc auaricia ioui nomē ipoſuit: ut q̄ſq₃ amat pecuniã: nõ quēlibet deũ ſ₃ ipſũ regem omniũ ſibi amare uideat̃. Longe aũt aliud eſſet: ſi diuitie uocaret̃. Aliud nãq₃ ſunt diuitie aliud pecunia. Nam dicimus diuites: ſapientes: iuſtos: bonos: quibuſ pecunia uel nulla ē uel pua. Magis enim ſunt v̄tutibus diuites: p quaſ eiſ ēt i ipſis coꝛporaliũ reꝝ neceſſitatib⁹ ſatis ē qd̄ adeſt. Paupes vo auaros dicimus ſēp inhiãtes ⁊ egentes. Quãlibet. n. magnas pecũias hic pñt: ſed i eaꝝ q̄tacũq₃ abũdãtia ñ egē ñ pñt. Et deũ ipſũ ueꝝ recte dicius diuitē: ñ tñ pecunia ſed omnipotētia. Dicũt̃ itaq₃ ⁊ diuites pecunioſi: ſ₃ interius egeni ſi cupidi. Jtē dñr paupes pecunia carentes: ſ₃ interi⁹ diuites ſi ſapiētes. Qualis ergo iſta theologia d̄bet eē ſapiēti: ubi rex deoꝝ ei⁹ rei nomē accepit quã nēo ſapiēs cõcupiuit: Quãto. n. faciliuſ ſi aliquid hac doctrina qd̄ ad uitã ptieret eternã ſalubrit̃ diſceret̃: deus mũdi rectoꝛ ñ ab eis pecunia ſ₃ ſapientia uocaret̃: cuius amoꝛ purgat a ſoꝛdib⁹ auaricie: hoc ē ab amoꝛe pecunie.

Quod dum exponitur quid ſatur nus: quidue ſit ianus: uterq₃ un⁹ iuppiter eſſe doceatur. cap. xiij.

ſ Ed quid de hoc ioue plura: ad quē foꝛtaſſe ceti referēdi ſũt: ut īanis rēaneat deoꝝ opio p̄līmoꝝ: cũ hic ipſe ſit omnes: ſiue quando ptes eius uel poteſtates exiſtimant̃: ſiue cũ uis aic quã putant p cuncta diffuſã ex partib⁹ mollis huius: in quas uiſibiſ mũdus iſte cõſurgit: ⁊ multiplici adminiſtratiōe nature quaſi pluriũ deoꝝ noia accepit. Quid ē. n. ⁊ ſatn⁹: Unuſ

inq̄t de ꝑncipib⁹ de⁹:penes queꝫ ſatio num omnium dn̄atus eſt. Nōne expoſitio vſuū illoꝝ valerij ſorani ſic ſe habet:iouem eſſe mūdum ⁊ eum omnia ſemina ex ſe emittere ⁊ in ſe recipere? Ipſe ē igit̄ penes quem ſationū oīum dn̄atus ē. Quid ē genius?Deus ē iq̄t qui prepoſitus ē:ac viꝫ habet omniū reꝝ gignēdaꝝ. Quē aliū hāc uiꝫ hēe credunt ꝙ̄ mundum : cui dictum eſt. Juppiter omnipotēs ꝓgēitoꝛ gēitrixq̄ꝫ. Et cū alio loco genium dicit eſſe uniuſcuiuſq̄ꝫ animum rōnalē:⁊ iō eē ſinglos ſingloꝝ:talem auteꝫ mundi animum deum eē ad hoc idē utiq̄ꝫ reuocat:ut tāꝙ̄ uniuerſalis gēius ipſe mūdi aius eē credat̄. Hic ē igit̄ quē appellant iouē. Nam ſi omnis genius de⁹: ⁊ omnis uiri animus geni⁹:ſeq̄t̄ ut ſit omnis viri animus ds. Qđ ſi ⁊ ipſos abhorrē abſurditas ipa cōpellit:reſtat ut eum ſinglariter ⁊ excellēter dicant deum geniū:quem dn̄t mūdi animuꝫ: ac per hoc iouem.

De mercurij ⁊ martis officijs.capitulum.xiiij.

Mercuriū vo ⁊ martē quō referrēt ad aliquaſ ptes mūdi:⁊ opa dei que ſūt i elemētis n̄ iuenerūt : ⁊ iō eos ſaltem operibus hominum ꝓpoſuerūt ſermocinandi ⁊ belligerādi miniſtros. Quoꝝ mercurius ſi ſermoniſ ēt deoꝝ ꝑtatē gerit:ipſi quoq̄ꝫ regi deoꝝ dn̄at̄:ſi ſecundum eius arbitrium iuppiter loq̄t̄:aut loquēdi ab illo accipit facultatem:quod utiq̄ꝫ abſurdum eſt. Si aūt illi humani tm̄ ſmōis ꝑtaſ tributa ꝓhibet̄:nō ē credibile ad lactādos māma n̄ ſolū pueros ſꝫ ēt pecoā: vn̄ ruminus cognomiat̄ ē:iouē deſcēdē voluiſſe:⁊ curā nr̄i ſmōis qua pecoꝛibus antecellimus ad ſe pertinere noluiſſe:ac per hoc idē ipſe eſt iouis atq̄ꝫ mercurius. Quod ſi ſermo ipſe dī eſſe mercurius:ſicut illa que de eo interpretantur oſtendunt. Nam ideo mercurius quaſi medius currens dicitur appellatus:ꝙ ſermo currat inter homines medius. Ideo hermes grece qđ ſermo uel interꝑtatio que utiq̄ꝫ ad ſermonē pertinet hermenia dī:iđo ⁊ mercib⁹ preeſſe:qꝛ int̄ uēdētes ⁊ emtes ſermo fit medius:iō alas ei in capite ⁊ pedibus ponunt:volentes ſignificare volucrē ferri p aera ſermonē:iō nūtium dictum:quoniam per ſmonē oīa cogitata enuntiant̄. Si ergo mercurius ipſe ſermo ē:ēt ipſis confitentib⁹ ds n̄ ē:ſꝫ cū ſibi deos faciūt eos q̄ nec demones ſunt:imūdis ſupplicādo ſpiritib⁹ poſſident̄ ab eis:q̄ non dꝗ ſꝫ demones ſunt. Itē qꝛ nec marti aliqđ elemētuꝫ uel partem mūdi inuenire potuerūt:ubi agēt opera qualiacūq̄ꝫ nature:deū belli eſſe dixerunt : qđ opus ē hoīum ⁊ optabile eis n̄ ē . Si ergo paceꝫ ꝑpetuā felicitas daret:mars q̄d ageret nō haberet. Si aūt ipſuꝫ bellū mars ē ſicut ſermo mercurius:utinaꝫ ꝙ̄manifeſtum eſt ꝙ n̄ ſit deus:tam nō ſit ⁊ bellum : quod uel falſo uocetur deus.

De ſtellis quibuſdā:quas pagani deoꝝ ſuoꝝ noibus nūcupaūt.ca.xv.

Niſi fōte ille ſtelle ſūt hi dij quas coꝝ appellauē noib⁹. Nā ſtellā quādā uocāt mercuriū:quādā itidem martē. Sed ibi eſt ⁊ illa quam uocāt iouem:tametſi mūdus eſt iouis . Ibi quam uocant ſaturnum:⁊ tamen ei ꝑter eam dāt n̄ puam ſbām:omniū uidelicet ſeminum. Ibi ē ⁊ illa omnium clariſſima que ab eis appellat̄ uenus: ⁊ tm̄ eandē uenerē eſſe etiam lunaꝫ uolunt . Quāuis de illo fulgētiſſimo ſydē apđ eos tāꝙ̄ de malo aureo iuno uenuſq̄ꝫ cōtendant. Luciferꝫ eim q̄daꝫ ueneris : quidam dicunt eſſe iūonis.

ſed vt ſolet venus iunonē uicit. Nam multo plures eam ſtellā veneri tribuūt: ita ut uix eo℞ quiſq̄ repiatᷣ q̄ aliud opinetur. Quis aūt non rideat cum īge℥ omniū dicāt iouē: q̄ ſtella eius a ſtella veneris tāta uicitᷣ claritate? Tāto eīm eſſe debuit ceteris illa fulgētior: q̄to ē ipſe potētior. Reſpondent ideo ſic uideri: qꝛ illa que putatᷣ obſcurior ſupiō eſt: atq̄ȝ a terris lōge remotior. Si ergo ſupiorem locū maior dignitas meruit: quare ſaturnꝰ ibi ē ioue ſupior? An vanitas fabule q̄ regem iouē facit ñ potuit uſq̄ȝ ad ſydera puenire: ⁊ q̄ ñ ualuit ſaturnus ī regno ſuo neq̄ȝ in capitolio: ſaltē ē pmiſſus obtiere ī celo? Quare aūt ianus ñ accepit aliquā ſtellā: ſi ꝓpterea qꝛ mūdus eſt: ⁊ oēs ī illo ſunt ⁊ iouis mūdus ē: ⁊ hēt tñ? An iſte cām ſuam compoſuit ut potuit: ⁊ ꝑ una ſtella quā ñ hēt iſᷣ ſydēa tot facies accepit in trā? Deīde ſi propter ſolas ſtellas mercurium ⁊ martem ꝑtes mūdi putant: ut eos deos hīe poſſint: quia utiq̄ȝ ſermo ⁊ bellū nō ſunt partes mundi: ſed actus hominum: Cur arieti ⁊ tauro ⁊ cancro ⁊ ſcorpioni: ceteriſq̄ȝ huiuſmodi que celeſtia ſigna numerant: ⁊ ſtellᷣ nō ſinglīs: ſed ⁊ ſingula pluribus cōſtāt: ſupiuſq̄ȝ iſtis ī ſummo celo ꝑhibēt collocata: ubi cōſtātior motus ī errabilē meatū ſyderibus ꝑbet: nullas aras: nulla ſacra: nulla templa fecerūt: nec deos ñ dico īter hos ſelectos: ſȝ nec īter illos quidem quaſi plebeios habuerunt?

De apolline ⁊ diana ceteriſq̄ȝ ſelectiſ diis: quoſ ptēſ mūdi eē volue℞t. c. xvi.

a Pollinē q̄uis diuīatorē ⁊ medicū uelit: tñ ut ī aliqua pte mūdi ſtatuerēt: ip̄ȝ ēt ſolem eſſe dixerūt: dianāq̄ȝ germanā eius ſimiliter lunam: ⁊ vīgs preſidere: uñ ⁊ vīginē volūt: q̄ uia nihil pariat: ⁊ ideo ambos ſagittas habere: q̄ ipſa duo ſydera de celo radios uſq̄ȝ terras pertēdant. Uulcanū volūt ignē mūdi: neptunū aquas mūdi: ditē pīem hoc ē orcū: terrenam ⁊ infimā partem mūdi: libe℞ ⁊ cererem ꝑponūt ſemibus: uel illum maſculinis: illā femininis: vel illū liquori: illa℥ vō ariditati ſeminum. Et hoc utiq̄ȝ totū referᷣ ad mūdum. i. ad iouem: qui ꝓpterea dictus eſt progenitō genitrix℣: q̄ oīa ſemina ex ſe emitteret ⁊ in ſe reciperet. Qñquidem etiam matrem magnam candē cererē volūt: quam nihil aliud dicunt eſſe q̄ terram: eāq̄ȝ ꝑhibēt ⁊ iunonē. Et iō ei ſecundas cāſ tribuunt rerum: cum tamen ioui ſit dictū ꝓgenitor gētrixq̄ȝ deum: qꝛ ſecūdū eos totus iſte mundus eſt iouis. Mineruam etiam qꝛ eā humanis artibuſ prepoſuerunt: nec inuenerunt uel ſtellam ubi eā ponerent: eādē uel ſummū ethera uel etiā lunā eſſe dixerunt. Ueſtā quoq̄ȝ ipſā ꝓpterea dea℞ maximam putaue℞t: q̄ ipſa ſit terra: quāuiſ ignē mūdi leuiorem qui pertineat ad uſus hominū facilem ñ uiolentiorē qualis vulcani eſt: ei deputādū eē crediderūt. Ac per hoc omnes iſtos ſelectos dōs hūc eſſe mūdū volūt: in quibuſdam uniuerſum: in quibuſdam partes eiꝰ: uniuerſum ſicut iouem: ptes eius ut genium: ut matrem magnam: ut ſolē: ut lunā: vel potius apollinē ⁊ diana℥. Et aliquando unum deum res plēs: aliqñ unā rē deos plures faciunt. Nā unus deus res plures ſunt: ſicut ipſe iuppiter. Et mūdus ei℥ totꝰ iuppiter: ⁊ ſolum celū iuppiter ⁊ ſola ſtella iuppiter habetur ⁊ dicitur. Itēq̄ȝ iuno ſecundarum cauſarum domina: ⁊ iuno aer: ⁊ iuno terra: ⁊ ſi venerem uiceret: iuno ſtella ſimiliter. Minerua ſūmus ether: ⁊ minerua itidē luna: quam eſſe in etheris iſimo limite exiſtimāt. Unā uero rē deos plures ita faciūt. Et ianꝰ eſt mūdus ⁊ iuppiter. Sic ⁊ iuno eſt

terra:⁊ mater magna ⁊ ceres. Et ſicut hec que exempli gratia commemoraui:ita ⁊ cetera nõ explicant:ſed potiuſ implicant. Sicut impetus errabunde opiniõis impulerit:ita huc atq̃ illuc: hinc atq̃ illinc inſiliunt ⁊ reſiliunt:ut ipſe varro de omnibus dubitare:q̃ aliquid affirmare maluerit.

Quod etiam ipſe varro opiniões ſuas de dijs pronuntiauerit ãbiguas. cap.xvij.

n Am ut tum extremoꝝ primuʒ de dijs certis abſoluiſſet libꝝ:in altero de dijs incertis dicẽ igreſſus ait:cũ i hoc libello dubias de dijs opiones poſuero:rephendi nõ debeo. Qui eiʒ putauit iudicari optere ⁊ poſſe:cũ audierit faciet ipſe. Ego citiꝰ perduci poſſum ut in primo libro q̃ dixi in dubitationẽ reuocẽ:q̃ in hoc q̃ preſcribam omnia ad aliquam dirigam ſummã. Ita ñ ſolũ iſtũ de dijs icertiſ: ſed etiam illũ de certis fecit incertuʒ. In tertio porro iſto de dijs ſelectis poſtea q̃ prelocutus ẽ:q̃ ex naturali theologia ꝓloquendũ putauit:ingreſſurꝰ huiꝰ ciuilis theologie vanitates ⁊ inſanias mendaces:ubi eũ nõ ſolũ non ducebat reꝝ vitas:ſed etiam maioruʒ premebat auctoritas:de dijs iqt ppl'i romani publicis quibus edes dedicauerunt:eoſq̃ pluribus ſignis ornatoſ notauerũt:i hoc libro ſcribã. Sʒ ut xenophães colophonius ſcribit:q̃d putẽ ñ q̃d cõtendã ponã.hoĩs.n.ẽ hec opinari: dei ſcire. Reꝝ igit' ñ cõphẽſaꝝ nec firmiſſime creditaꝝ: ſed opiataꝝ ⁊ dubitãdaꝝ ſmonẽ trepidus pollicetur:dicturus ea q̃ ab hoĩbꝰ inſtituta ſunt. Neq̃ eiʒ ſicut ſciebat eſſe mũdũ: eſſe celũ ⁊ terram:celũ ſyderibꝰ fulgidũ:terrã ſeĩbus fertilẽ:atq̃ huiuſmõi cetã:ſicut hanc totã molem atq̃ naturã ui quadã iuiſibili atq̃ ꝑpotẽti regi atq̃ miſtrari certa ãimi ſtabl'itate credebat:ita poterat affirmare de iano q̃ mundus ipſe eſſet:aut de ſaturno iuenire quomodo ⁊ iouis pr̃ eſſet:⁊ ioui regnanti ſubditus factus eẽt:⁊ cetera talia.

Que credibl'ior cã ſit:qua error paganitatis inoluerit.cap.xviij.

d E q̃bus credibilior reddit' rõ cũ ꝑhibẽt' hoĩes fuiſſe:⁊ unicuiq̃ eoꝝ ab his actibꝰ:cãibꝰ:moribꝰ:quoſ in vita duxerunt:uel uitupiuʒ:ul' laudem:uel nobl'itatẽ:uel ignominiã:l' cognomẽ acceſſiſſe:uel nomẽ ex eoꝝ ingenio qui eos adulando deos eſſe voluerunt:atq̃ hec paulatim p aĩas hoĩuʒ demonibus ſimiles ⁊ ludicrarũ reruʒ auidas irrepẽdo lõge lateq̃ vulgarũt:ornãtibꝰ ea m̃dacijs poetaꝝ:⁊ ad ea fallacibus ſpũtibus ſeducentibuſ. Facilius eĩm fieri potuit:ut iuuẽis ipius uel ab ipſo patre interfici metuẽs: ⁊ auidus ĩgni p̃rem pellẽt regno:q̃ id quod iſte interp̃tat':ideo ſaturnum patrem a ioue filio ſupatũ:q̃ añ ſit eius cã q̃ pertinet ad iouẽ : q̃ ſemen quod ptinet ad ſaturnũ. Si eniʒ hoc ita eẽt: nunq̃ ſaturnus prior fuiſſet:nec pater iouis eſſet. Sẽp eĩm ſemẽ cã precedit: nec unq̃ generatur ex ſemine. Sed cũ conantur uaniſſimas fabulas : ſiue hominum res geſtas velut naturalibꝰ interpretationibus honorare:etiã homines acutiſſimi tantas patiuntur anguſtias: ut eoꝝ quoq̃ vanitatem dolere cogamur.

de interpretationibus quibꝰ colẽdi ſaturni ratiocinantur.cap.xix.

ſ Aturnũ iq̃t dixerũt q̃ nata ex eo eẽnt ſolitũ deuorare : eo q̃ ſeia unde naſcerẽt' redirẽt. Et q̃ illi ꝓ ioue gleba obiecta ẽ deuorãda : ſignificat

inquit manibus hūanis obrui ceptas ſerendo fruges: añq̄ utilitas arādi eēt inuenta. Saturnꝰ ergo dici debuit ipſa terra ñ ſeia. Ipſa enim quodammodo deuorat q̄ genuerit: cū ex ea nata ſeia in eā rurſus recipiēda redierint. Et q̄ ꝓ ioue accepiſſe dī glebam: q̄d hoc ad id ualet: q̄ manibus hoīuꝫ ſemen gleba cooptum eſt? Nūq̄d iō nō ē ut ceťa deuoratum: q̄ quaſi gleba coopertuꝫ eſt? Ita enim hoc dictum eſt: quaſi q̄ glebam oppoſuit ſemen abſtulit: ſicut ſaturno perhibent oblata gleba ablatum iouem: ac non potius gleba ſemē opiendo fecerit illud diligentiꝰ deuōari? Deinde iſto mō ſemen eſt iuppiter: nō ſeis cā quod pauloante dicebatur. Sed quid faciant hoīes: q̄ cū res ſtultas interpꝛtantur: non inueniūt q̄d ſapienter dicant? Falcem habet inquit ꝓpť agriculturā. Certo illo ignāte nōdū erat agricultura: ⁊ iō priora eius tempora phibēť: ſicut idē ipſe fabellaſ interpretatur: quia primi homines ex his uiuebant ſeminibus: q̄ terra ſpōte gignebat. An falcem ſceptro pdito accepit: ut q̄ p̄mis tp̄ibꝰ rex fuerat ocioſus: filio regnante fieret operariꝰ laborioſus. Deide iō dicit a quibuſdam pueros ei ſolitos immolari: ſicut a penis: ⁊ a q̄buſdā ēt maiōes ſicut a gallī: quia omnium ſeminum optimum eſt genus hūanum. De hac crudeliſſima uanitate q̄d opꝰ ē plura dicē? Hoc potius advtamus atq; tenecamus: has iťpretationes non referri ad uerum deum: uiuam icorporeā: icōmutabilenq; naturam: a quo uita ieternum beata poſcenda eſt: ſꝫ eaꝝ eē fines in rebus corporalibus: tp̄alibus: mutabilibus: atq; mortalibus. Qō celū iq̄t patrem ſaturnus caſtraſſe in fabulis dicitur: hoc ſignificat penes ſaturnū nō peneſ celū ſemen eſſe diuinū. Hoc propteꝛa q̄ptum intelligi dať: q2 nihil in celo de ſemibus naſciť. Sed ecce ſaturnus ſi celi eſt filius: iouis eſt filius. Celū.n.eē iouē inumerabiliter ⁊ diligēť affirmāt. Ita iſta que a vitate non ueniunt: pleꝝq; ⁊ nullo impellente ſeipſa ſb̄vtūt. Cronō appellatum dicit: q̄ greco vocabulo ſignificat tp̄is ſpaciū: ſine quo ſemen inquit non poteſt eſſe fecundū. Hec ⁊ alia de ſaturno mlťa dnr: ⁊ ad ſemen omnia referuntur. Sed ſaltem ſaturnus ſemibus cum tanta iſta pťate ſufficere: quid ad hec dij alij reqrūtur: maxime liber ⁊ libera que ē ceres? De q̄bꝰ rurſus q̄ ad ſemen attinet tāta dicit quaſi de ſaturno nihil dixerit.

De ſacris cereris eleuſine. cap. xx.

In cereris aūt ſacris p̄dicāť illa eleuſina: que apud athenienſes nobiliſſima fuerunt. De quibus iſte nihil interpraťnisi quod attinet ad frumtum qō ceres inuenit: ⁊ ad ꝓſerpiaꝫ quam rapiente orco perdidit. Et hanc ipſam dicit ſignificare fecunditatē ſeminum. Que cum defuiſſet quodam tp̄e eadēq; ſterilitate terra mērēt: exortā eſſe opionē q̄ filiam cereris. i. ipſaꝫ fecunditatem que a proſerpendo proſerpina dicta eſſet orcus abſtulerat: ⁊ apud inferos detinuerat. Que res cū fuiſſet luctu publico celebrata: q2 rurſus eadem fecūditas rediſſet: proſerpia reddita exortā eſſe leticiā: ⁊ ex hoc ei ſolēnia inſtituta. Dicit deinde multa i myſterijs eius tradi: que niſi ad frugū iuentionem ñ pertineant.

De turpitudine ſacrorūꝫ: que libēo celebrantur. cap. xxi.

Iam vō liberi ſacra: quē liq̄dis ſeibꝰ: ac p hoc nō ſolū liquōibꝰ fructuū quoꝝ quodāmō p̄matū uinū tenet. vum etiam ſeibus aialium prefecerunt: ad quantaꝫ turpitudinē puenerint: piget quidem dicē ꝓpť ſmonis

lõgitudinē: ſʒ propť ſupbā iſtoꝝ hebetudinē ñ piget. Inter cetera que pretermittere qm̄ multa ſunt cogor: i italie compitis quedam dicit ſacra liberi celebrata cum tāta licētia turpitudinis: ut i eius honorem pudenda uirilia colerentur: nõ ſaltem aliqͣtū uerecūdiore ſecreto: ſed in propatulo exultante nequitia. Nam hoc tempore mēbrum liberi per dies feſtos cum honore magno pro ſtellis impoſitū prius p rura i compitis: ⁊ uſqȝ in urbeȝ poſtea uectabať. In oppido aūt lauinio unus libero totus menſis tribuebatur: cuius dieb⁹ oīs uerbis flagitioſiſſimis utebātur: donec illud mēbrum per foꝝ trāſuectum eſſet: atqȝ i loco ſuo qͥeſceret. Cui mēbro inhoneſto matrēfamilias hōeſtiſſimaȝ palam coronam neceſſe erat imponere. Sic uidelicet liber de⁹ placādus fuerat pro euētib⁹ ſeminuȝ: ſic ab agris faſciatio repellēda: ut matrona facere cogeretur i publico: qd nec meretrix ſi matrone ſpectarent pmitti debuit in theatro. Propter hoc ſaturnus ſolus creditus ē ñ ſufficere poſſe ſemibus: ut occaſiones multiplicādoꝝ deoꝝ imūda anima reperiret: ⁊ ab uno uero deo merito immūditie deſtituta: ac p multos falſos auiditate maioris imūditie proſtituta: iſta ſacrilegia ſacra nomiaret: ſeſeqȝ ſpurcorū dēonū turbis cōuiolādam polluēdāqȝ preberet.

De neptuno ⁊ ſalacia ac venilia. cap. xxij

ſ Aȝ utiqȝ hēbat ſalaciā neptun⁹ vxorem: quam inferiorem aquā maris eſſe dixerūt. vt quid illi adiuncta eſt ⁊ venilia: niſi ut ſine ulla cauſa neceſſarioꝝ ſacroꝝ ſola libidine aīe pſtitute multiplicareť iuitatio demōiorum? Sed proferatur interpretatio pclare theologie: q nos ab iſta rephēſiōe reddita rōe compeſcat. Uenilia inquit ūda eſt que ad littus uenit: ſalacia q i ſalū redit. Cur ergo dee fiunt due: cuȝ ſit una ūda que uenit ⁊ redit? Nempe ipſa ē exeſtuās i multa numia libido veſana. Quāuis. n. aqua ñ geminetur que it ⁊ redit: huius tñ occaſione uānitatis duobus demonqȝ inuitatis: ampli⁹ aīa cōmaculať q it ⁊ ñ redit. Queſo te varro: vľ uos q tam doctoꝝ hoinum talia ſcripta legiſtis: ⁊ aliqd magnū uos didiciſſe iactatis: īterpretamini hoc. nolo dicē ſecūdū illā eternā icommutabileqȝ naturam que ſolus ē ds: ſed ſaltem ſecūdū aīam mūdi ⁊ parteſ eius: quos deos ueros eſſe exiſtiatis. Partem aīe mūdi que mare permeat deum vobis feciſſe neptunum: utcūqȝ tolerabilioris eſt erroris. Ita ne unda ad littus ueniens ⁊ in ſalum rediens due ſūt partes mūdi: aut due partes aīe mūdi. Quis ueſtꝝ ita deſipiat: ut hoc ſapiat? Cur ergo vobis duas deas fecerūt: niſi qr ꝓuiſum eſt a ſapiētibus maiorib⁹ ueſtris: ñ ut dij plures uos regerent: ſʒ ut ea q iſtis vāitatib⁹ ⁊ falſitatibus gaudēt: plura uos dēonia poſſiderent. Cur aūt illa ſalacia p hāc interpretationē iferiorē maris pteȝ qua viro erat ſbdita pdidit? Nāqȝ illā mō cū refluētem fluctū eſſe perhibetis: i ſupficie poſuiſtis. An qr veniliaȝ pelicē accepit: irata ſuū maritū de ſupernis maris excluſit?

De terra quā varro deū eē ꝯfirmat: eo q ille aīus mūdi quē opiať deū: ēt hāc corporis ſui ifimā ptē pmeet: eiqȝ uni diuinā ipertiat. cap. xxiij.

n Empe una ē ťra: quā qͥdē plenā vidēus aīalibus ſuis. Uerūtamē ipſʒ magnū corpus i elemētis: mūdiqȝ ifimā ptem: cur eam uolunt deaȝ? An quia fecūda eſt? Cur ergo ñ magis homines dij ſunt: qui eam fecundiorem

faciũt excolẽdo: ſʒ cũ arãt ñ cũ adorãt? Sed pars anime mũdi induit que per illam pmeat: deã illã facit. Quaſi nõ euidentiꝰ ſit in hominibus anima: que utrũ ſit nulla ſit queſtio: ⁊ tñ hoĩes dĩj non habent. Et q̃ ẽ grauiter dolẽdũ: his qui dĩj nõ ſũt: ⁊ quibus ipſi melio res ſunt: colendis ⁊ adorandis mira bili ⁊ miſerabili errore ſubduntur. Et certe idem varro in eodem libro de dĩjs ſelectis: tres eẽ affirmat anime gradꝰ in omni uniuerſaq; natura. Unum q̃ omẽs partes corporis que viuũt tran ſit: ⁊ non habet ſenſum: ſed tantũ ad uiuendũ ualitudinẽ. Hanc uim i nr̃o corpore permanere dicit in oſſibus un guibus ⁊ capillis: ſicut i mũdo arbõres que ſine ſenſu alunt ⁊ creſcunt: ⁊ mõ quodã ſuo viuũt. Secũdũ gradũ aie dicit: in quo ſenſus eſt. Hanc uim pue nire in oculos: aures: nares: os: tactũ. Tertium gradũ anime eſſe ſummũ: qui uocat aĩus: i quo intelligẽtia p̃mi net. hoc preter hoĩem omnes carere mortales. in qua quoniã hoĩes dõ ui dent eſſe ſimiles: hanc p̃tẽ aĩe mundi dicit deũ: deũ autem i nobis geniũ uo cari. Sic ergo ⁊ in aĩa mũdi tres gra dus inſtituens unã p̃tem eius lapides eſſe dicit ac ligna: ⁊ hanc terram quã uidẽus: quo nõ permanat ſenſus. Ali am uero quam ſenſum uocat eius ut ethera. Tertiam porro quam ⁊ aĩam eiꝰ nũcupat: q̃. ſ. peruenit in aſtra: eam quoq; aſſerit facere deos: ⁊ per eã qñ in terram permanat deam tellurem. Quod autem inde permanat i mare atq; oceanũ: deũ eſſe neptunũ. Rede at ergo ab hac quã theologiam natu ralẽ putat: quo velut requieſcẽdi cã ab his ambagibus atq; anfractibus fati gatꝰ poſtq̃ egreſſus ẽ. Redeat inq̃ re deat ad ciuilem. hic eũ adhuc teneo: tãtiſp de hac ago. Nõdũ dico ſi terra ⁊ lapides noſtris ſũt oſſibꝰ ⁊ ũguibus ſimiles: ſilr̃ eos itelligẽtiã nõ hr̃e: ſicut ſenſu carent. Aut ſi iccirco hr̃e dñr oſ ſa ⁊ ungues noſtri intelligentiam: q̃a in homine ſunt qui habet itelligẽtiã: tam ſtultus eſt qui hos deos in mun do dicit: q̃ ſtultus ẽ qui in nobis oſſa ⁊ ungues hoĩes dicit. Sed hec cũ phi loſophis fortaſſis agenda ſunt: nunc aũt iſtũ adhuc politicũ uolo. Fieri eĩ poteſt: ut licet in illam naturalis theo logie veluti libertatem caput erigere paululũ voluiſſe uideatur: adhuc tñ hũc librũ v̾ſans: ⁊ ſe in illo uerſari co gitãs: eũ ẽt inde reſpexit: ⁊ hoc p̃p̃tea dixerit: ne maiores eius ſiue alie ciui tates: tellurẽ atq; neptunum coluiſſe ĩaniter credantur. Sed hoc dico: pars animi mundani que p terram perma nat: ſicut una eſt terra: cur etiã ñ unã deam fecit: quã dicit eſſe tellurẽ? Qḋ ſi ita fecit: ubi erit orcus frater iouis atq; neptũi: quẽ ditẽ p̃rem uocãt? Ubi eius coniunx proſerpina: que ſecũdũ aliam in eiſdem libris poſitam opio nem non terre fecunditas: ſʒ ps ĩferiõ phibetur. Quod ſi dñt animi mũdãi partẽ cũ pmeat terre p̃tem ſupiorem ditem p̃rem facere deũ: cũ võ iferiorẽ p̄ſerpinam deam. Tellus illa q̃d erit? Ita eni totũ qḋ ipſa erat i duas iſtas p̃tes deoſq; diuiſum ẽ: ut ipſa tertia q̃ ſit aut ubi ſit inueniri ñ poſſit: niſi q̃s dicat ſimul iſtos deos orcum atq; pro ſerpinam unam deam eſſe tellurem: ⁊ non eſſe iam tres: ſed ut unam aut duos. Et tñ tres dñr: tres hñt: tres co luntur: aris ſuis: delubris ſuis: ſacris ſuis: ſimulacris ſuis: ſacerdotibꝰ ſuiſ: ⁊ per hec etiam fallacibus proſtitutã animam conſtuprantibus demonibus ſuis. Adhuc reſpõdeatur quam p̃tem terre pmeet ps mundani animi: ut dĩũ faciat telluũonẽ. Nõ inquit: ſed una eadẽq; terra habet geminam uim ⁊ maſculinam q̃ ſemina producat: ⁊ fe minam q̃ recipiat atq; nutrat: inde a ui femine dictam eẽ tellurẽ: a maſculi

telluñionē. Cur ergo pontifices ut ipſe indicat: additis quoq; aliis duobus: quatuō diis faciunt rē diuinā: telluri: telluuiōi: altori: ruſori: De tellure & tel luuione iam dictu3 eſt. Altori quare: ꝙ ex terra inquit aluntur omnia que nata ſunt. Ruſori quare: ꝙ rurſus in quit cuncta eodē reuoluuntur.

De telluris cognomibus eorūq; ſi gnificationibus: que etiam ſi non erāt multaꝝ rerum iudices: non debuerūt multorum deorum firmare opiones. cap. xxiiij.

d Ebuit ergo una terra ꝓpť iſtam quatergeminā uim quatuō hře cognomina: ñ quatuor facere deos: ſi cut tot cognomibus ūnus iuppiter: & tot cognomibus una iuno: in quibus oib' uis multiplex eē dr: ad unu3 deu3 uel ad unā deā pertinēs: non multitu do cognominum deorum etiam mul titudinem faciens. Sed profecto ſicut aliquando etiam ipſas uiliſſimas fe minas earum quas libidine queſiue runt tedet penitetq; turbaru3: ſic aia3 uilē factam & immundis ſpiritib' pro ſtitutam: deos ſibi multiplicare qbus contaminanda proſternētur: ſicut plu rimum libuit ſic aliquando & piguit. Nam & ipſe varro quaſi de ipſa turba uerecundatus: vnam deam uult eſſe tel lurem. Eandem inquit dicunt matre3 magnā: ꝙ tympanu3 hēat ſignificari eſſe orbem terre: ꝙ turris in capite op pida: ꝙ ſedes fingāť circa eam: cū oia moueantur ipſam ñ moueri. Quod gallos huic dee ut ſeruirēt fecerunt: ſi gnificat eos qui ſemine indigeant ter ram ſequi oportere: in ea quippe oia reperiri. Quod ſe apud eam iactant: ꝑcipitur inquit qui ťram colunt ne ſe deant: ſemp. n. eſſe quod agant. Cym balorum ſonitus ferramētorum ritus iactandoꝝ ac manuū: & ei' rei crepit' in colēdo agro qui fit: ſignificat ꝙ fer ramēta illa erāt id ex re: ꝙ eā ātiq̄ cole bāt ere anq̄ ferrum eēt inuētum. Leo nem inquit adiungit ſolutu3 atq; mā ſuetum: ut oſtēdant eſſe nullum gēus terre tam īmotum ac uehemēter ferū: quod nō ſubiici coliq; conueniat. De inde adiungit & dicit: tellurem matrē & noibuſ plurib' & cognominibus qd nominatur: deos exiſtimatos eē ꝙ̄plu res. Tellurem inquit putant eſſe opē ꝙ ope fiat melior: matrē ꝙ pluria pa riat: magnā ꝙ cibū pariat: proſpina3 ꝙ ex ea ꝓfpāt fruges: ueſtā ꝙ ueſtiať herbis. Sic alias deas inquit ñ abſur de ad hanc īuocant. Si ergo una dea ē: q̄ quidē conſulta vitate nec ipſa eſt interim: quia diuidiť in multas. Uni' ſint iſta multa noia: non tam dee mul te ꝙ̄ noia. S3 ērantiu3 maioꝝ auctas deprimit: & eundē varronem poſt hāc ſententiam trepidare compellit. Adiū git enim & dicit: cum quibus opinio maioꝝ de his deab' ꝙ plures eas pu tarūt eſſe nō pugnat. Quo ñ pugnat: cū valde aliud ſit unā deā noia habē multa: aliud eē deas multas: S3 pōt i qt fieri: ut eadē res & una ſit: & in ea q̄ dā res ſint plures. Concedo ut i uno hoie eſſe res plures: nūqd id & hoies pl'es: Sic i una dea eē res plures: nun qd id & deas plures: Ueꝝ ſicut volūt diuidāt: coflent: multiplicent: replicēt: iplicēt. Hec ſunt telluris & mařs ma gne preclara myſteria: uñ omnia īferū tur ad mortalia ſemina: & exercēdam agriculturam. Ita ne ad hec relata & hūc finē habentia: tympanū: turres: galli iactatio inſana membrorum: cre pitus cymbaloꝝ: confictio leonū: vitā cuiq; pollicentur eternam: Ita ne ꝓp terea galli abſciſi huic magne dee fui unt: ut ſignificēt qui ſemine indigeant ťram ſequi oportē: quaſi non eos ipa poti' fuitus ſemine faciat indigere: Utꝝ eni3 ſequēdo hāc deā cū idigeāt

ſem̄ acquirāt: an poti⁹ ſequēdo hāc de am cum habeant ſemen ammittant: hoc interp̄tari an deteſtari eſt. Nec at tēditur quantum maligni demones preualuerint: qui nec aliqua magna his ſacris polliceri auſi ſunt: ⁊ tam crū delia exigere potuerunt. Si dea t̄ra ñ eſſet: manus ei homines operando in ferret ut ſemina conſequerentur per il lam non ⁊ ſibi ſeruiendo ut ſemina p̄derent propter illam. Si dea non eēt: ita fecunda fiēt manibus alienis: ut ñ cogēt hominem ſterilem fieri manib⁹ ſuis. Jam q̄ in liberi ſacris honeſta matrōa pudēda virilia corōabat ſpectante multitudine: ubi rubēs ⁊ ſudās ſi eſt ulla frōs in hoibus: aſtabat forſi tā ⁊ maritus. ⁊ q̄ i celebratiōe nuptia rum ſuper priapi ſcapum noua nupta ſedē iubebatur: lōge cōtemptibiliora atq̄ cōfuſibiliōa ſunt pre iſta turpitu dine crudeliſſima: uel crudelitate turpiſſima. Jbi demōicis artibus ſic utrq̄ ſexus illuditur: ut neuter ſuo vulnere perimatur: ibi faſciatio timetur agrorum: hic m̄brorum amputatio ñ time tur. Jbi ſic dehōeſtat̄ noue nupte uēcūdia: ut ñ ſolum fecūditas: ſed nec v̄gītas adimatur: hic ita amputatur ui rilitas: ut nec conuertatur i feminam: nec uir reliquatur.

Quam interpretatiōem de abſciſi one atyis grecorum ſapiētū doctrina repperit. cap. xxv.

e T atys ille ñ eſt cōmēorat⁹: nec eiuſ ab iſto iterpretatio īq̄ſita ē: i cuius dilectiōis mēoriam gallus ab ſcidit. Sed docti greci atq̄ ſapiēteſ ne quaq̄ rōem tam ſāctam atq̄ p̄clarā tacuerūt. Propt̄ vernalem quippe faciem terre q̄ ceteris tēporibus eſt pulchrior. Porphyrius philoſophus nobilis atyn flores ſignificare phibuit: ⁊ iō abſciſū q: flos decidit añ fructum. Nō ergo ipſum hoiē uel quaſi hoiē qui eſt uocatus atys: ſed virilia eius flori cōpauerūt. Jpſa quippe illo uiuē te deciderūt: imo vō non deciderunt: neq̄ decerpta ſed plane diſcerpta ſūt. Nec illo flore āmiſſo q̄ſq̄ poſtea fructus: ſed potius ſterilitas conſecuta ē. Quid ergo ipſe reliquus: ⁊ q̄d rēmāſit abſciſo: quid eo ſignificari di: quo refertur: que interpretatio ide p̄fertur? An hec fruſtra moliendo nihilq̄ iueniendo: pſuadent illud potius eſſe cre dendum: quod de homine caſtrato fa ma iactauit: litteriſq̄ mādatū ē. Merito huic aduerſatus eſt ⁊ varro nī: ne q̄ hoc dicē uoluit. non enim doctiſſimum hoiē latuit.

De turpitudine ſacrorum matriſma gne. cap. xxvi.

i Teq̄ de mollibus eidē matri ma gne cōtra oēm uirorum mulierumq̄ uēcundiam conſecratis: q̄ uſq̄ i heſter nū diē madidis capill̄: facie dealbata: fluētib⁹ mēbris inceſſu feminino: per plateas uicoſq̄ carthaginis etiā a po pulis unde turpiter uiuerēt exigebāt: nihil varro dicere uoluit: nec uſpiam me legiſſe cōmemini. Defecit īt̄ptatio: erubuit ratio: cōticuit oīo. Uicit matris magne omnes deos filios nō numinis magnitudo ſz cris. Huic monſtro nec iā mōſtruoſitas cōparat̄. Jlla in ſimulacris habebat ſolam deformi tatem: iſta in ſacris deformem crudeli tatem. Jlla mēbra in lapidibus addi ta: hec in hoibus perdita. Hoc dedec⁹ tot iouis ipſius uitia ⁊ tanta ſtupra ñ uincūt. Jlle int̄ feicas corruptelas uno ganymede celum infamauit: iſta tot mollibus profeſſis a publicis indnauit terram: ⁊ celo fecit iniuriam. Sat̄num fortaſſe poſſemus huic in iſto ge nere turpiſſime crudelitatis ſiue conferre: ſiue preferre: qui patrē caſtraſſe

perhibet᷑. Sed in ſaturni ſacris hoīes aliēis manibus potius occidi q̄ ſuis abſcidi potuerūt. Deuorauit ille filioſ ſuos ut poete ferūt: ⁊ phyſici ex hoc iⁿterpretantur quod uolunt: ut aūt hiſtoria ꝓdit necauit. Sȝ q̄ ei peni ſuos filios ſacrificarūt: non recepe rōai. At v̄o iſta magna deorum mat᷑ ēt rōanis tēplis caſtratos ītulit: atq̄ȝ iſtaȝ ſe uitiam moreq̄ȝ ſeruauit: credita uires adiuuare rōanoꝝ: execādo uirilia uiroꝝ. Quid eiȝ ſūt ad hoc malū furta mercurij: veneris laſciuia: ſtupra ⁊ turpitudies ceťoꝝ: q̄ ꝓferremus ò libris: niſi quotidie cātaret᷑ ⁊ ſaltarent᷑ ī theatris? Sȝ hec quid ſūt ad tātū malū: cuius magnitudo magne matri tm̄mō cōpetebat: p̄ſtiȝ q̄ illa dn̄r a poetis eē ꝯficta: quaſi poete id ēt finxerit: q̄ ea ſint dijs grata ⁊ accecpta? Ut ergo canerēt᷑ uel ſcribēnt᷑: audacia fuit uel petulātia poetaꝝ. Ut v̄o diuis īb⁹ ⁊ honorib⁹ eiſdē imperātib⁹ ⁊ extorquētib⁹ numib⁹ addēnt᷑: q̄d ē niſi crīm ḋoꝝ: īmo v̄o ꝯfeſſio dēonioꝝ ⁊ ḋceptio miſerorum? Ueruȝ illud qḋ de abſciſoꝝ conſecratione mater deorum coli meruit: n̄ poete cōfinxerūt: ſed horrē magis q̄ canē maluerūt. His ne dijs ſelectis quiſq̄ conſecrandus eſt: ut p⁹ mortem uiuat beate: q̄bus conſecratus an̄ mortem honeſte n̄ potuit viuē: tam fedis ſupſtitionibus ſꝰditus: ⁊ imūdis demonibus obligatus? Sed hec oīa iⁿquit referuntur ad munduȝ: videat ne potius ad immundum. Cui enim hic mūdus ē ḋs: nec aīo religioſus exiſtit: nec hōeſtus viuet ille nec mūdus. nos aūt animū querimus qui v̄a religiōe ꝯſiſus: nō tāq̄ deū ſuū adoret mūdū: ſȝ tāq̄ opus dei ꝓpter deū laudet mūdum: ⁊ mundanis ſordibus expiatuſ: mūdus pueiat ad deū q̄ cōdidit mundum. Iſtos v̄o ſelectos deos videmuſ quidem clarius innotuiſſe q̄ ceťos: n̄ tn̄ ut eoꝝ illuſtraret᷑ mēita: ſȝ ne occultarētur opprobria. ūde magis eos homines fuiſſe credibile eſt: ſicut n̄ ſoluȝ poetice lr̃e: uerū ēt hiſtorice tradiderūt. Nam quod virgilius ait. Primus ab ethereo uēit ſaturnus olympo Arma iouis fugiēs: ⁊ regnis exul ademptis. ⁊ q̄ ad hanc rem ptinētia ſꝰſecūt᷑: totā de hoc homerus pandit hiſtoriā: quā ēnius in latinū v̄tit eloquium: uñ q̄a plura poſuerunt: qui contra huiuſmodi errores an̄ nos uel greco ſmōe uel latino ſcripſerunt: nō ī eo mihi placuit immorari.

De figmētis phyſiologoꝝ: qui nec v̄aȝ deitatē colūt: nec eo cultu quo colēda ē v̄a diuinitas. cap. xxvij.

I Pſas phyſiologias cū cōſidero quib⁹ docti ⁊ acuti hoīes has res hūanas conāt᷑ v̄tē in res diuinaſ: nihil uideo niſi ad tp̄alia terrenaq̄ȝ oꝑa naturāq̄ȝ corporeā: uel etiā ſi inuiſibilem: tn̄ mutabilem potuiſſe īuocari: qḋ nullo modo eſt uerus ḋs. Hoc autem ſi ſaltem religioſitati congruis ſignificationibus agēt᷑: eſſet equidem dolendum nō his uerū deū ānuntiari atq̄ȝ predicari: tn̄ aliquo mō ferenduȝ tam feda ⁊ turpia non fieri nec iubēi. At nunc cum pro deo uero quo ſolo aīa ſe inhabitante fit felix: nefas ſit colere aut corpus aut animam: quanto magis nefarium eſt iſta ſic colere: ut nec ſalutem nec decus humanum corpus aut aīa colētis obtīeat? Quāobrē ſi templo: ſi ſacerdote: ſi ſacrificio qḋ ḋo uero debeatur colat᷑ aliqḋ elemētū mundi: vel creatus aliquis ſp̄s etiam ſi n̄ immūdus ⁊ malus: nō ideo ē malum q꞉ illa mala ſūt q̄bus colit᷑: ſȝ q̄a illa ſunt talia quibus ſolus ille colēd⁹ ſit: cui talis cultus ſeruituſq̄ȝ debetur. Si aūt ſtoliditate uel mōſtruoſitate ſimulacroꝝ: ſacrificijs homicidiorum: coronatione uirilium pudendorum:

mercede ſtuprorū: ſectione mēbroꝛū:
abſciſione genitalium : conſecratione
mollium:feſtis impuroꝛum obſceno-
rūqꝫ ludoꝛum:unum uerum deum.i.
omnis anime coꝛpoꝛiſqꝫ creatoꝛē colē
ſe quiſqꝫ contendat : non ideo peccat
quia ñ eſt colendus quem colit:ſed qꝛ
colēdū ñ ut colendus eſt colit. Qui ue
ro ⁊ rebus talibus id eſt turpibus ⁊
ſceleſtis:⁊ non deum uerum id eſt aīe
coꝛpoꝛiſqꝫ factoꝛem:ſꝫ creaturā:ꝙuis
ñ uitioſam colit ſiue illa ſit aīa ſiue cō
pus:ſiue aīa ſimul ⁊ cōpus:bis peccat
in deū:ꝙ ⁊ pro ipſo colit quod non ē
ipſe:⁊ talibus rebus colit qualibus
nec ipſe colendus eſt: necnō ipſe ſꝫ hi
quonāmodo id eſt ꝙturpiter nefarie-
qꝫ coluerint in promptu eſt. Quid au
tem uel quos coluerint eſſet obſcurū:
niſi coꝝ teſtaret̃ hiſtoꝛia:ea ipſa q̃ fe-
da ⁊ turpia confitemur numibꝰ t̃ribl̃i
ter exigentibus reddita. Uñ remotis
cōſtat ambagibus:nefarios demones
atqꝫ imūdiſſimoſ ſpūs:hac omni ciui
li theologia iuiſēdis ſtolidis imagibꝰ:
⁊ p eas poſſidendis etiam ſtultis coꝛ-
dibus iuitatos.

Quod doctrīa varrōis de theolo-
gia i nulla ſibi pte cōcōdet.cap.xxviij.

q Uid igit̃ valet:ꝙ uir doctiſſimꝰ
⁊ acutiſſimuſ varro velut ſb̃tili
diſputatiōe hos oms deos i celuꝫ ⁊ t̃
rā redigē:ac referre cōat̃ ⁊ ñ pōt:Flu-
unt de manibus:reſiliūt:labūt̃ ⁊ deci
dūt. Dicturus enim de feīs hoc eſt de
deabus:qm̄ iquit ut in primo libꝛo di
xi de locis: duo ſunt principia deoꝛuꝫ
animaduerſa ḋ celo ⁊ terra:a quo dij
partim dicūtur celeſtes:partim terre-
ſtres:ut in ſuperioꝛibꝰ initium fecimꝰ
a celo cum diximus de iano:queꝫ alij
celum alij dixerunt eſſe mundum: ſic
de femis initium ſcribendi fecimus a
tellure. Sentio quātam moleſtiā tale
ac tantū patiatur igeniū. Dicitur cīm
quadam ratiōe ueriſimili celū eſſe qḋ
faciat:terrā que patiat̃:⁊ ideo illi maſ
culinam uim tribuit:huic feiam:⁊ nō
attēdit eum potius eſſe qui hec faciat
qui utrūqꝫ fecit. Hinc ēt ſamothracū
nobilia myſteria in ſuperioꝛe libꝛo ſic
iterpretatur:eaqꝫ ſe que nec ſuis nota
ſunt ſcribēdo expoſituꝝ:eiſqꝫ miſſuꝝ
quaſi religioſiſſime pollicetur . Dicit
enim ſe ſibi multis indicijs collegiſſe
i ſimulacris aliud ſignificare celum:
aliud terraꝫ:aliud exempla reꝝ:quas
plato appellat ideas:celum iouem:ter
ram iunonem : ideas mineruam vult
itelligi. Celum a quo fiet aliq̇d: t̃ram
de qua fiat exemplum ſecūdū qḋ fiat.
Q̄ua in re omitto dicē: ꝙ plato illas
ideas tātā vim hr̄e dicit:ut ſecūdū caſ
non celum aliquid fecerit:ſed ēt celuꝫ
factum ſit. Hoc dico iſtum in libro ſe-
lectoꝝ deoꝝ rōem illam tum ḋoꝛum:
q̇bus quaſi cuncta complexus eſt per
didiſſe. Celo enim tribuit maſcl̃os de-
os:feīas terre. Inter quas poſuit mi-
neruam quā ſupra ipſum celum ante
poſuerat:deinde maſcl̃s ḋs neptunuſ
in mari eſt:quod ad terram potius ꝙ
ad celum pertinet. Dis pat̃ poſtremo
qui grece pluton dicitur:etiā ipſe maſ
culus frater amboꝛum terrenus deuſ
eſſe ꝑhibetur:ſuperioꝛem terrā tenēſ:
in inferioꝛi habens proſerpinam con-
iugem. Quomodo ergo ḋos in celo:
deas in terra eſſe perhibent: q̇ rurſus
deos ad terram:ḋas ad celum referre
conant̃: Quid ſolidum: quid cōſtās:
q̇d ſobrium:quid definitū hēt hec diſ
putatio: Illa autem eſt tellus initium
dearum:mat̃.ſ.magna:apḋ quā mol-
liū ⁊ abſciſoꝝ ſeſeqꝫ ſecātiū atqꝫ iactā
tiū iſana ꝑſtrepit t̃pitudo. Quid ē er
go qḋ dicitur caput deoꝛum ianus:ca
put dearum tellus:nec ibi facit unum
caput errō nec hic ſanū furō: Cur hec
fruſtra īferre nituntur ad mundum:

quaſi poſſit pro đo uero mundus:uel
opus ꝓ factoꝛe coli? Et tñ eos nec hoc
poſſe ṽitas apta cõuincit. Referāt hec
poti⁹ ad hoies moꝛtuos ⁊ ad dẽones
peſſimos:⁊ nulla q̄o īmanebit.

Q omnia q̄ phyſiologi ad mūdū
partes ipſius retulerunt:ad unum ue
rum deum īferre debuerūt.cap.xxix.

n Anq3 oia q̄ ab eis ex iſtoꝝ deo
rū theologia velut phyſicis ra
tionibus īferūt̄ ad mundū:nos quaſi
ſine ullo ſcrupulo ſacrilege opiōis đo
potius ṽo qui fecit mundū:omnis aīe
⁊ omnis corporis cōditoī tribuantur
aduertamus hoc modo. Nos deum
colimus:ñ celū ⁊ terram quibus dua
bus partibus mūdus hic cōſtat:nec a
nimam uel animas per uiuētia q̄cun
q3 diffuſas:ſ3 deum qui fecit celum ⁊
t̄ram ⁊ omnia que in eis ſunt. Qui fe
cit omnem aīam ſiue quocūq3 mō ui
uētem:⁊ ſenſus ⁊ rationis expꝛtē:ſiue
ēt ſentiētē ſiue ēt intelligētē. Et ut iam
īcipiā illa unius ⁊ ueri dei opera pcur
rē:ꝑpter que iſti ſibi dū quaſi hōeſte
conāt̄ ſacramēta turpiſſima ⁊ ſceleſtiſ
ſima īt̄ptari:đos mltos falſoſq3 fece
runt.

Qua pietate diſcernat̄ a creaturis
creator:ne pro uno tot dn̄ colāt̄:quot
ſunt opa vnius auctoīs.cap.xxx.

i Llū deū colius:q̄ natīs a ſe cre
atis ⁊ ſb̄ſiſtēdi ⁊ mouēdi initia
fineſq3 cōſtituit:qui reru3 cauſas ha
bet:nouit atq3 diſpōit: qui uim ſemi
num cōdidit:qui rationalem anima3
quod dicitur animus quibus uoluit
viuētibus indidit:qui ſermōiſ faculta
tem uſumq3 donauit:qui munus futa
dicendi quibus placuit ſpiritibus im
ꝑtiuit. Et p quos placet ipſe futura ꝑ
dicit:⁊ p quos placz malas ualitudieſ
pellit. Qui belloꝝ quoq3 ipſorum cū
ſit emēdandum ⁊ caſtigandum ē genuſ
humanum: exoꝛdīs ꝓgreſſibus fini
buſq3 modēat̄:qui huius mundi ignē
uehemētiſſimum ⁊ violētiſſimum pro
īmſe nature tempamēto ⁊ creauit ⁊ re
git: qui uniṽſarum aquarum creatoꝛ
⁊ gubernator ē:qui ſolem fecit cōpōa
lium clariſſimum luminū:eiq3 ui3 cō
grua3 ⁊ motū dedit. Qui ipis etiam
inferis dom natīonē ſua3 poteſtatēq3
non ſb̄trahit:q̄ ſeia ⁊ alimēta mōtaliū
ſiue arida ſiue liquida naturis cōpetē
tibus attributa ſb̄ſtituit. Qui t̄ram
fūdat atq3 fecundat:q̄ fructus ei⁹ aīa
libus hominibuſq3 largit̄:qui cauſas
non ſolum principales ſed etiam ſb̄ſe
quētes nouit atq3 ōdinat:qui lune ſta
tuit modum ſuum : qui vias celeſtes
atq3 t̄reſtres locoꝛum mutationibus
prebet. Qui humanis ingenīs q̄ crea
uit:etiam ſcias artiū uariarum ad ad
iuuandā uitam naturāq3 conceſſit.
Qui coniunctionem maris ⁊ femine
ad adiutoꝛium ꝓpagāde ꝓlis īſtituit:
Qui hominū cetib⁹ quē focis ⁊ lumi
nib⁹ adhibēnt ad facillimos uſuſ mu
nus t̄reni ignis indulſit. Iſta ſūt certe
que dn̄s ſceleſtis neſcio p quas phyſi
cas int̄ptationes vir acutiſſimus atq3
doctiſſimus varro:ſiue q̄ aliūde acce
pit:ſiue q̄ ipſe coniecit diſtribuē laboa
uit. Hec aūt facit atq3 agit unus ⁊ ue
rus deus. Sed ſicut idem đs ubiq3 to
tus nullis incluſus locis: nullis uicul
alligatus:in nullas pres ſectilis:ex nl
la pte mutabilis:implens celū ⁊ t̄ram
pñte potētia non abſente natura : ſic
itaq3 admiſtrat omnia que creauit:ut
etiam ipſa ꝓprios exercē ⁊ agē motuſ
ſinat. Quanuis enim nihil eſſe poſſit
ſine ipſo:non tam̄ ſunt ulla quod ipē.
Agit autem multa etiam per angeloſ
ſed non niſi ex ſeipſo beatificat āgloſ.
Ita quanuis propter aliquas cauſas
hominibus angelos mittat: non tam̄

ex angelis hoīes: ſed ex ſeipſo ſicut an
gelos beatificat. Ab hoc vno ⁊ vō dō
vitā ſpāus etnaꝫ.

Quib⁹ ꝓprie beneficijs dei excep
ta generali largitate ſectatores vitatis
utanť. cap. xxxi.

h Abēus. n. ab illo preť huiuſcē dō
di bñficia: que ex hac de qua ñ
nulla diximus adminiſtratione naťe
bonis maliſqꝫ largitur: magnuꝫ ⁊ bo
norum proprium magne dilectionis
indicium. Quanꝗ enim ꝙ ſumus: ꝙ
viuimus: ꝙ celum terrāqꝫ conſpiciuſ:
ꝙ habemus m̄tem atqꝫ rationeꝫ qua
eum ipſum qui hec omnia condidit i
quiramus: nequaquam valeamus ac
tioni ſufficere gratiaruꝫ: tamen ꝙ noſ
oneratos obrutoſqꝫ peccatis: ⁊ a con
templatione ſue lucis aūſos: ac tene
brarum. i. iniquitatis dilectiōe cecatoſ
nō omnino deſeruit. Miſitqꝫ nobis v̄
bum ſuum: q̄ eſt eius unicus fili⁹: quo
pro nobis in aſſūpta carne nato atqꝫ
paſſo: ꝗti deus hominem pendēt no
ſcēmus: atqꝫ illo ſacrificio ſingulari a
peccatis omnibus mundarēur: eiuſqꝫ
ſpiritu in cordibus noſtris dilectione
diffuſa: omnibus difficultatibus ſupa
tis in eternam requiem ⁊ ꝯtēplatiōis
eius ineffabilē dulcedineꝫ ueniremuſ.
Que corda quot lingue ad agēdas ei
gr̄as ſatis eſſe contenderint?

Qd̄ ſacram̄tū redemptionis chri
ſti nullis retro temporibus defuerit:
ſemp̄rqꝫ ſit diūſis ſignificationib⁹ p̄
dicatū. cap. xxxij.

h Oc myſteriū vite etne: iā ide ab
exordio generis humani p q̄dā
ſigna ⁊ ſacramenta tꝑorib⁹ congrua:
quib⁹ oportuit per angl'os p̄dicatū ē.
Deinde ppl's hebreus in vnam ꝗdaꝫ
rempublicam que hoc ſacramentum
ageret congregatus eſt: ubi p quoſdā
ſcientes: per quoſdaꝫ neſcientes: id qd̄
ex aduētu chriſti uſqꝫ nūc ⁊ deinceps
agitur: prenunciareť eſſe venturum.
Sparſa etiaꝫ poſtea eadem gente per
gētes propter teſtimoniū ſcripťarum
quib⁹ eterna ſalus in chriſto futura p̄
dicata ē. Omnes eiꝫ ñ ſoluꝫ ꝓphetie
que in v̄bis ſunt: nec tantuꝫ precepta
vite que mores pietatēqꝫ conformāt:
atqꝫ illis litteris continentur: vū etiaꝫ
ſacra ſacerdotia: tabernaculuꝫ ſiue tē
plum: altaria: ſacrificia: cerimōie dies
feſti: ⁊ q̄cq̄d aliud ad eam ſuitutem p
tinet que deo debeť: ⁊ grece ꝓp̄e latria
dicitur: ea ſignificata ⁊ p̄nūtiata ſūt: q̄
propter eternam vitam fideliuꝫ i chri
ſto: ⁊ impleta credimus: ⁊ impleri cer
nimus: ⁊ implenda confidimus.

Quod per ſolam chriſtianam reli
gionem manifeſtari potuerit fallacia
ſpirituū malignorum: de hominum
errore gaudentium. cap. xxxiij.

p Er hanc ergo r̄ligionē vnam ⁊
v̄am potuit aperiri dōs gentiū
eſſe imundiſſimos demones: ſb̄ defūc
torum occaſionibus animarum: vel
creaturaꝝ ſpecie mūdanarum dōs ſe
putari cupientes: ⁊ quaſi diuinis ho
noribus eiſdēqꝫ ſceleſtis ac turpibus
rebuſ ſuperba impuritate letāteſ: atqꝫ
ad uerum deum conuerſionē hūanis
animiſ iuidēteſ. Ex quoꝝ imaniſſimo
⁊ impijſſimo dñatu hō liberatur: cū
credit in eum qui p̄buit ad exurgēdū
tante humilitatiſ exemplum: ꝗta illi
ſuperbia ceciderunt. Hinc ſunt non
ſolum illi de quibuſ multa iam dixi
muſ: ⁊ alij atque alij ſimiles ceteraruꝫ
gentium atque terrarum: ſed etiaꝫ hi
de quibuſ nunc agimuſ tanꝗ i ſenatu
deorum ſelecti: ſed plane ſelecti nobili
tate criminum non dignitate v̄tutuꝫ.
Quorum ſacra varro dum quaſi ad

naturales rationes referre conat᷑: q̄rēſ honeſtare res turpes: quomō his quadret ⁊ conſonet non poteſt inuenire: quoniaꝫ non ſunt ipſe illoꝝ ſacroruꝫ cauſe quas putat: uel potius uult putari. Naꝫ ſi non ſolum ipſe: uerꝫ etiaꝫ quelibet alie huius generis eſſent: q̄ꝫuis nihil ad deum uerum uitāq; eternam: que in religione querenda eſt pertinerent: tamen qualicunq; de rerum natura reddita ratione: aliquātulum mitigarent offenſionem: quam non itellecta in ſacris aliqua velut turpitudo aut abſurditas fecerat: ſicut in quibuſdā theatroꝝ fabulis uel delubroꝝ myſterijs facē ideꝫ varro conatus eſt. Ubi non theatra delubroꝝ ſimilitudine abſoluit: ſed theatroꝝ potius ſimilitudine delubra damnauit: tamen utcūq; conatus eſt: ut ſenſum horribilibus rebus offenſum velut naturaliuꝫ cauſarum ratione reddita deliniret.

De libris nume pompilij: quos ſenatus ne ſacrorum cauſe: quales i eis habebantur innoteſcerent iuſſit incendi. cap. xxxiiij.

S Ed contra inuenimus: ſicut ipe vir doctiſſimus prodidit de nume pompilij libris redditas ſacroruꝫ cauſas nullo modo potuiſſe tolerari: nec dignas habitas que non ſoluꝫ lecte innoteſcerent religioſis: ſed ſaltem ſcripte reconderentur in tenebris. Iaꝫ enim dicaꝫ: quod in tertio huius operis libro me ſuo loco dicturum eſſe ꝓmiſeram. Naꝫ ſicut apud eundeꝫ varronem legitur in libro de cultu deorū terentius quidam cum haberet ad ianiculum funduꝫ: ⁊ bubulcus eius iuxta ſepulcrū nume pompilij traiciēs aratrum eruiſſet ex terra libros eius: ubi ſacrorum inſtitutoruꝫ ſcripte erāt cauſe: in urbem pertulit ad pretorem. At ille cum inſpexiſſet principia rem tantam detulit ad ſenatum. Ubi cum primores quaſdam cauſas legiſſent: cur quicq; in ſacris fuerit inſtitutuꝫ: nume mortuo ſenat᷒ aſſenſus ē: eoſq; libros tanq̄ religioſi patres conſcripti pretor ut comburēt cenſuerunt. Credat quiſq; quod putat: imo vō dicat quod dicendum ſuggeſſerit veſana cōtētio quilibet tante impietatis defēſor egregi᷒. Me admonē ſufficiat: ſacrorum cauſas a rege pompilio romanorum ſacroꝝ inſtitutore conſcriptas: nec populo: nec ſenatui: nec ſalteꝫ ipis ſacerdotibus inoteſcē debuiſſe: ipmq; numaꝫ pompilium curioſitate illicita ad ea demonum perueniſſe ſecreta: q̄ ipe quideꝫ ſcribēt: ut habēt unde legē do cōmonētur. Sed ea tamen cū rex eſſet: qui minime quēq̄ metuēt: nec docē aliquem: nec delēdo uel quoquo modo conſumendo perdē audēt: ita quod ſcire neminem voluit: ne hoies nefaria docēt. violare auteꝫ timuit: ne demones iratos habēt: obruit ubi tutum putauit: ſepulcro ſuo propiquare aratrum poſſe nō credens. Senat᷒ autem cum religiones formidaret dānare maiorum: ⁊ ideo nume aſſentire cogētur: illos tamen libros tam pernicioſos eſſe iudicauit: ut nec obrui rurſus iubē: nec humana curioſitas multo uehementius rem iam perditam q̄rē: ſed flammis aboleri nefanda monimenta: ut quia iam neceſſe eſſe exiſtiabant ſacra illa facē tolerabilius erraretūr cauſis coꝝ ignoratis: q̄ꝫ cognitis ciuitas turbaretur.

De hydromantia: per quaꝫ numa uiſis quibuſdam imaginibus ludificabatur. cap. xxxv.

N Am ⁊ ipe numa ad quē nullus dei ꝓpheta: nullus ſanctus āgl's mittebatur: hydromantiā facē cōpulſus eſt: ut in aqua uideret imagines

deoꝝ: uel potius ludificationes dēo-
nuꝫ : a quibus audiret quid in ſacris
cōſtitueret atqꝫ obſuaī deberet . Qđ
genus diuinationis ideꝫ varro a pſis
dicit allatū:quo ⁊ ipꝫ numā: ⁊ poſtea
pythagoram philoſophuꝫ uſū fuiſſe
cōmēorat:ubi adhibito ſanguine etiā
inferos perhibet ſciſcitari:⁊ necyomā
tiaꝫ grece dicit uocari: que ſiue necro-
mantia dicatur idipſuꝫ eſt:ubi uident̃
mortui diuinare. quibus hec artibꝰ
fiant ipſi uiderint. Nolo enim dicere:
has artes etiā ante noſtri ſaluatoris
aduentuꝫ in ipſis ciuitatibus gentiuꝫ
legibus ſolere prohiberi:⁊ pena ſeue-
riſſima uindicari. Nolo inquam hoc
dicere.fortaſſis eniꝫ talia tunc licebāt.
His tam̄ artibus didicit ſacra illa pō-
pilius: quoꝝ ſacroꝝ facta prodidit:
cauſas obruit:ita timuit ⁊ ipſe quod
didicit:quarum cauſaruꝫ proditos li-
bros ſenatus incendit. Quid mihi er
go uarro illoꝝ ſacrorum alias neſcio
quas cauſas uelut phyſicas interpre-
tatur:quales ſi libri illi habuiſſent nō
utiqꝫ arſiſſent:aut ⁊ iſtos uarronis ad
ceſareꝫ pontificē ſcriptos atqꝫ editos:
patres conſcripti ſimiliter incendiſſēt?
Quod ergo aquam egeſſerit:id eſt ex
portauerit:numa pompilius unde hy
dromantiaꝫ faceret:ideo nymphaꝫ e-
geriaꝫ coniugeꝫ dicitur habuiſſe:quē-
admoduꝫ in ſūpradicto libro varrōis
exponitur. Ita eniꝫ ſolent res geſte aſ-
pſione m̄daciorūꝫ in fabulas uerti. In
illa igitur hydromantia curioſiſſimuſ
rex ille rōanus ⁊ ſacra dicit: que in li-
bris ſuis pontifices haberent: ⁊ eoruꝫ
cauſas quas preter ſe neminem ſcire
uoluit. Itaqꝫ eas ſeorſum ſcriptas ſe-
cū quodāmodo mori fecit: quādo ita
ſbtrahendas hominum noticie ſepeli
ēdaſqꝫ curauit. Aut ergo dēonū illic
tam ſordide ⁊ noxie cupidates erant
ꝯſcripte:ut ex his tota illa theologia
ciuilis etiam apud tales homines exe
crabilis apparet:qui tā multa in ipſis
ſacris erubeſcenda ſuſceperant . Aut
illi omnes nihil aliud ꝙ homines mō
tui prodebantur:quos tam prolixa tē
poris uetuſtas:⁊ fere om̄s populi gen
tiuꝫ dos imortales eſſe crediderāt: cū
⁊ talibus ſacris ÿdeꝫ illi demones ob-
lectarentur:qui ſe colendos pro ipſis
mortuis:quos deos putari fecerat: q̈-
buſdaꝫ fallaciū miraculorū atteſtatio
nibus ſupponebāt. Sed occulta ueri
dei prouidentia factum eſt: ut ⁊ pom-
pilio amico ſuo illis conglutinati arti
bus:quibus hydromātia fieri potuit:
cuncta illa confiteri permitterentur:⁊
tamen ut moriturus incenderet ea po
tius ꝙ obrueret admonere non pmit-
terentur:qui ne innoteſcerent:nec ara
tro quo ſunt eruta obſiſtere potuerūt:
nec ſtilo uarronis:quo ea que de hac
re geſta ſunt in noſtram memoriā per
uenerunt. Non enim poſſunt quod n̄
ſinuntur efficeī . ſinuntur autem alto
dei ſummi iuſtoqꝫ iudicio pro meritis
eorum quos ab eis uel affligi tātū:uł
etiam ſbÿci ac decipi iuſtum eſt: Quā
v̇o perniciose uel a cultu uere diuinita
tis aliene ille littere iudicate ſint: hinc
intelligi poteſt:ꝙ eas maluit ſenatus
incendere:quas pōpilius occultauit:
ꝙ timere quod timuit:qui hoc audeī
non potuit. Qui ergo nec felicem ī fu
turo uitam:nec modo habere uult pi-
am:talibus ſacris morteꝫ querat eter
nam. Qui autem cum malignis dēo-
nibus non uult habere ſocietatem:nō
ſuperſtitionem qua coluntur noxiam
pertimeſcat:ſed ueram religioneꝫ qua
produntur ⁊ uincuntur agnoſcat.

Aurelij auguſtini de ciui-
tate dei liber octauus.

De queſtione naturalis theologie cum philoſophis excellentioris ſciētie diſcutienda. capitulū primum.

n UNC INTentiore nobis opus eſt animo multo quam erat in ſuperiorum queſtionū ſolutiōe et explicatōe librorum. de theologia quippe quam naturalem uocant: non cum quibuſlibet hominibus: non enim fabuloſa eſt uel ciuilis: hoc eſt uel theatrica: uel urbana: quarum altera iactitat deorum crimina: altera indicat deorum deſideria criminoſiora: ac per hoc malignorum potius demonū quam deorum: ſed cum philoſophis eſt habenda collatio: quorum ipſum nomē ſi latine interpretemur: amorem ſapiētie profitetur. Porro ſi ſapientiā profitemur: et ſapientia deus eſt per quē facta ſunt omnia: ſicut diuina auctoritas ueritaſque monſtrauit: uerus philoſophus eſt amator dei. Sed quia res ipſa cuius hoc nomen eſt non eſt in omnibus qui hoc nomine gloriantur: neque enim continuo uere ſapientie ſūt amatores quicunque appellantur philoſophi: profecto in omnibus quorū ſententias ex litteris noſſe potuimus: eligendi ſunt cum quibus nō indigne queſtio iſta tractetur. Neque enim hoc opere omnes omnium philoſophorū uanas opiniones refutare ſuſcepi: ſed eas tantum que ad theologiam pertinent: quo uerbo greco ſignificari intelligimus de diuinitate rationem ſiue ſermonem. nec eas omnium: ſed eorum tantum qui cum et eſſe diuinitatem et humana curare conſentiant: non tam ſufficere unius incommutabilis dei cultum ad uitam adipiſcendā etiam post mortem beatam: ſed ab illo ſane multos uno conditos atque inſtitutos ob eam cauſam colendos putant. Hi etiā iam uarronis opinionem ueritatis propinquitate tranſcendunt. Siquidem ille totam theologiam naturalē uſque ad mundum iſtum: uel eius animam extendere potuit: iſti uero ſupra omnē anime naturam confitentur deum: qui non ſolum mundum iſtum uiſibilem qui ſepe celi et terre nomine nuncupatur: ſed omnem etiam omnino aīam fecerit: et qui rationalem et intellectualem: cuius generis anima humana ē: participatione ſui luminis incommutabilis et incorporei beatā fecerit. Hos philoſophos platonicos appellatos a platone doctore uocabulo deriuato nullus qui hec uel tenuiter audiuit ignorat. De hoc igitur platone que neceſſaria huic queſtioni exiſtimo breuiter attingam: prius illos commemorans: qui eū in eodē genere litterarū tempōe preceſſerunt.

De duorum philoſophorum generibus: id eſt italico et ionico: eorunque auctoribus. cap. ij.

q Uantum enim attinet ad litteras grecas: que lingua inter ceteras gentium clarior habetur: duo philoſophorum genera traduntur: unum italicum ex ea parte italie: que quondam magna grecia nuncupata eſt: alterum ionicum in eis terris: ubi et nunc grecia nominatur. Italicum genus auctorem habuit pythagoram ſamium. a quo etiam ferunt ipſum philoſophie nomen exortum. Nam cum antea ſapientes appellarentur: qui modo quodam laudabilis uite aliis preſtare uidebantur: iſte interrogatus quid profiteretur philoſophū ſe

eſſe reſpondit.i.ſtudioſum uel amatorem ſapientie: quoniam ſapientem pfiteri arrogantiſſimum uidebatur. Jonici uero generis princeps fuit thales mileſius: unus illorum ſeptem q appellati ſunt ſapientes. Sed illi ſex uite genere diſtinguebant: 7 quibuſdã pceptis ad bene uiuendum accõmodatis. Iſte autem thales ut ſucceſſores etiam ppagaret: rerum naturam ſcrutatus ſuaſq; diſputationes litteris mandãs eminuit: maximeq; admirabilis extitit q aſtrologie numeris comprehenſis defectus ſolis 7 lune etiã pdicẽ potuit. Aquã tamen putauit rerum eẽ principium: 7 hinc omnia elementa mundi ipſũq; mundum 7 q in eo gignuntur exiſtẽ. Nihil autem huic operi qd mũdo conſiderato tã mirabile aſpicimus ex diuina mente prepoſuit. Huic ſucceſſit anaximãder eius auditor: mutauitq; de rerum natura opinionem. Nõ enim ex una re ſicut thales ex hũore: ſed ex ſuis proprijs pricipijs quaſq; res naſci putauit. Que rerum principia ſingulaꝝ eſſe credidit infinita: 7 innumerabiles mundos gignere: 7 quecunq; in eis oriuntur: eoſq; mundos modo diſſolui: mõ iterum gigni exiſtimauit: quanta quiſq; etate ſua manẽ potuerit: nec ipſe aliquid diuine menti in his rerum operibus tribuens. Jſte anaximenem diſcipulum 7 ſucceſſorem reliquit: qui omnes rerum cauſas infinito aeri dedit: nec dõs negauit aut tacuit: nõ tamẽ ab ipſis aerem factum: ſ; ipſos ex aere ortos credidit. Anaxagoras uõ eius auditor harum rerum omnium quas uidemus effectorẽ diuinum animum ſenſit: 7 dixit ex iſinita materia que cõſtaret diſſimilib' inter ſe particulis rerum omnium genera pro modulis 7 ſpeciebus proprijs ſingula fieri: ſ; aio faciente diuino. Diogenes quoq; anaximenis alter auditõ aerem quidem dixit rerum eſſe materiam de qua omnia fierẽt: ſed eum eſſe compotem diuine rationis: ſine qua nihil ex eo fieri poſſet. Anaxagore ſucceſſit auditor eius archelaus etiã ipſe de particulis inter ſe diſſimilibus qb' ſingula queq; fierent: ita omnia cõſtare putauit: ut ineſſe etiã mẽtem diceret: que corpõa diſſimilia id ẽ illas pticulas cõiungẽdo 7 diſſipãdo agẽt oia. Socrates huius diſcipl's fuiſſe perhibetur magi platõis: propt quẽ breuit cũcta iſta recolui.

De ſocratica diſciplina. cap. iij.

Socrates ergo pmus uniũſã philoſophiã ad corrigẽdos componendoſq; mores inflexiſſe memorat: cum ante illum omnes magis phyſicis: id eſt naturalibus rebus perſcrutandis operam maximam impenderint. Non mihi autem uidetur poſſe ad liquidum colligi utrum ſocrates ut hoc facẽt tedio rerum obſcurarum: 7 incertarum ad aliquid approbatum 7 certum reperiendum animum intẽdit: quod eſſet beate uite neceſſarium: propter quam uitam omnium philoſophorum inuigilaſſe ac laboraſſe uidetur induſtria: An vero ſicut de illo quidam beniuolẽtius ſuſpicantur: nolebat immundos terrenis cupiditatibus animos ſe extendẽ in diuina conari q doquidem ab eis cauſas rerum videbat iquiri: quas pmas atq; ſũmas ñ niſi i vnius ueri ac ſummi dei uoluntate eẽ credebat: Uñ nõ eas putabat niſi mũdata mente poſſe comprehendi: 7 idõ purgande bonis moribus uite cẽſebat inſtandum: ut deprimentibus libidinibus exoneratus animus naturali uigore in eterna ſe attolleret: naturamq; incorporei 7 icommutabilis luminis ubi cauſe omnium factaꝝ naturarum ſtabiliter uiuunt intelligẽtie puritate cõſpicẽt. Cõſtat eum tam iperitorum

ſtultitiam ſcire ſe aliquid opinantiū:
etiam in ipſiſ moralibuſ queſtionib⁹:
quo totū animū itendiſſe videbat̄:vel
confeſſa ignorātia ſua vel diſſimlata
ſciētia:lepore mirabili diſſerendi ⁊ a-
cutiſſima urbanitate agitaſſe atq̧ uer
ſaſſe. Unde ⁊ concitatis inimicitijs ca
lūnioſa criatiōe damnatus mōte mul
ctatus eſt. Sed eū poſtea illa ipſa que
publice damnauerat athenienſium ci-
uitas publice luxit:i duos accuſatōes
eius uſq̧adeo populi indignatiōe cō-
uerſa:ut unius eorū oppreſſus i mul-
titudine periret:exilio aūt volūtario
atq̧ perpetuo penam ſimilem alt' eua
dēt. Tā preclara igitur vite mortiſq̧
fama ſocrates reliquit plurimos ſue
philoſophie ſectatores:quorū certatī
ſtudium fuit in queſtionum mōraliū
diſceptatione uerſari:ubi agit' de ſum
mo bono quo fieri homo beatus pōt.
Quod i ſocratis diſputationibus dū
omnia mouet:aſſerit:deſtruit:quoniā
non euidenter apparuit: quod cuiq̧
placuit inde ſumpſerunt: ⁊ ubi cuiq̧
viſum eſt conſtituerunt finem boni. Fi
nis autem boni appellatur: quo quiſq̧
cum peruenerit beatus eſt. Sic autem
diuerſas inter ſe ſocratici de iſto fine
ſententiaſ habuerunt:ut quod uix cre
dibile eſt unius magiſtri potuiſſe facē
ſectatores:quidam ſummum bonum
eſſe dicēt voluptatē:ſicut ariſtipp⁹:
quidam uirtutē ſicut antiſthenes: ſic
alij atque alij aliud atq̧ aliud opinati
ſunt:quoſ cōmeorare longū eſt.

De precipuo inter diſcipuloſ ſocra
tis platone:qui omnem philoſophiā
triplici partitione diſtinxit. cap. iiij.

S Ed inter diſcipulos ſocratis nō
quidem imerito excellentiſſima
gloria claruit:qui omnino ceteros ob
ſcuraret plato. Qui cum eſſet atheniē
ſis honeſto apud ſuos loco natus:⁊ i
genio mirabili longe ſuos condiſcipu
los anteiret:parum tamen putans p̄-
ficiende philoſophie ſufficere ſeipſū:
ac ſocraticam diſciplinam:q̄ longe la-
teq̧ potuit peregrinatus eſt:quaqua-
uerſum eum alicuius nobilitate ſcien-
tie percipiende fama rapiebat. Itaq̧
⁊ in egypto didicit quecunq̧ illic ma
gna habebantur atq̧ docebantur: ⁊
inde in eas italie partes ueniens: ubi
pythagoreorum fama celebrabatur:
quicquid italice philoſophie tūc florebat:
auditis eminētioribus in ea doctorib⁹
facillime comprehēdit. Et quia magiſtrū
ſocratem ſingulariter diligebat:eū lo-
quentem fere in omnibus ſermonibus
ſuis faciens:etiā illa que uel ab alijs
didicerat:vel ipſe q̄nta potuerat itelligē-
tia uiderat:cū illius lepore ⁊ moralib⁹
diſputationibus temperauit. Itaq̧ cū
ſtudium ſapientie in actione ⁊ contem
platione uerſet':unde vna parſ eius ac
tiua:altera contēplatiua dici poteſt:
quarum actiua ad agendam vitā id
eſt ad mores inſtituendos pertinet:cō
tēplatiua autem ad conſpiciendas na
ture cauſas ⁊ ſyceriſſimā vitatē. So
crates in actiua excelluiſſe memorat'.
Pythagoras vō magis contēplatiue
quibus potuit intelligentie uiribus in
ſtitiſſe. Proinde plato utrūq̧ iungen
do philoſophiam perfeciſſe laudatur:
quā in tres partes diſtribuit. Unam
moralē que maxie in actione uerſat':
alterā naturalem que contēplationi
deputata eſt:tertiam rationalem qua
uerū determinatur a falſo. Que licz
utriq̧.i.actioni ⁊ contemplationi ſit
neceſſaria:maxime tamē contēplatio
pſpectionem ſibi uendicat ueritatis.
Ideo hec tripartitio non eſt contraria
illi diſtinctioni:qua intelligitur omne
ſtudium ſapientie in actione ⁊ contē-
platione conſiſtere. Quid autē in his
uel de his ſingulis partibus plato ſen
ſerit:id eſt ubi finem omnium actionū:

ubi cās omnium naturaꝝ:ubi lumen omnium rationū eſſe cognouerit uel crediderit:differendo explicare ⁊ longum eē arbitrō:⁊ temē eſſe affirmādū ñ arbitrō. Cum enim magiſtri ſui ſocratis:quem facit in ſuis voluminibus diſputantem notiſſimū moꝛē diſſimulande ſcie uel opiniōis ſue ſeruaꝛ affectat:qꝛ ⁊ illi ipſe mos placuit:factum ē ut etiam ipſius platonis de rebus magnis ſententie nō facile pſpici poſſint. Ex his tñ que apud euꝫ leguntuꝛ:ſiue que dixit ſiue que ab alijs dicta eē narrauit:atqꝫ conſcripſit que ſibi placita uidēntur:quedam cōmēorari ⁊ huic operi inſeri opōtet a nobis uel ubi ſuffragatur religioni uere quam fideſ noſtra ſuſcipit ac defendit:uel ubi ei uidetur eſſe contrarius:quantum ad iſtaꝫ de uno deo ⁊ pluribus pertinet queſtionem:quem propter uitam que poſt moꝛtem futura eſt ueraciter beatam: colendum eſſe catholice religionis aſſrit diſciplina. Foꝛtaſſis enim qui platonem ceteris philoſophis gentiuꝫ lōge recteqꝫ prelatum acutius atqꝫ vacius intellexiſſe atqꝫ ſecuti eſſe fama celebꝛioꝛe laudantur:aliquid tale de dō ſentiunt:ut in illo inueniatur ⁊ cauſa ſb̄ſiſtendi:⁊ ratio intelligendi: ⁊ oꝛdo viuendi. Quoꝛum trium unūꝫ ad naturalem:alterum ad rationalem:tertium ad moralem partem intelligitur pertinē. Si enim homo ita creatus ē: ut per id quod i eo precellit:attigat ad illud quod cuncta precellit: id ē unū uerum optimum deum: ſine quo nll'a natura ſb̄ſiſtit:nulla doctrina iſtruit: nullus uſuſ expedit:ipſe queratur ubi nobis omnia ſunt ſecura:ipſe cernat̄ ubi nobis certa ſunt omnia:ipſe diligat̄:ubi nobis recta ſūt oia.

Qd̄ de theologia cū platonicis potiſſimū diſceptādū ſit: quoꝝ opioni oīū phōꝝ poſtponēda ſint dogmata.c.v.

Si ergo plato dei huiūs imitatoꝛem:cognitoꝛem: amatoꝛem dixit eſſe ſapientem:cuius participatiōe ſit beatus: quid opus eſt diſcutē ceteros:quoꝛum nulli nobis q̄ iſte propiꝰ acceſſerunt. Cedat igitur eis non ſolū theologia illa fabuloſa deoꝛum criminibus oblectans animos impioꝛum: nec ſolum etiam illa ciuilis ubi impuri demones terreſtribus gaudijs deditos populos deoꝛum nomine ſeducentes:humanos erroꝛes tanquam ſuos diuinos honoꝛes habē voluerunt:ubi ad ſpectandos ſuoꝛum criminum ludos cultoꝛes ſuos tanquam ſue uanitatis adminiſtratoꝛes habuerunt:ubi per eos ad ſuum cultum ſtudijs imūdiſſimis alios excitantes: ⁊ ſibi delectabilioꝛes ludos de ipſis ſpectatoꝛibꝰ exhibentes. Ubi ſiqua velut honeſta geruntur in templis cōiuncta ſibi theatroꝛum obſcenitate turpantur:⁊ quecunqꝫ turpia geruntur in theatris: cōparata ſibi temploꝛum feditate laudātur. Et ea que varro ex his ſacris quaſi ad celum ⁊ terram rerūqꝫ moꝛtaliū ſemina ⁊ actus interpretatus eſt:quia nec ipſa illis ritibus ſignificantur que ipſe inſinuare conat̄:⁊ ideo veritas conanteꝫ non ſequitur. Et ſi ipſa eſſent: tamen anime rationali ea que infra illam nature oꝛdine conſtituta ſunt: p deo ſuo colenda non eſſent:nec ſibi debuit preferre tanquam deos: eas res quibus ipſam pretulit verus dš: ⁊ ea que numa pompiliuſ re vera ad ſacra eiuſmodi pertinentia ſecum ſepeliendo curauit abſcondi: ⁊ aratro eruta ſenatus iuſſit incēdi. In eo genere ſūt etiam illa:ut aliquid de numa mitius ſuſpicemur: que alexander macedo ſcribit ad matrem:ſibi a magno antiſtite ſacroꝛum egyptioꝛum quodā leone patefacta:ubi non picus ⁊ faunus: ⁊ eneas ⁊ romulus: vel etiam hercules ⁊ eſculapius: ⁊ liber ſemela

natus ⁊ tyndaride fratres:⁊ ſiquos a
lios ex mortalibus pro dijs habẽt: ſʒ
ipſi etiã maiores gentium dij:quos ci
cero in tuſculanis tacitis nomibus ui
detur attingẽ. Juppiť:iuno ſaturnus:
uulcanus:ueſta:⁊ alij plurimi : quos
varro conatur ad mundi partes ſiue
elemẽta transferre:homines fuiſſe pro
duntur. Timẽs.n.⁊ ille quaſi ĩuelata
myſteria petẽs admõet alexãdrũ : ut
cuʒ ea matri conſcripta inſinuaueꝝt:
flammis iubeat concremari. Nõ ſolũ
ergo iſta que due theologie cõtinent
fabuloſa.ſ.⁊ ciuilis:platonicis philo-
ſophis cedant:qui uerum deũ ⁊ rerũ
auctorẽ:⁊ ueritatis illuſtratorẽ:⁊ bea
titudis largitorẽ eſſe dixerunt: ſʒ alij
quoqꝫ philoſophi qui cõporalia naťe
principia corpori deditis mẽtibus opi-
nati ſunt:cedant his tantis ⁊ tanti dei
cognitoribus uiris:ut thales i hũore:
anaximenes in aere:ſtoici in igne:epi-
curus in atomis:hoc eſt minutiſſimiſ
corpũſculiſ:que nec diuidi nec ſẽtiri q̃-
unt. Et quicunqꝫ alij quorum enume
ratione immorari non eſt neceſſe:ſiue
ſimplicia ſiue coniuncta corpora: ſiue
vita carentia ſiue uiuentia:ſʒ tñ cõpo-
ra cãm principiũqꝫ rerũ eẽ dixerũt. Nã
quidam eorum a rebus non uiuis reſ
uiuas fieri poſſe crediderunt:ſicut epi
curei. Quidam vo a uiuẽte q̃dam ui-
uẽtia q̃dam non uiuẽtia : ſed tamen a
corpore corporea. Nam ſtoici ignem
id ẽ corpus unuʒ ex quatuor elemẽtis
quibus uiſibilis mundus hic conſtat:
⁊ uiuẽtem ⁊ ſapiẽtem ⁊ ipſius mundi
fabricatorem:atqꝫ omniũ que ſunt in
eo:eũqꝫ omnino ignem eſſe deum pu-
tauerunt. Hi ⁊ ceteri ſimiles eoruʒ id
ſolum cogitare potuerunt:quod cum
eis corda eorum obſtricta carnis ſẽſi-
bus fabulata ſũt. Jn ſe quippe hẽbãt
quod non uidebant:⁊ apud ſe imagia
banť quod foris uiderant:etiam q̃do
non uidebant:ſed tantummodo cogi
tabant. Hoc aũt in conſpectũ talis co
gitationis iam nõ eſt corpus:ſed ſimi
litudo corporis.illud aũt unde uideť i
animo hec ſimilitudo corporis nec cõ
pus eſt nec ſimilitudo corporis:⁊ ũde
uidetur atqꝫ utrũ pulchra an dformiſ
ſit iudicatur:profecto eſt melius q̄ ip
ſa que iudicatur. Hec mens hominis
⁊ ipſa rationalis anime natura eſt: q̃
utiqꝫ corpus non eſt:ſi iam illa corpo-
ris ſimilitudo cum in animo cogitan-
tis aſpicitur atqꝫ iudicatur : nec ipſa
corpus eſt. Non ẽ ergo nec terra : nec
aqua:nec aer:nec ignis: quibus qua-
tuor corporibus que dicuntur quatu-
or elemẽta:mundum corporeum uide-
mus eſſe compactum. Porro ſi noſter
animus corpus non eſt:quomodo ds
creator animi corpus eſt? Cedant ẽgo
⁊ iſti ut dictum ẽ platõicis:cedant ⁊ il
li quos quidem puduit dicẽ deũ cõp9
eſſe:uerũtamẽ eiuſdem nature cuius
ille eſt animos noſtros eẽ putavũnt.
Jta non eos mouit tanta mutabĺitas
anime:quam dei tribuẽ nefas eſt. Sʒ
dicunt corpore mutatur anime naťa:
nam per ſeipſam incommutabilis eſt.
Poterant iſti dicẽ corpore aliquo uul
neratur:nam per ſeipſam inuulnera-
bilis ẽ. Prorſus quod mutari nõ po-
teſt:nulla re poteſt. At per hoc q̄ cor-
pore mutari poteſt:aliqua re poteſt:⁊
ideo incommutabile recte dici non po
teſt.

De platonicoꝝ ſenſu i ea pte phie:
q̃ phyſica nominatur.cap.vi.

u Jderũt ergo iſti phi:quos ceťis
ñ immerito fama atqꝫ gloria p̄-
lať os uidemus:nulluʒ corpus eſſe de-
um:⁊ ideo cuncta corpora traſcende-
runt querẽtes deum. Uiderunt quic-
quid mutabile eſt: non eſſe ſummum
deum:⁊ ideo omnem animam muta-
bileſqꝫ omnes ſpiritus tranſcenderũt

eo quod amat: uerꝙ̄ꝫ ⁊ ſummum bonum amat: quis eum beatum niſi miſerrimus negat? Ipſum aūt uerum ac ſummum bonum plato dicit deum. Unde uult eſſe philoſophum amatorē dei: ut quoniaꝫ philoſophia ad beatam uitaꝫ tendit: fruens ḋo ſit beatꝰ qui deum amavit. Quicunꝙ igitur philoſophi de ḋo ſummo ⁊ ṽo iſta ſēſerunt: ꝙ ⁊ ĩruꝫ creatarum ſit affectō: ⁊ lumē cognoſcēdarum: ⁊ bonum agēdarum: ꝙ ab illo nobis principium ſit nature: ⁊ ueritas doctrīe: ⁊ felicitas uite ſiue platonici accommodatius nuncupēt: ſiue quodlibet aliud ſecte ſue nomen imponant: ſiue tantummodo ionici generis: qui in eis precipui fuerunt iſta ſenſerint: ſicut idem plato: ⁊ qui eum bene intellexerunt: ſiue etiam italici propter pythagoram ⁊ pythagoreos: ⁊ ſiqui forte alij eiuſdē ſñie in id idem fuerunt: ſiue aliarum quoꝙ gētium qui ſapientes uel philoſophi habiti ſunt: athlantici: libyci: egyptij: indi: perſe: chaldei: ſcythe: galli: hiſpani: alijꝙ ĩpiūtur qui hoc uiderit ac docuerint: eos oēs ceteris aṅponimus: eoſꝙ nobis propinquiores fatemur. Quāuis enim hō chriſtianus litteris tm̄ eccl'aſticis eruditus: platonicorum forte nom̄ ignoret: nec utrum duo genera philoſophorꝫ extiterit i greca lingua ionicoꝫ ⁊ italicorum ſciat: ñ tam̄ ita ſurdus eſt in rebus humanis ut neſciat philoſophos uel ſtudiuꝫ ſapiētie: uel ipſam ſapientiam profiteri. Cauet eos tamē qui ſecūdū elementa huius mundi philoſophantur: non ſecundum deuꝫ a quo ipſe factus ē mūdus. Admonetur enim precepto apoſtolico: fideliterꝙ audit quod dictum eſt. Cauete ne quis uos decipiat per philoſophiaꝫ ⁊ inanem ſeductionē ſecunduꝫ elem̄ta mundi. Deinde ne omnes tales eſſe arbitretur: audit ab eodem apoſtolo dici de quibuſdam: ꝙa quod notum eſt dei manifeſtum eſt illis: ḋs enim illis manifeſtauit. Inuiſibilia enim eius a conſtitutione mūdi: ꝑ ea que facta ſunt intellecta conſpiciuntur: ſempitna quoꝙ uirtus eius ⁊ diuinitas. Et ubi atheniēſibus loqns: cum rem magnam de deo dixiſſet: ⁊ q̄ a paucis poſſet intelligi: ꝙ in illo uiuimus ⁊ mouemur ⁊ ſumus: adiecit ⁊ ait ſicut ⁊ ueſtri quidaꝫ dixerunt. Nouit ſane etiam ipſos in quibus errant cauē. Ubi enim dictum eſt: ꝙ per ea que facta ſunt ḋs illis manifeſtauit intellectu conſpicienda inuiſibilia ſua: ibi etiam dictum eſt non illos ipſū deum recte coluiſſe: quia ⁊ alijs rebꝰ quibus non oportebat: diuinos honores illi vni tantum debitos detulerūt: qm̄ cognoſcētes deum non ſicut deuꝫ glorificauerunt aut gratias egerunt: ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis: ⁊ obſcuratum eſt inſipiēs cor eorꝫ. Dicētes enim ſe ſapientes eſſe: ſtulti facti ſunt: ⁊ immutauerunt gloriam incorruptibilis dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis: ⁊ volucrū: ⁊ quadrupedum: ⁊ ſpētium: ubi ⁊ romanos ⁊ grecos ⁊ egyptios: qui ḋ ſapiētie nomine gloriati ſunt fecit intelligi. Sꝫ de hoc cum iſtis poſtmodum diſputabimus. In quo aūt nobis conſētiunt de uno deo huius uniṽſi auctore: qui non ſolum ſuper omnia corpora ē incorporeus: ṽum etiam ſuper omnes animas incorruptibilis: principium noſtrum: lumen noſtrum: bonū noſtrum: in hoc ⁊ eos ⁊ ceteris anteponimus.

Que ſit inter philoſophicas artes religioſi excellētia chriſtiani. cap. x.

n Ec ſi lr̄as eoꝝ chriſtianꝰ ignōaſ ṽbis que nō didicit i diſputatione nō utit: ut uel naturalē latine: uel phyſicam grece appellet eam partem

in qua de inquiſitione nature tractat: ⁊ rationalē ſiue logicam in qua q̄rit quonam modo ueritas percipi poſſit: ⁊ moralem uel ethicam in qua de moribꝰ agit: bonorū que finibꝰ appetendis: malorum que uitandis: ideo neſcit ab uno uero deo atque optimo: ⁊ naturam nobis eſſe: qua facti ad eius imaginē ſumus: ⁊ doctrinam qua eum noſque nouerimus: ⁊ gratiam qua illi coherēdo beati ſumus. Hec itaque cā eſt cur iſtos ceteris preferamus: quia cum alij phi loſophi ingenia ſua ſtudiaque cōtriuerint in requirendis rerum cauſis: ⁊ q̄nam eſſet modus diſcendi atque uiuendi: iſti deo cognito reperierunt ubi eſſent ⁊ cauſe conſtitute uniuerſitatis: ⁊ lux percipiende ueritatis: ⁊ fons uiuentis felicitatis. Siue ergo iſti platonici ſiue quicunque alij quarūlibet gētiū phī de deo iſta ſentiunt nobiſcum ſentiunt. Sed ideo cum platonicis magiſ placuit hanc cauſam agere: quia eorū ſunt littere notiores. Nam ⁊ greci quorum lingua in gentibus preminet: eaſ magna predicatione celebrarunt: ⁊ latini permoti earum uel excellentia uel gloria uel gratia: ipſas libentius didicerunt: atque in nr̄m eloquiū transferēdo nobiliores clarioreſque fecerūt.

Unde plato eam intelligentiam potuerit acquirere: qua chriſtiane ſcie ꝓpinquauit. cap. xi.

m Irantur autem quidam nobis in chriſti gratia ſociati: cū audiunt uel legunt platonem de deo iſta ſēſiſſe: que multum congruere ṽitati noſtre religionis agnoſcunt. Unde nonnulli putauerunt eum quando perrexit in egyptum hieremiam audiſſe ꝓphetam. uel ſcripturas propheticas in eadem peregrinatione legiſſe: quorum q̄dem opinionem in quibuſdam libris meis poſui. Sed diligenter computata temporum ratio que chronica hiſtoria continetur: platonem indicat a tēpore quo prophetauit hieremias centum ferme annos poſtea natum fuiſſe. Qui cum octoginta ⁊ unum uixiſſet: ab anno mortis eius uſque ad tempus quo ptolemeus rex egypti ſcripturas propheticas gentis hebreorum de iudea popoſcit: ⁊ per ſeptuaginta uiros hebreos: qui etiam grecam linguam nouerant: interpretandas habēdaſque curauit: anni ferme repiūt ſexaginta. Quapropter ī illa pegriatiōe ſua plato nec hieremiam uidere potuit: tāto ante defunctum: nec eaſdem ſcriptas legere que nondum fuerant in grecam linguam tranſlate qua ille pollebat: niſi fōte quia fuit acerrimi ſtudij: ſicut egyptias ita ⁊ iſtas p interpretē didicit: non ut ſcribendo transferret: quod ptolemeus pro ingenti beneficio: qui regia poteſtate etiam timeri poterat meruiſſe perhibetur: ſed ut colloquendo quid continerent quantum capere potuiſſet addiſceret. Hoc ut exiſtimet illa ſuadere uidentur indicia: q liber geneſeos ſic incipit. In principio fecit deus celū ⁊ terrā: terra autem erat inuiſibilis ⁊ incompoſita: ⁊ tenebre erāt ſuper abyſſum: ⁊ ſpiritus dei ferebat ſuper aquas. In timeo aūt plato quē librum de mundi conſtitutione conſcripſit: deum dicit in illo opere terram ꝑmo ignēque iunxiſſe. Manifeſtum eſt autem q igni tribuit celi locum. Hēt ergo hec ſententia quandam illius ſimilitudinem qua dictum eſt in ꝑncipio fecit deus celum ⁊ terram. Deinde illa duo media quibꝰ interpoſitis ſibimet hec extrema copularentur: aquam dicit ⁊ aerem: unde putat ſic intellexiſſe qd̄ ſcriptum eſt: ſpiritus dei ferebatur ſuper aquas. Parum q̄ppe attēdēs quo more ſoleat illa ſcriptura appellare ſpiritū dei: quoniā ⁊ aer ſpiritus dicitur: quatuor opinatus elementa loco

illo commemorata uideri poteſt. De inde ꝙ plato dicit amatorem dei eſſe philoſophuʒ: nihil ſic i illis litteris ſacris flagrat: ⁊ maxime illud qḋ ⁊ me plurimū adducit: ut pene aſſētiar platoneʒ illoꝝ librorum expertuʒ fuiſſe: quod cum ad ſanctum moyſē ita vba dei per angelum perferantur: ut querenti quod ſit nomen eius: qui eū per gere precipiebat ad populum hebreū ex egypto liberādum reſpondeatur. Ego ſum qui ſuʒ: ⁊ dices filiis iſrael: qui eſt miſit me ad uos: tanquam i eiꝰ comparatione qui uere eſt qꝛ incōmutabilis eſt: ea que mutabilia facta ſūt non ſint. Uehementer hoc plato tenuit ⁊ diligentiſſime commēdauit. Et neſcio utrū hoc uſpiam reperiatur in libris eorum qui ante platoneʒ fuerāt: niſi ubi dictum eſt ego ſum qui ſuʒ: ⁊ dices eis qui eſt miſit me ad uos. Sʒ undecūqꝫ ille iſta didicerit: ſiue precedentium eum ueterum libris: ſiue potius quomodo dicit apoſtolus: qꝛ qḋ notum eſt dei manifeſtum eſt in illis. deus eniʒ illis manifeſtauit: inuiſibilia enim eius a conſtitutione mundi: p ea que facta ſūt intellecta conſpiciuntur: ſempiterna quoqꝫ eius uirtus ⁊ diuinitas non immerito me platonicos philoſophos elegiſſe: cum quibꝰ agaʒ quod i iſta queſtione quam modo ſuſcepius agitur de naturali theologia: utrum propter felicitatem que poſt mortem futura eſt: uni deo an pluribꝰ ſacra facere oporteat. Nam utꝝ unus deus an plures propt̄ huius vite ſint bona colēdi: ſatis ut exiſtio expoſui.

Quod etiā platōici licʒ de uno vo deo bn̄ ſenſerint: multis tn̄ diis ſacra facienda cenſuerunt. cap. xij.

d Eos qppe hos potiſſimū elegi: qm̄ de vno deo qui fecit celuʒ ⁊ terram quāto melius ſenſerūt: tanto ceteris glorioſiores illuſtrioreſqꝫ habēt tur: intantum aliis prelati iudicio poſterorum: vt cū ariſtoteles platonis diſcipl's vir excellētis ingenii ⁊ eloquio platoni quidem impar: ſed multos facile ſuperans: cum ſectam pipateticaʒ condidiſſet: ꝙ deambulans diſputare conſueuerat: plurimoſqꝫ diſcipl'os p̄clara fama excellēs: viuo adhuc p̄ceptore i ſuā hēſim cōgregaſſet. Poſt mōtem vo platōis ſpeuſippus ſororis eiꝰ filiꝰ: ⁊ xenocrates dilectꝰ eius diſcipl's i ſcholaʒ eius que academia uocabat̄ eidem ſucceſſiſſent: atqꝫ ob hoc ⁊ ipſi ⁊ eoruʒ ſucceſſores academici appellarentur: recentiores tn̄ phi nobiliſſimi quibuſ plato ſectandus placuit noluerunt ſe dici peripateticos aut academicos ſed platonicos. Ex quibuſ ſūt ualde nobilitati greci: plotinꝰ: iamblicus: porphyriꝰ. In utraqꝫ aūt lingua. i. ⁊ greca ⁊ latia: apuleius afer extitit platonicus nobilis. Sed hi omnes ⁊ ceti eiuſmodi ⁊ ipſe plato: diis pluris eſſe ſacra facienda putavunt.

De ſentētia platōis: qua diffiniuit deos n̄ eſſe niſi bonos: amicoſqꝫ vtuti. cap. xiij.

q Uāꝗ ergo a nobis ⁊ in aliis multis rebꝰ magniſqꝫ diſſentiant: i hoc tn̄ qḋ mō poſui: qꝛ neqꝫ parua res eſt: ⁊ inde nunc queſtio eſt. Primū ab eis quero quibus diis iſtum cultum exhibendum arbitrentur: utrum bonis an malis: an ⁊ bonis ⁊ malis. Sʒ de hoc habemus ſententiam platoniſ dicentis omnes deos bonos eſſe: nec eſſe omnino vllum deorum malum. Conſequens eſt igitur: ut bōis hec exhibenda intelligantur. Tūc enim diis exhibentur: qm̄ nec dii erunt ſi boni non erunt. Hoc ſi ita eſt: nam de diis quid aliud decet credē? Illa profecto uacuatur opinio: qua nonnulli putāt

deos malos ſacroſ placandos eē:ne ledāt:bonos aūt ut adiuuent iuocandos. Mali aūt nulli ſunt dij:boīs pō zo debitus ut dñt honoꝛ ſacroꝛum eſt deferēdus. Qui ſunt ergo illi q̇ ludos ſcenicos amant:eoſq; diuinis rebus adiungi ꝛ ſuis honoꝛibuſ flagitant exhiberi:quoꝛum uis nō eoſ indicat nullos:ſed iſte affectuſ nimiruꝫ īdicat malos? Quid enim de ludis ſcenicis plato ſenſerit notum eſt:cuꝫ poetas ipos ꝙ tam indigna deoꝛuꝫ maieſtate atq; bonitate carmina cōpoſuerant:cenſet ciuitate pellēdos. Qui ſunt igitur iſti dij:qui de ſcenicis ludis cum ipſo platone contendunt? Ille quippe n̄ patit̄ dos falſis criminibuſ infamari:iſti eiſdem cribus ſuos honoꝛeſ celebrari iubent. Deniq; iſti cum eoſdem ludos iſtaurari preciperent:poſcentes turpia maligna geſſerunt. Tito latino auferentes filium:ꝛ īmittentes moꝛbuꝫ ꝙ eoꝛum abnuiſſet impium:eūq; mōbū retrahentes cū iuſſa compleſſet. Iſte autem illos nec taꝫ malos timōos putat:ſed ſue ſententie robur cōſtātiſſie retinēs:omnes poetarum ſacrilegas nugas quibus illi per immunditie ſocietatem oblectantur:a populo bene iſtituto remouere non dubitat. Hunc autem platonem:quem iam in ſecūdo libꝛo commemoraui: inter ſemideos labeo ponit. Qui labeo numia mala uictimis cruentiſ atq; huiuſmodi ſupplicationibus placari exiſtimat: bona uero ludis ꝛ talibus quaſi ad letitiaꝫ ptinētibus rebus. Quid eſt ergo ꝙ ſemideus plato nō ſemideis ſed deis ꝛ hoc bonis illa oblectamīta qꝛ iudicat turpia tam conſtanter audet auferre? qui ſane dij refellunt ſententiaꝫ labeonis.nam ſe i latino nō laſciuos tantū atq; ludibūdos:ſed ēt ſceuos terribileſq; monſtrarūt. Exponant ergo nobiſ iſta platonici:qui oīs deos ſecundum auctoꝛis ſui ſententiam bonoſ ꝛ honeſtos ꝛ uirtutibus ſapiētiū eē ſocios arbitrantur:aliterq; de ullo doꝝ ſentiri nefas habēt.

De opīone eoꝝ qui ratiōales aīas triū geneꝝ eē dixerūt.i.i dijſ celeſtib⁹: i dēoibus aerijs:ꝛ in hoibus terrēis. cap.xiiij.

E Xponius īquiūt:attente igitur audiamus. Omnium inquiunt animalium i quibus eſt anima ratiōalis tripartita diuiſio ē:in deos:hoīes: demōes. Dij excelſiſſimum locū tenent:homines infimuꝫ:demones medium. Nam deoꝛuꝫ ſedes in celo eſt: hominum in terra:in aere demonuꝫ. Sicut eis diuerſa dignitas eſt locoꝝ: ita etiā naturaꝝ. Proinde dij ſunt hominibus demonibuſq; potioꝛes: homines uero infra dos ꝛ demones conſtituti ſunt: ut elementoꝛum oꝛdine ſit differentia meritoꝛum. Dēones igitur medij: quenadmodum dijs quibus inferius habitant poſtponendi:ita hominibus quibus ſuperius preferendi ſūt. Habent enim cum dijs cōmuneꝫ īmoꝛtalitatem coꝛpoꝛum: animoꝛum aūtem cum hominibus paſſiones. Quapropter non eſt mirum inqūiūt ſi etiaꝫ ludoꝛuꝫ obſcenitatibus ꝛ poetarum figm̄tis delectantur: qn̄quideꝫ ꝛ hūanis capiuntur affectibus:a quibus dij longe abſunt ꝛ modis omnibus alieni ſunt. Ex quo colligitur platonem poetica deteſtando ꝛ pꝛohibendo figmenta:non deos qui omnes boni ꝛ excelſi ſunt priuaſſe ludoꝛum ſcenicoꝛuꝫ voluptate:ſed demones. Hec ſi ita ſunt:que licet apud alios quoq; reperiantur. Apuleius tamen platonicus maudarēſis de hac re ſolum unū ſcripſit libꝛum:cuius titulum eſſe uoluit d deo ſocratis ubi diſſerit ꝛ exponit ex quo genere numinum numen ſibi ſocrates hēbat adiūctū ꝛ amicitia

quadam conciliatum: a quo perhibet ſolitus admoneri ut deſiſteret ab agēdo: quando id quod agere uolebat pſpere fuerat euenturum. Dicit eiꝫ apertiſſime ⁊ copioſiſſime aſſerit: non illū deum fuiſſe ſed demoneꝫ diligenti diſputatione pertractans iſtam platoniſ de deorum ſublimitate: ⁊ hominū humilitate: ⁊ demonum medietate ſententiam. Hec ergo ſi ita ſunt: quonāmō auſus eſt plato etiaꝫ ſi non dijs quos ab omni huma cogitatione ſemouit: certe ipſis demōibus poetas urbe pellendo auferre theatricas uoluptates: niſi quia hoc pacto admonuit animū humanum: quāuis adhuc in his mōibundis membris poſitum ꝑ ſplēdore honeſtatis impura iuſſa demonuꝫ cōtēnē eorūqꝫ immunditiam deteſtari? Nam ſi plato hec honeſtiſſime arguit ⁊ prohibuit: profecto demones turpiſſime popoſcerunt atqꝫ iuſſerunt. Aut ergo fallitur apuleius: ⁊ non ex iſto genere numinum habuit amicum ſocrates: aut contra ſe ſenſit plato: mō dēones honorando: modo eoruꝫ delitias a ciuitate bñ morata remouendo: aut non eſt ſocrati amicitia demonis gratulanda: de qua uſqꝫ adeo ⁊ ipſe apuleius erubuit: ut de deo ſocratis prenotaret librum: quem ſecūdū ſuā diſputationem: qua deos a demonibus taꝫ diligenter copioſeqꝫ diſcernit: non appellare de deo: ſed de demōe ſocratis debuit. Maluit autem hoc in ipſa diſputatiōe: ꝙ i titulo libri pōere. Ita. n. ꝑ ſanā doctrinā q̄ humanis rebuſ illuxit: oīs uel pene omnes demonuꝫ nomen exhorrent: ut quiſqꝫ añ diſputationem apuleij: qua demonum dignitas cōmdatur: titulum libri de demōe ſocratis legēt: nequaquam illum hominem ſanum fuiſſe ſentiret. Quid autem etiam ipſe apuleius quod in demonibus laudaret inuenit: preter ſubtilitatem ⁊ firmitatem corporuꝫ: ⁊ habitationis altiorem locum? Nam de moribus eorum: cum de omnibus generaliter loqueretur: nō ſolum nihil boni dixit: ſed etiam plurimum mali. Denique lecto illo libro: prōſus nēo miratur eos etiaꝫ ſcenicā turpitudieꝫ in rebus diuinis habere uoluiſſe: ⁊ cū deos ſe putari velint deoꝝ criminibꝰ oblectari potuiſſe: ⁊ quicqd in eorum ſacris obſcena ſolēnitate ſeu turpi crudelitate uel ridetur uel horretur eoruꝫ affectibus conuenire.

Quod neqꝫ propter aerea corpōa neqꝫ propter ſuperiora habitacula: demōes hoībus antecellunt. cap. xv.

q Uamobrem abſit ut iſta cōſiderans animus ueraciter religioſus ⁊ uero dō ſubditus ideo arbitretur demones ſeipſo eſſe meliores: ꝙ habeāt corpora meliora. Alioqn multas ſibi ⁊ beſtias prelaturus eſt: q̄ nos ⁊ acrimonia ſenſuum: ⁊ motu facillio atqꝫ celerrimo: ⁊ ualentia uirium: ⁊ ānoſiſſima firmitate corporum uincunt. Quiſ hominum uidendo equabitur aquilis ⁊ uulturibus? Quis odorando canibꝰ? Quis velocitate leporibus: ceruis: oībus auibus? Quis multum valendo leonibꝰ ⁊ elephātibuſ? Quis diu uiuēdo ſpētibus: q̄ etiā depoſita tunica ſenectutem depōere: atqꝫ in iuuentutem redire perhibentur? Sꝫ ſicut his oībꝰ ratiocinando ⁊ intelligendo meliores ſumus: ita ēt demonibuſ bene ⁊ honeſte uiuendo meliores eſſe debemus. Ob hoc enim ⁊ prouidentia diuia eiſ quibuſ nos conſtat eſſe potiores data ſunt quedā potiora corporuꝫ mūera: ut illud quo eis preminemus: etiam iſto modo nobis cōmendaretꝰ: multo maiore cura excolendum eſſe ꝙ cōpꝰ: ipſāqꝫ excellentiam corporalem quaꝫ demones habere noſſemus: pre bonitate vite qua illis anteponimur ꝯtēnē

diſceremuſ habituri ⁊ nos imoꝛtalita
tē coꝛpoꝝ: nō quaꝫ ſupplicioꝝ eterni
tas toꝛqueat: ſed quaꝫ puritas ꝑcedat
animoꝛuꝫ. Jaꝫ uero de loci altitudie:
ꝙ demones in aere nos auteꝫ habita
mus in terra: ita permoueri : ut hinc
eos nobis eſſe preponendos exiſtime
mus: omnino ridiculum eſt. Hoc eniꝫ
pacto nobis ⁊ omnia uolatilia pꝛepo
nimus. At enim uolatilia cuꝫ volādo
fatigantur: uel reficienduꝫ alimētis cō
pus habent: terram repetunt : uel ad
requiem: uel ad paſtum quod dēones
inquiunt nō faciunt. Nunquid ergo
placet eis ut volatilia nobis : dēones
autem etiaꝫ uolatilibus antecellant.
Quod ſi dementiſſimum eſt opinari:
nihil eſt quod de habitatione ſuperio
ꝛis elementi dignos eſſe demones exi
ſtimemus: quibus nos religiōis affec
tu ſbdere debeamus. Sicut enim fieri
potuit: ut aeree uolucꝛes terreſtribus
nobis non ſolum non preferantur: ue
rum etiam ſubijciantur propter ratio
nalis anime que in nobis eſt dignita
tem ita fieri potuit: ut demones q̄uis
magis aerei ſint terreſtribus nobis: nō
ideo meliōes ſint quia eſt aer q̄ terra
ſuperiō : ſed ideo eis homines prefe
rendi ſunt: quoniam ſpei pioꝛum ho
minum. nequaquam illoꝛum deſpera
tio comparanda eſt. Nam ⁊ illa ratio
platonis: qua elementa quatuō pro
poꝛtione cōrexit atq; ōdinat: ita duo
bus extremis: igni mobiliſſimo ⁊ tre
imobili media duo aerem ⁊ aquam i
terſerens: ut quanto aer eſt aquis ⁊ ae
re ignis: tanto ⁊ aque ſuperioꝛes ſint
terris: ſatis nos admonet animalium
merita non pro elemētoꝛum gradibuſ
eſtimare. Et ipſe quippe apuleius cuꝫ
ceteris terreſtre animal hominem di
cit: qui tamen lōge prepōitur animali
bus aquatilibus: cum ipſas aquaſ ter
ris preponat plato: ut intelligamus nō
eundeꝫ ōdineꝫ tenenduꝫ cum agitur
de meritis animarum: qui videtur oꝛ
do eſſe in gradibus coꝛpoꝛum: ſed fieri
poſſe: ut inferius coꝛpus anima meliō
inhabitet: deteriōq; ſuperius.

Quid de moꝛibus demonū apule
ius platonicus ſenſit. cap. xvi.

d E mōibus ergo demonuꝫ cum
idem platonicus loqueretuꝛ: di
xit eos eiſdeꝫ quibus homines animi
perturbatiōib⁹ agitari: iritari iniurijs:
obſequijs dōiſq; placari: gaudē hono
ribus: diuerſis ſacroꝛuꝫ ritibus oblec
tari : ⁊ in eis ſiquid neglectum fuerit
cōmoueri. Inter cetera etiam dicit ad
eos pertinere diuinationes auguruꝫ:
haruſpicuꝫ: uatum: atq; ſomnioꝛum:
ab his quoq; eſſe miracula magoꝛū.
Breuiter aūt eos diffiniens ait. Dēo
nes eſſe genē aialia: animo paſſiua:
mēte ratiōalia: coꝛpōe aerea: tempōe et
na. Hoꝛum uere quinq; tria pꝛioꝛa illi
eſſe que nobis: quartum ꝓpꝛium: qui
tum eos cum dijs habere commune.
Sed uideo trium ſuperioꝛum que no
biſcū habent: duo etiam cum dijs ha
bē. Animalia quippe eſſe dicit ⁊ deoſ:
ſua cuiq; elementa diſtribuens. In ter
reſtribus animalibus nos poſuit cuꝫ
ceteriſ que in terra uiuunt ⁊ ſentiunt:
in aquatilibus piſces ⁊ alia natatilia:
in aereis demōes: in ethereis dōs. Ac
per hoc ꝙ demōes genere ſunt aialia:
nō ſolum eis cum hominibus uerum
etiam cuꝫ dijs pecoꝛibuſq; cōmune ē:
ꝙ mente rationalia cuꝫ dijs ⁊ homini
bus: ꝙ tempoꝛe eterna cum dijs ſol:
ꝙ aio paſſiua cū hoibus ſolis: ꝙ coꝛ
poꝛe aerea ipſi ſunt ſoli. Proinde ꝙ ge
nere ſūt aialia non eſt magnū: qꝛ hoc
ſunt ⁊ pecoꝛa: ꝙ mente rationalia nō
eſt ſupra nos : quia ſumus ⁊ noſ : ꝙ
tempoꝛe eterna : quid boni eſt ſi non
beata? Meliō eſt eniꝫ tempōalis felici
tas: q̄ miſera eternitas. ꝙ aio paſſiua

quomõ ſupra nos ẽ quãdo ⁊ nos hoc ſumus: nec ita eſſet niſi miſeri eẽmuſ? Quod corpore aerea quanti eſtimã dum eſt: cum omni corpori preferatur aĩe qualiſcunq; natura? Et iõ r̃ligiõis cultus qui debetur ex animo nequaq̃ debetur ei rei que animo eſt inferior. Porro ſi inter illa que demonum eſſe dicit annumerẽt uirtutem: ſapientiã: felicitatem: ⁊ hec eos diceret habẽ cuʒ dijs eterna atq; communia: profecto aliquid diceret exoptandum magniq; pendenduʒ: nec ſic eos tamen propter hec tanquam deum colere deberẽus: ſed potius ipſum a quo hec illos acce piſſe noſſemus. Quãto minus nunc honore diuino aerea digna ſunt animalia: ad hoc rationalia ut miſera eẽ poſſint: ad hoc paſſiua ut miſera ſint: ad hoc eterna ut miſeriam ſuã finiŕ ñ poſſint? Quapropť ut omittaʒ cetẽa ⁊ hoc ſolum pertractem q̃ nobiſcum demones dixit habere commune: id eſt animi paſſiones ſi omnia quatuõ elementa ſuis aĩalibuſ plena ſunt: immõ talibuſ ignis ⁊ aer: mortalib⁹ aqua ⁊ t̃ra: quero cur animi demonũ paſſionum turbelis ⁊ tempeſtatib⁹ agitenť. Perturbatio enim eſt que grece pathoſ dicitur: unde illa uoluit uocare animo paſſiua: quia uerbum de ṽbo pathoſ paſſio dicẽtur: motuſ animi cõtra rationem. Cur ergo ſunt iſta i animiſ demonum: que in pecoribuſ non ſunt? Quoniam ſiquid in pecore ſimile apparet nõ ẽ perturbatio: quia non eſt cõtra rationem qua pecora carẽt. In hominib⁹ auteʒ ut ſint iſte perturbationeſ: facit hoc ſtultitia aut miſia. Nõdum enim ſumus in illa perfectione ſapiẽtie beati: que nobiſ ab hac mõtalitate liberatiſ in fine promittitur. Deoſ uero ideo dicunt iſtaſ perturbationeſ non perpeti: quia non ſolum eterni uerum etiam beati ſunt. Eaſdẽ quippe animaſ rationaleſ etiam ipoſ habere perhibent: ſed ab omni labe ac peſte puriſſimaſ. Quamobrem ſi propterea dij non perturbanť: q̃ aĩalia ſunt q̃ nec beata poſſũt eſſe nec miſa: reſtat ut demoneſ ſicut hoĩeſ iõ p̃t bẽť: q̃ aĩalia ſũt ñ beata ſʒ miſera.

An dignuʒ ſit eoſ ſpirit⁹ ab hoĩe coli: a quorum uitijſ etiã opõteat liberari. cap. xvij.

Q Ua igitur inſipiẽtia uel potiuſ amẽtia per aliquã religioneʒ demonibuſ ſubduntur: cũ p ṽã religiõeʒ ab ea uitioſitate in qua illiſ ſumuſ ſimileſ liberemur? Cum enim demoneſ quod ⁊ iſte apuleius quãuiſ eiſ plurimum parcat: ⁊ diuiniſ honoribuſ dignoſ cenſeat: tamen cogitur confiteri ut ira inſtigentur: nobiſ uera religio p̃cipit ne ira inſtigemur: ſed ei potiuſ reſiſtamuſ. Cum demoneſ doniſ inuitẽtur: nobiſ ṽa religio precipit: ne cuiq̃ donorum acceptione faueamuſ. Cum demõeſ honoribuſ mulceantur: nobiſ uera religio precipit ut talibuſ nullo modo moueamur. Cuʒ demoneſ quorundam hominum oſoreſ quorundaʒ amatoreſ ſint: non prudenti tranquilloq; iudicio: ſed ut ipſe aĩo appellat paſſiuo: ipſa nobiſ uera religio p̃cipit ut inimicoſ noſtroſ etiam diligamuſ. Poſtremo omnem motum cordis ⁊ ſalum m̃tis: omneſq; turbelas ⁊ tempeſtates animi quibus demones eſtuare atq; fluctuare aſſerit: nos uera religio deponere iubet. Que igitur cauſa niſi ſtultitia erroriq; miſerabilis: ut ei te facias ueneranoo humilem: cui te cupias uiuendo diſſimilem: ⁊ religione colas quem imitari nolis: cum religionis ſumma ſit imitari quem colis?

Qualis ſit religio in qua docetur: ꝙ homines ut cōmēdentur dijs boniſ dēonib⁹ uti debeāt aduocatis. c. xviij.

f Ruſtra igitur eis apuleius ⁊ q̄cūq; ita ſentiūt hūc detulit honorē: ſic eos in aere medios īt ethereū celū terrāq; cōſtituens: ut quoniam nullus deus miſcet̃ homini qđ platonē dixiſſe perhibēt: iſti ad deos ꝑferāt preces hominum inde ad homines īpetrata que poſcunt. Indignum enim putauerunt qui iſta crediderunt miſceri homines dijs: ⁊ deos hominibus. Dignū aūt miſceri dēones ⁊ dijs ⁊ hominibus: hinc petita qui aſſignent: inde conceſſa qui apportent: ut uidelȝ hō caſtus ⁊ ab artium magicarum ſceleribus alienus eos patronos adhibeat per quos illum dij exaudiant: qui hec amant que ille nō amando fit dignioꝛ: quem facilius ⁊ libentius exaudire debeant. Amant quippe illi ſcenicas turpitudines quas non amat pudicitia. Amant in maleficijſ magoꝝ mille nocendi artes: quas nō amat innocētia. Ergo ⁊ pudicitia ⁊ innocentia ſiquid a dijs impetrare uoluerit: nec poterit ſuis meritis niſi ſuis interuenientibuſ inimicis: n̄ eſt ꝙ iſta poetica figmenta ⁊ theatrica ludibria iuſtificare conet̃. Habemus contra iſta magiſtrū eoꝛȝ ⁊ tāte apud eos auctoritatis platonē: ſi pudoꝛ humanuſ ita de ſe male mēt̃: ut nō ſolum diligat turpia: uerū etiaȝ diuinitati exiſtimet grata.

De impietate artis magice: que patrocinio utitur ſpirituum malignoꝛū. cap. xix.

p Orro aduerſus magicas artes: de quib⁹ quoſdā nimis īfelices ⁊ nimis impios ēt gloriari libet i noīe demonum: ipſam publicam lucem teſtem citabo. Cur enim tā grauit̃ iſta plectunt̃ ſeueritate legū: ſi opera ſunt numinum colendoꝛum? An forte iſtaſ leges chriſtiani inſtituerunt: qb⁹ arteſ magice puniuntur: ſecundum quem aliū ſenſum: niſi ꝙ hec maleficia generi humano pnitioſa eē n̄ dubiū ē? Ait poeta clariſſimus. Teſtō cara deos ⁊ te germana: tuūq; dulce caput magicas inuitā accingier artes. Illud ēt qđ alio loco de his artib⁹ dicit. Atq; ſatas alio uidi traducē meſſes. Eo ꝙ hac peſtifera ſcelerataq; doctrīa: fruct⁹ alieī i alias t̃ras transferri ꝓhibēt̃: nōne in duodecim tabulis. i. rōanoꝛuȝ antiquiſſimis legibus cicero commemorat eē conſcriptū: ⁊ ei qui hoc fecerit ſuppliciū cōſtitutū? Poſtremo īpe apuleius: nunquid apud iudices chriſtianos de magicis artibus accuſatuſ eſt? Quas utiq; ſibi obiectas ſi diuīaſ ⁊ pias eſſe nouerat: ⁊ diuiaꝝ poteſtatum operibus congruas: non ſolum eas cōfiteri debuit: ſed ēt ꝓfiteri: leges culpans potius quibus hec prohiberentur ⁊ damnanda putarentur: q̄ haberi miranda ⁊ ueneranda oporteret. Ita enim uel ſententiaȝ ſuā perſuadēt iudicib⁹: uel ſi illi ſecundum iniquas leges ſaperent: eūq; talia predicanteȝ atq; laudantem morte mulctarent digna anime illius demōes dona rependerent: pro quoꝛum diuinis operibus predicandis humanā uitā ſibi adimi non timerent. Sicut martyres noſtri cū eis pro crīe obijcētur chriſtiana religio: qua nouerant ſe fieri ſaluos ⁊ gloꝛioſiſſimos in eternum: non eaȝ negando temporales penas euadere delegerunt: ſed potius confitendo: profitendo: predicando: ⁊ pro hac oīa fideliṫ fortiterq; tolerando: ⁊ cū pia ſecuritate moriendo: leges quib⁹ ꝓhibebāt̃ erubeſcē cōpulerūt: mutariq; fecerūt. Huius autem philoſophi platonici copioſiſſima ⁊ diſertiſſima extat oꝛō: qua crimen artium magicarum a ſe

alienuꝫ eſſe defendit:ſeqꝫ aliter ñ uult innocentem uideri: niſi ea negando q̄ non poſſunt ab innocente committi. At omnia miracula magoꝝ:quos rec te ſentit eſſe damnandos doctrinis fi unt ⁊ operibus demonum:quos uide rit cur cenſeat honorandos eē:neceſſa rios eos aſſerens preferēdis ad deos nr̄is precibus:quorū debemus opera deuitare:ſi ad deum uerum p̄ces nr̄as volumus p̄uenire. Deinde quero qua les preces hominum dn̄s bonis p de mones allegari putat:magicas an lici tas. Si magicas:nolūt tales:ſi licitas nolunt per tales. Si aūt peccator peni tens preces fundit:maxime ſi aliquid magicū admiſit:ita ne tandem illis intercedentibus accipit ueniam:q̄bus impellentibꝰ aut fauētibus ſe cecidiſſe plangit in culpā? An ⁊ ipſi demones ut poſſint penitētibꝰ mereri indulgēti am:priores agunt ꝙ eos deceperint penitentiaꝫ? Hec nemo unq̄ de dēoni bus dixit:quia ſi ita eſſet: nequaquaꝫ ſibi auderent diuios honores expetē: qui penitendo deſiderarēt ad grāꝫ ue nie peruenire. Ibi eiꝫ eſt deteſtāda ſu pbia:hic humilitas miſeranda.

An credendū ſit ꝙ dn̄ boni libētꝰ dēonibꝰ q̄ hoibꝰ miſceāt. cap. xx.

a Teiꝫ urgens cā ⁊ artiſſima co git demones medios īter ds̄ ⁊ homines agere:ut ab hominibus au ferant deſiderata: ⁊ ad eos īferāt īpe trata. Quenā tādē cā ē iſta ⁊ quanta neceſſitas? Quia nullus ds̄ inquiunt miſcetur homini. Preclara igitur ſan ctitas dei q̄ nō miſcet homini penitēti ſupplicāti:⁊ miſcet dēōi arrogāti. Nō miſcetur homini confugienti ad diui nitatē:⁊ miſcet dēoni fingēti diuinita tem. Non miſcetur homini petenti in dulgētiā:⁊ miſcet demoni ſuadēti ne q̄tiam. Non miſcetur homini per phi loſophicos libros poetas de bn̄ iſtitu ta ciuitate pellenti:⁊ miſcetur demoni a principibus ⁊ pontificibus ciuitatis per ſcenicoſ ludos poetarum ludibria requirēti. Nō miſcetur homini deorū crimina fingere prohibenti: ⁊ miſcet demoni ſe falſis deorum criminibus oblectanti. Non miſcetur homini ma gorūm ſcelera iuſtis legibus puniēti: ⁊ miſcetur demoni magicas artes do centi ⁊ implenti. Non miſcet homini imitationem demonum fugienti:⁊ mi ſcetur demoni deceptionem hominis aucupanti. Sed nimirum tante huiuſ abſurditatis ⁊ indignitatis eſt magna neceſſitas:ꝙ ſcilicet deos ethereos hu mana curantes quid terreſtres hoīes agēnt utiqꝫ latēt:niſi dēones aerei nū tiarent:qm̄ ether lōge a terra ē altcqꝫ ſuſpēſus:aer vō etheri terreqꝫ cōtigu us. O mirabilē ſapiētiā. Quid aliud de dn̄s iſtis ſentiunt: quos om̄s opti mos uolunt:niſi eos ⁊ humana cura re ne cultu uideantur indigni:⁊ ꝓpter elemētorum diſtātiam humana neſciū: ut credantur demones neceſſarij:⁊ ob hoc etiam ipſi putentur colendi: per quos dij poſſint ⁊ quid in rebus hūa nis agatur addiſcere:⁊ ubi opōtet ho minibus ſubuenire. Hoc ſi ita eſt:dijs iſtis bonis magis notus eſt demon p corpus uicinum: q̄ homo p animum bonum. O multū dolenda neceſſitas: an potiuſ irridenda uel deteſtanda ua nitas:ne ſit uana diuinitas. Si.n.aio ab obſtaculo corporis libero animuꝫ nr̄m dij vidē poſſunt:non ad hoc dēo nibus indigent nuntijs. Si autem aio rum indicia corporalia:qualia ſūt uul tus:locutio:motꝰ: p corpus ſuū ethe rei dij ſentiunt:⁊ inde colligunt q̄d ēt demones nunciant:poſſunt ⁊ menda cijs demonum decipi. Porro ſi deorū diuinitaſ a demonibꝰ falli non poteſt: ab eadem diuinitate quod agimus ñ poteſt ignorari.

An demonibus nuntijs & interpre
tibus dij utantur: fallicque se ab eis aut
ignorant aut velint. cap. xxi.

u Ellẽ aũt mihi iſti dicẽnt: utrum
dijs demones nuntiauerint de
tribus deorum poetica platoni diſplicere
figmenta: & ſibi ea placẽ celauerint an
utrũque occultauerit: deoſque eſſe malu-
erit totius rei huius ignaros: an utrũque
indicauerint: & religioſam erga deos
platonis prudentiam: & in deos iniu-
rioſam libidinem ſuam: an ſñiam qđẽ
platonis qua noluit deos per impiam
licentiam poetarum falſis criminibus
infamari: ignotam dijs eſſe uoluerint:
ſuam uero nequitiam qua ludos ſce-
nicos amant quibus illa deorum de-
decora celebrãtur: prodẽ non erubue-
rint uel timuerint. Horum quatuor q̃
interrogãdo propoſui quodlibet eligãt:
& in quolibet eorum quantum mali đ
dijs bonis opinẽtur attendant. Si. n.
primum elegerint: confeſſuri ſunt non
licuiſſe dijs bonis habitare cum bono
platone: qñ eorũ iniurias prohibebat:
& habitaſſe cũ demonibus malis: qñ
eorum iniurijs exultabant: cum dij bo
ni hominem bonum longe a ſe poſitũ
non niſi per malos demones noſſent:
quos ſibi uicinos noſſe non poſſent.
Si autẽ ſecundum elegerint: & utrumque
occultatum a demonibus dixerint: ut
dij omnino neſcirent & platonis religi
oſiſſimam legem: & demonum ſacrile-
gam delectationem: quid in rebus hu
manis per internuntios demones dij
noſſe utiliter poſſunt: quando illa ne-
ſciunt que in honorem deorum bono-
rum per religionem bonorum hoium
contra libidinẽ malorum demonum de-
cernuntur. Si uero tertium elegerint:
& ñ ſolum ſñiam platonis deorum iniu-
rias prohibentem: ſed etiam demonũ
nequitiam deorum iniurijs exultãtẽ:
per eoſdem demones nũtios dijs ĩmo
tuiſſe reſponderint: & hoc nuntiare eſt
an inſultare? Et dij utrũque ſic audiũt:
ſic utrũque cognoſcunt: ut non ſolum
malignos demones deorum dignitati
& platõis religioni contraria cupiẽtes
atque facientes a ſuo acceſſu nõ arceãt:
ſed etiam per illos malos propiquos
platoni bono longinquo dona tranſ-
mittãt. Sic enim eos elementorum qua-
ſi cathena ſeries colligauit: ut illis a q̃
bus criminantur coniungi poſſint: huic
a quo defenduntur nõ poſſint. utrumque
ſciẽtes: ſed aeris & terre pondera trãſ-
mũtare ñ ualẽtes. Jam quod reliquũ
eſt ſi quartum elegerint: peius eſt cete
ris. Quis enim ferat ſi poetarum de
dijs immortalibus criminoſa figmen
ta: & theatrorum indigna ludibria: ſu-
ãque in his omnibus ardẽtiſſimam cu-
piditatem: & ſuauiſſimam voluptatem
dijs demones nuntiauerũt: & quod plato
philoſophica grauitate de optima re-
publica hec omnia cenſuit remouẽda
tacuerunt: ut iam dij boni per tales nũ
tios noſſe cogantur mala peſſimorũ:
nec aliena ſed eorũdem nuntiorũ: atque
his cõtraria ñ ſinãtur noſſe bõa phi-
loſophorum: cum illa ſint in iniuriã:
iſta i hõrem ipſorũ deorũ.

De adijciendo cultu demonum cõ
tra apuleium.. cap. xxij.

q Uia igitur nihil iſtorum qua-
tuor eligẽdum eſt: ne in quolibet
eorum de dijs tam male ſentiatur: re
ſtat ut nullo modo credendum ſit qđ
apuleius perſuadere nititur. Et quicũ
que alij philoſophi ſunt eiuſdem ſentẽ
tie: ita eſſe medios demones iter deos
& homines: tanquam inter nuntios &
iterp̃tes q̃ hic ferãt petiões nr̃as: inde
referãt res a nobis petitas: ſed eſſe
ſpiritus nocẽdi cupidiſſimos: a iuſtitia
penitus aliẽos: ſuperbia tumidos: in
uidẽtia liuidos: fallacia callidos: qui

i hoc quidez acre habitát: quia de celi
ſuperioꝛis ſublimitate deiecti: merito
irregreſſibilis tranſgreſſioniſ in hoc
ſibi cógruo uelut carcere predánati
ſunt. Nec tam̄ quia ſupra terram ⁊
aquaſ aeri locuſ eſt:ideo ⁊ ipſi ſūt me-
ritiſ ſuperioꝛeſ hominibuſ qui eoſ non
coꝛpoꝛe ſed electo in auxiliuz deo ue-
ro pia m̄te facillime ſuperát: ſed mul
tiſ plane participatione uere religióiſ
indigniſ tanquaz captiſ ſubditiſq3 do-
minantur:quoꝛuz maxime parti mi-
rabilibuſ ⁊ fallacibuſ ſigniſ ſiue facto
ruz ſiue pꝛedicatoꝛuz:deos ſe eſſe per-
ſuaſerūt. Quibuſdaz uero uitia eo-
ruz attentiuſ ⁊ diligētiuſ intuentibuſ:
non potuerunt perſuadere ꝙ dĳ ſint:
atq3 ideo inter deoſ ⁊ homineſ: inter
nūtioſ ac beneficiorum interpꝛetato-
reſ ſe eſſe finxerunt. Si tamē ñ iſtū ſal
tez honoꝛez homineſ eiſ deferendū pu
tarunt:qui illoſ nec deoſ eſſe credebát
quia maloſ uidebant. Deoſ autē om̄ſ
bonoſ uolebant: nec audiebant tamē
omnino idignoſ dicere honoꝛe diuío:
maxīe ne offenderent populoſ a qui-
buſ eiſ cernebant inueteráta ſuperſti-
tione per tot ſacra ⁊ templa ſeruiri.

Quid hermes triſmegiſtuſ de ido
latria ſenſerit: ⁊ unde ſcire potuerit ſu
perſtitioneſ egyptiaſ auferendaſ. capi
tuluz. xxiĳ.

n Az diuerſa de illiſ hermeſ egyp
tiuſ: quez triſmegiſtū uocant
ſcripſit ⁊ ſenſit. Apuleiuſ quidē deoſ
illoſ negat:ſed cuz dicit ita inter hoíeſ
deoſq3 quadaz medietate uerſari: ut
hominibus apud ipſoſ deoſ neceſſarĳ
uideantur:cultum eoꝛum a ſuperno꜅
deoꝛuz religióe non ſeparat. Ille autē
egyptiuſ alioſ dicit a ſūmo deo factoſ:
alioſ ab hominibuſ. Hoc qui audit
ſicut a me poſitū ē:putat dici de ſimu
lacriſ quia opera ſunt manuuz homi
nuz. At ille viſibilia ⁊ cōtrectabilia ſi
mulacra velut coꝛpoꝛa deoꝛum eē aſſe
rit. ineſſe autem hiſ quoſdaz ſpirituſ i
uitatoſ:qui ualeát aliquid ſiue ad no
cendū ſiue ad deſideria eoꝛum nōnul
la complenda: a quibuſ eiſ diuini ho
noreſ ⁊ cultuſ obſequia deferuntur.
Hoſ ergo ſpirituſ inuiſibileſ per artez
quandam uiſibilibuſ rebuſ coꝛporaliſ
materie copulare: ut ſint quaſi aiata
coꝛpoꝛa illiſ ſpiritibuſ dicata ⁊ ſubdi
ta ſimulacra: hoc eſſe dicit deoſ facerē:
eáq3 magná ⁊ mirabilez deoſ faciēdi
accepiſſe hominiſ poteſtatem. Huiuſ
egyptĳ uerba ſicut in noſtraz linguaz
interpretata ſunt ponamuſ. Et qm̄ ó
cognatione inquit ⁊ conſoꝛtio hoíum
deoꝛūq3 nobiſ idicitur ſermo: poteſta
tem hominiſ o aſclepi uiq3 cognoſce.
Dominuſ inquit ⁊ pater: uel quod eſt
ſūmuz deuſ ut effectoꝛ eſt deoꝛuz cele
ſtiuz: ita homo factō eſt deoꝛuz qui in
templiſ ſunt: humana pꝛoximitate cō
tenti. Et paulo poſt. ita humanitaſ
inquit ſemper memoꝛ nature ⁊ oꝛigi
niſ ſue: in illa diuinitatiſ imitatióe per
ſeuerat: ūt ſicuti pater ac dominuſ ut
ſui ſimileſ eſſent deoſ facit eternoſ: ita
ut humanitaſ deoſ ſuoſ ex ſui uultuſ
ſimilitudine figuraret. Hic cuz aſclepi
uſ ad quez maxime loquebatur ei reſ
pōdiſſet atq3 dixiſſet: ſtatuaſ dicis o
triſmegiſte. Tum uero ille ſtatuaſ in
quit o aſclepi uideſ ne quatēuſ tu ipe
diffidas: ſtatuaſ animataſ ſēſu ⁊ ſpiri
tu plenaſ: tantaq3 facienteſ ⁊ talia: ſta
tuaſ futuroꝛum preſciaſ: ea que foꝛte
uateſ omniſ ignoꝛet in multiſ ⁊ uarĳſ
reb⁹ predicēteſ: imbecillitateſ homini
buſ facienteſ eaſq3 curanteſ: triſtitiam
letitiáq3 pro meritiſ. An ignoraſ o aſ
clepi ꝙ egyptuſ imago ſit celi: aut ꝙ ē
uerius tranſlatio aūt deſcenſio oíum
que gubernantur atq3 exercentūr in
celo: ac ſic dicendum eſt uerius: terra
noſtra mundi totiuſ eſt templum. Et

tamen quoniam preſcire cuncta pru
dentes decet: illud nos ignorare fas
non eſt. futurum enim tempus eſt: cuꝫ
appareat egyptios incaſſum pia men
te diuinitati ſedulam religionem ſer
uaſſe: ⁊ omnis eorum ſancta uenera
tio in irritum caſura fruſtrabitur. De
inde multis uerbis hermes hunc locū
exequitur: in quo uidetur hoc tempuſ
predicere: quo chriſtiana religio ꝙto
eſt ueracior atqꝫ ſanctior: tanto uehe
mentius ⁊ liberius cuncta fallacia fig
menta ſubuertit: ut gratia ueriſſimi
ſaluatoris liberet hominem ab his di
is quos facit homo: ⁊ ei deo ſubdat a
quo factus eſt homo. Sed cum her
mes iſta predicit: uelut amicus eiſ
dem ludificationibus demonum lo
quitur: nec chriſtianum nomen euidē
ter exprimit: ſed tanquā ea tolleren
tur atqꝫ delerentur: quorum obſerua
tione celeſtis ſimilitudo cuſtodiretur
in egypto: ita hec futura deplorās: lu
tuoſa quodammōdo predicatione te
ſtatur. Erat enim de his de quibus di
cit apoſtolus: ꝙ cognoſcentes deum
non ſicut deū glorificauerunt aut gra
tias egerunt: ſed euanuerunt in cogi
tationibus ſuis: ⁊ obſcuratum eſt inſi
piens cor eorum. dicentes enim ſe eſſe
ſapienteſ ſtulti facti ſunt: ⁊ immutaue
runt gloriam incorruptibilis dei in ſi
militudinem imaginis corruptibilis
hominis: ⁊ cetera que commemorare
longum eſt. Multa quippe talia dicit
de uno uero deo fabricatore mundi:
qualia ueritas habet. Et neſcio quo
modo illa obſcuratione cordis ad iſta
delabitur: ut dijs quos confitetur ab
hominibus fieri ſemper uelit homies
ſubdi: ⁊ hec futuro tempore plangat
auferri: quaſi quicꝙ ſit infelicius hoie
cui ſua figmenta dominantur: cum ſit
facilius fieri deos colendo quos fecit
ne ipſe ſit homo: ꝙ ut per eius cultuꝫ
dij eſſe poſſint quos fecit homo. Citiꝰ
enim fit ut homo in honore poſitus
pecoribus non intelligens comparet:
ꝙ ut operi dei ad eius imagineꝫ facto
id eſt ipſi homini opus hominis pre
feratur. Quapropter merito homo
deficit ab illo qui eum fecit: cum ſibi
preficit ipſe quod fecit. Hec uana de
ceptoria: pernicioſa: ſacrilega: hermes
egyptius quia tempus quo auferētur
uenturum ſciebat dolebat: ſed tam im
pūdenter dolebat: ꝙ imprudenter ſcie
bat. Non enim hoc ei reuelauerat ſpi
ritus ſanctus ſicut prophetis ſanctiſ:
qui hec preuidentes cum exultatione
dicebant. Si faciet homo deos: ⁊ ecce
ipſi non ſunt dij. Et in alio loco. Erit
in illo die dicit dominus: extermiabo
nomina ſimulacrorum a terra: ⁊ non
erit eorum memoria. Proprie uero dē
egypto quod ad hanc rem attinet: ita
ſanctus eſaiaſ prophetat. Et mouebū
tur manufacta egypti a facie eius: ⁊ cō
eorum nuntietur in eis: ⁊ cetera huiuſ
modi. Ex quo genere ⁊ illi erant qui
uenturum quod ſciebant ueniſſe gau
debant: qualis ſimeon: qualis anna:
qui mox natū ieſum: qualis eliſabeth
que etiam conceptum in ſpiritu agno
uit: qualis petrus reuelante patre di
cens: tu es chriſtus filius dei uiui. Hu
ic autem egyptio illi ſpiritus indicaue
rant futura tempora perditionis ſue:
qui etiam preſenti in carne trementes
domino dixerunt. Quid ueniſti ante
tempus perdere nos? Siue quia ſubi
tum illis fuit quod futurum quidem
ſed tardius opinabantur: ſiue quia p
ditionem ſuam hanc ipſam dicebāt:
qua fiebat ut cogniti ſpernerentur. Et
hoc erat ante tempus id eſt ante tem
pus iudicij: quo eterna damnatione
puniendi ſunt cum omnibus etiaꝫ ho
minibus: qui eorum ſocietate detinen
tur: ſicut religio loquitur: que nec fal
lit nec fallitur: non ſicuti iſte quaſi oi
uento doctrine hinc atqꝫ inde pflatꝰ:

⁊ falſis ũera permiſcens dolet quaſi parituram religionem : quem poſtea confitetur errorem. Poſt multa enim ad hoc ipſu3 redit:ut ite℞ dicat d dijs quos homines fecerunt ita loquens: ſed iam de talibus ſint ſatis dicta talia. Jterum inquit ad hominem ratio nẽq3 redeamus : ex quo diuino dono homo aial dictum eſt rationale. Minus enim miranda ⁊ſi miranda ſunt: que de homine dicta ſunt . Omnium enim mirabilium uicit admirationez: ꝙ homo diuinam potuit inuenire naturam:eã q3 efficere.

Quomodo hermes patenter parẽtum ſuorum ſit confeſſus errorez:quẽ tamen doluerit deſtruendũ.capitulu3 xxiiij.

a NTEQUAꝫ de inſtitutione hominis dicaꝫ: ubi duarum ciuitatum quantũ ad ratiõaliũ mõtaliũ que gen⁹ attiet: apparebit exõtus:ſicut ſupiore libro apparuiſſe in angelis iã uidet̃: pri⁹ mihi q̃dã de ipſis ãgelis uideo eſſe dicenda:qb⁹ demonſtretur quantum a nobis poteſt:quam non inconueniens neqꝫ incongrua dicatur eſſe hominibus angeliſqꝫ ſocietas:ut non quatuoꝛ: due ſcilicet angeloꝛuꝫ totidemqꝫ hominũ ſed due potius ciuitates hoc eſt ſocietates merito eſſe dicantur: una in bonis altera in malis non ſoluꝫ angelis uerumetiam i hominibus conſtitute. Angelorum bonoꝛum ⁊ maloꝛum inter ſe contrarios appetitus:non naturis principijſqꝫ diuerſis:cum deus õium ſubſtantiarum bonus auctõ ⁊ cõditoꝛ utroſqꝫ creauerit:ſed uoluntatibus ⁊ cupiditatibus extitiſſe dubitaꝛ̃ fas non eſt. dum alij conſtantes in cõmuni omnibus bono quod ipſe illis deus eſt:atqꝫ in eius eternitate:ueritate caritate perſiſtunt. Alij ſua poſtate potius delectati:uelut ſuum bonum ſibiipſi eſſent:a ſuperiore cõmuni omnium beatifico bono ad propria defluxerunt:⁊ habentes elationis faſtuꝫ pro excellentiſſima eternitate:uanitatis aſtutiam pro certiſſima ueritate: ſtudia partium pro indiuidua caritate:ſuperbi fallaces inuidi effecti ſunt. Beatitudinis igitur illoꝛum cauſa eſt adherere deo. quo circa iſtoꝛum miſerie cauſa ex cõtrario ē itelľenda:qḋ ē ñ adherẽ deo. Quam obrem ſi cum queritur quare illi beati ſint:recte reſpondetur:quia adherent deo. Et cuꝫ queritur:cur iſti ſunt miſeri:recte reſpondetur:quia non adherẽt deo. Nõ eſt creature rationalis uel intellectualis bonuꝫ quo beata ſit:niſi deus. Jta quãuis non omnis beata poſſit eſſe creatura:neqꝫ enim hoc munus adipiſcuntur:aut capiũt fere:ligna: ſaxa: ⁊ ſiquid huiuſmodi eſt:ea tamen que poteſt:non ex ſeipſa poteſt:quia ex nihilo creata eſt:ſed ex illo a quo creata eſt. Hoc enim adepto beata eſt:quo amiſſo miſera eſt. Jlle uero qui nõ alio ſed ſeipſo beatus eſt:ideo miſer non poteſt eſſe:quia non ſe poteſt amittere. Dicimus itaqꝫ immutabile bonuꝫ non eſſe:niſi unum uerum deum beatum:ea uero que fecit bona quidem eſſe ꝙ ab illo: uerũtamen mutabilia: ꝙ non de illo ſed de nihilo facta ſunt. Quanquam ergo ſumma non ſint quibus eſt deus maius bonũ: magna ſunt tamẽ ea mutabilia bona: que adherere poſſunt:ut beata ſint immutabili bono : quod uſqꝫadeo bonum eſt eoꝛum:ut ſine illo miſera neceſſe eſſe ſit. Nec ideo cetera in hac creature uniuerſitate melioꝛa ſunt: quia miſera eſſe non poſſunt:neqꝫ enim membra cetera coꝛpoꝛis noſtri ideo dicendum eſt occulis eſſe melioꝛa: quia ceca eſſe non poſſunt. Sicut autem melioꝛ eſt natura ſentiens ⁊ cuꝫ dolet:ꝙ̃ lapis qui dolere nullo modo poteſt: ita rationalis natura preſtantioꝛ eſt etiam miſera:ꝙ̃ illa que rationis uel ſenſus eſt expers: ⁊ ideo in eam non

cadit miſeria. Quod cum ita ſit: huic nature que in tanta excellentia creata eſt: ut licet ſit ipſa mutabilis: inherendo tamen incommutabili bono id eſt ſummo deo beatitudinem conſequatur: nec expleat indigentiam ſuam: niſi utiqꝫ beata ſit: eiqꝫ explende nõ ſufficiat niſi deus: profecto non illic adherere uitium eſt: omne autem uitiuꝫ nature nocet: ac per hoc contra naturam eſt. Ab illa igitur que adheret deo: non natura differt iſta: ſed uitio: quo tamen uitio etiam ualde magna multumqꝫ laudabilis oſtenditur ipſa natura. Cuius enim recte uituperatũ uitium: proculdubio natura laudatũ. Nam recta uitĳ uituperatio eſt: ꝙ illo dehoneſtatur natura laudabilis. Sicut ergo cum uitium oculorum dicitur cecitas: id oſtenditur ꝙ ad naturam oculorum pertinet uiſus: ⁊ cum uitium aurium dicitur ſurditas: ad earum naturam pertinere demonſtratur auditus. Ita cum uitium creature angelice dicitur: ꝙ non adheret deo hinc apertiſſime declaratur eius nature: ut deo adhereat conuenire. Quaꝫ porro magna ſit laus adherere deo: ut ei uiuat: inde ſapiat: illo gaudeat: tantoqꝫ bono ſine morte: ſine errore: ſine moleſtia perfruatur: quis cogitare digne poſſit aut eloqui? Qua propter etiam uitio malorum angelorum quo non adherent deo: quoniam omne uitium nature nocet: ſatis manifeſtatur deum tam bonam eorum creaſſe naturam: cui noxium ſit non eſſe cum deo.

Nullam eſſentiam deo eſſe contrariam: quia ab eo qui ſumme eſt ⁊ ſemper eſt: hoc totum uidetur diuerſum eſſe quod non eſt. c. ĳ.

b Ec dicta ſunt ne quiſquam cũ de angelis apoſtaticis loqmur: exiſtiet eos aliam ł ex alio principio habere potuiſſe naturam: nec eorum nature auctorem deuꝫ. Cuius erroris impietate tanto quiſqꝫ carebit expeditius ⁊ facilius: quanto perſpicatius intelligere potuerit: quod per angeluꝫ dixit deus quando moyſem mittebat ad filios iſrael: ego ſum qui ſum. Cuꝫ .n. deus ſũma eſſentia ſit: hoc eſt ſumme ſit: ⁊ ideo immutabilis ſit: rebus quas ex nihilo creauit: eſſe dedit: ſed non ſumme eſſe: ſicut ipſe eſt: ⁊ alĳs dedit eſſe amplius alĳs minus: atqꝫ ita naturas eſſentiarum ordinauit. Sicut enim ab eo ꝙ eſt ſapere uocatur: ſapientia: ſic ab eo ꝙ eſt eſſe uocatur: eſſentia. nouo quidem nomine quo uſi ueteres non ſunt latini ſermõis auctores: ſed iam noſtris temporibus uſitato: ne deeſſet etiam lingue noſtre quod greci appellant uſiam. Hoc enim uerbum e uerbo expreſſum eſt ut diceretur eſſentia. Ac per hoc ei nature que ſumme eſt: qua faciente ſunt quecunqꝫ ſunt: contraria natura non eſt: niſi que non eſt. Ei quippe quod ẽ non eſſe contrarium eſt. Et propterea deo: id eſt ſumme eſſentie ⁊ auctori õium qualiumcunqꝫ eſſentiarum: eſſentia nulla contraria eſt.

De inimicis dei non per naturam ſed per contrariam uoluntatem: que cum ipſis nocet bone utiqꝫ nature nocet: quia uitiũ ſi non nocet non ẽ. c. iĳ.

d Icuntur autem in ſcripturis inimici dei: qui non natura ſed uitĳs aduerſantur eius imperio: nihil ei ualentes nocere ſed ſibi. Inimici eiꝫ ſunt reſiſtendi uoluntate: non poteſtate ledendi. Deus nanqꝫ mutabilis eſt ⁊ omni modo incorruptibilis. Idcirco uitium quo reſiſtunt deo: qui eius appellantur inimici: non eſt deo ſed ipſis malum: neqꝫ hoc ob aliud niſi

quia corrumpit in eis nature bonum
Natura igitur contraria non eſt deo
ſed uitium: quia quod malum eſt: cō
trarium eſt bono. Quis autem neget
deum ſumme bonum? Uitium ergo
contrarium eſt deo: tanq̄ malum bo
no. Porro autem bonum eſt: ⁊ natu
ra quam uitiat: vnde ⁊ huic bono uti
q̄ contrarium eſt. Sed deo tantum
modo tanq̄ bono malum: nature ue
ro quam uitiat non tantum malum:
ſed etiam noxium. Nulla quippe ma
la noxia: ſed mutabilibus corruptibi
libusq; naturis: bonis tamen ipſorū
quoq; teſtimonio uitiorum. Si enim
bone non eſſent: eis uitia nocere non
poſſent. Nam quid eis nocendo faci
unt niſi adimūt integritatem: pulchri
tudinem: ſalutem: virtutem: ⁊ quicq̄d
boni nature per uitium detrahi ſiue
minui conſueuit? Quod ſi omnio de
ſit nihil boni adimendo nō nocet. Ac
per hoc nec uitium eſt. Nam eſſe uiti
um: ⁊ non nocere non poteſt: vnde col
ligitur quamuis non poſſit uitiū no
cere incommutabili bono: non tamen
poſſe nocere niſi bono: quia non inē
niſi ubi nocet. Hoc etiam iſto modo
dici poteſt: uitium eſſe nec in ſummo
poſſe bono: nec niſi in aliquo bono.
Sola ergo bona alicubi eſſe poſſunt:
ſola mala nuſq̄: quoniam nature etiā
ille que ex male voluntatis uitio uiti
ate ſunt: inquantum vitiate ſunt: ma
le ſunt: inquantum autem nature ſūt
bone ſunt. Et cum in penis eſt natura
vitioſa. excepto eo ꝙ natura eſt: etiā
hoc ibi bonum eſt: ꝙ impunita non ē
Hoc enim eſt iuſtum: ⁊ omne iuſtum
proculdubio bonum. Non enim quiſ
q̄ de vitijs naturalibus: ſed de uolun
tarijs penas luit. Nam etiā ꝙ vitiū
conſuetudine nimio ue progreſſu ro
boratum velut naturaliter inoleuit a
uoluntate ſumpſit exordium: De viti
is quippe nunc loquimur: eius naturē
cui mens ineſt capax intelligibilis lu
cis qua diſcernitur iuſtum ab iĩuſto.

De natura irrationalium: aut uita
carentium: que in ſuo genere atq; or
dine ab vniuerſitatis decore non diſ
crepat. c. iiij.

C Eterum uitia pecorum ⁊ arbo
rum: aliarumq; rerum mutabili
um atq; mortalium: vel intellectu vel
ſenſu vel vita omnino carentium: qui
bus eorum diſſolubilis natura corrū
pitur: damnabilia putare ridiculū ē:
cum iſte creature eum modum nutu
creatoris acceperint: ut cedēdo ac ſuc
cedendo peragant: infimam pulchri
tudinem temporum ingenere ſuo iſti⁹
mundi partibus congruentem. Neq;
enim celeſtibus fuerant terrena coe
quanda: aut ideo vniuerſitati deeſſe
iſta debuerunt: quoniam ſunt illa me
liora. Cum ergo in his locis vbi eſſe
talia competebat: alijs alia defficienti
bus oriuntur: ⁊ ſuccumbunt minora
maioribus: ⁊ in qualitates ſuperanti
um ſuperata vertuntur: rerum eſt or
do tranſeuntium. Cuius ordinis dec⁹
nos propterea non delectat: quoniā
parti eius pro conditione noſtre mor
talitatis intexti vniuerſum cui parti
cule que nos offendunt ſatis apte de
centerq; conueniunt: ſentire non poſ
ſumus. Unde nobis in quibus eam ꝯ
templari: minus idonei ſumus: rectiſ
ſime credenda precipitur prouidentia
conditoris: ne tanti artificis opus in
aliquo reprehendere uanitate huma
ne temeritatis audeamus. Quanquā
⁊ vitia rerum terrenarum non uolun
taria neq; penalia: naturas ipſas qua
rum nulla omnino eſt cuius non ſit
auctor ⁊ conditor deus: ſi prudenter
attendamus: eadem ratione comen
dant: quia ⁊ in eis hoc nobis per uiti
um tolli diſplicet: quod in natura pla

cet:niſi quia hominibus etiaʒ ipſe na ture plerunqꝫ diſplicet:cum eis fiunt noxie.non eas conſiderantibus ſed u tilitatem ſuaʒ ſicut illa animalia quo rum abundantia egyptiorum ſuperbi a uapulauit. Sed iſto modo poſſunt ipſi ⁊ ſolem uituperare:quoniam qui dam peccantes vel debita non reddē tes poni a iudicibus iubētur ad ſolē: Non itaqꝫ ex commodo ł incōmodo noſtro:ſed per ſeipſa cōſiderata natu ra:dat artifici ſuo gloriam. Sic eſt ⁊ natura ignis eterni ſine ulla dubi tatione laudabił:ꝙuis dānatis ipſis futura penalis. Quid .n. eſt igne flā mante uigēte atqꝫ lucente pulchrius? Quid calefaciente:curante:coquēte u tilius:quāuis eo nihil ſit urēte mole ſtius? Idē igī ipſe penałr appoſitus ꝑ nitioſus eſt:q̄ cōueniēter adhibitus commodiſſimus iuenitur. Nam eius in vniuerſo mundo vtilitates verbis explicare quis poſſit? Nec audiendi ſunt qui laudant in igne lucē:ardoreʒ autem vituperant videlicet non ex ſui natura:ſʒ ex ſuo cōmodo ł icōmodo. Uidere enim uolūt:ardere nolūt. Sʒ parum attendūt:eā ipſam lucem que certe ⁊ illis placet:oculis infirmis per inconuenientiam nocere: ⁊ in illo ar dore qui eis diſplicet:nonnulla aīalia per inconuenientiam ſalubriter uiuē.

Q in ōni natura ſpecie ac modo laudabilis ſit creator.c.v.

n Ature igitur omnes quoniam ſunt:⁊ ideo habent modum ſu um:ſpeciē ſuā:⁊ quandam ſecū paceʒ ſuā:ꝑfecto bone ſunt: Et cū ibi ſunt vbi eſſe per nature ordinem debent: quātum acceperūt ſuum eſſe cuſtodi unt:⁊ q̄ ſemper eſſe non acceperunt: ꝓ vſu caſu motuqꝫ reꝝ quibus crea toris legi ſ͛bdūtur:in melius deteriuſue mutantur:in eum diuina ꝓuidentia tendentes exitum:quē ratio gubernā de vniuerſitatis includit:ita vt hec tā ta corruptio quanta vſqꝫ ad interitū naturas mutabiles mortaleſqꝫ perdu cit:ſic faciat non eſſe quod erat:vt nō inde fiat conſequenter quod eſſe debe bat. Que cum ita ſint :deus qui ſum me eſt:atqꝫ ob hoc ab illo facta eſt omnis eſſentia: que non ſumme eſt: quia neqꝫ illi equalis eſſe deberet que de nihilo facta eſſet:neqꝫ ullo modo eſſe poſſet:ſi ab illo facta nō eſſet:nec vllorum vitiorum offenſione vitupe randus:ſed omnium naturarum cōſi deratione laudandus eſt.

Que cauſa ſit beatitudinis angelo rum bonorum:⁊ que cauſa ſit miſerie angelorum malorum.c.vi.

p Roinde cauſa beatitudinis an geloꝝ bonoꝝ ea veriſſima repi tur:ꝙ ei adherent qui ſūme ē. Cum vero cauſa miſerie maloꝝ angeloruʒ queritur:ea merito occurrit:ꝙ ab illo qui ſūme eſt auerſi ad ſeipſos conuſi ſunt:qui non ſumme ſunt:⁊ hoc viti um quid aliud ꝙ ſuperbia nūcupatᷣ? Initiū quippe omnis peccati ſupbia. Noluerunt ergo ad illuʒ cuſtodire for titudinem ſuam:⁊ qui magis eſſent: ſi ei qui ſumme eſt adhererent: ſe illi preferendo id quod minus eſt pretule rūt. Hic primus defectus ⁊ prima in opia:primūqꝫ vitium eius nature q̄ ita creata eſt:vt nec ſumme eſſet:⁊ ta men ad beatitudinem habendam eo qui ſumme eſt frui poſſet:a quo auer ſa. non quidem nulla ſed tamen mi nus eſſet:atqꝫ ob hoc miſera fieret. Huius porro male uoluntatis cauſa efficiens ſi queratur nihil iuēitᷣ. Quid eſt enim quod facit voluntatem malā cū ipſa faciat opꝰ malū? Ac per hoc mala uoluntas efficiēs eſt operis ma li: male autem voluntatis efficiens

nihil eſt. Quoniam ſi res aliqua eſt: aut hȝ aut non habet aliquam volũtatẽ. Si hȝ: aut bonã profecto hȝ aut malam. Si bonam: quis ita deſipiat: vt dicat: ꝙ bona voluntas faciat volũtatem malam? Erit enim ſi ita eſt bõa volũtas cã peccati: quo abſurdius putari nihil poteſt. Si auteȝ res iſta que putatur facẽ voluntatem malaȝ: ipſa quoqȝ habet voluntatem malam: etiã eam que fecerit: res conſequenter inť rogo: Atqȝ vt ſit aliquis iqrẽdi modꝰ cauſam prime voluntatis male inquiro. Non eſt enim prima voluntas mala: quam nulla facit voluntas ẽt mala: ſed illa prima eſt quam nulla facit Nam ſi preceſſit a qua fieret: illa priõ eſt que alteram fecit. Si reſpondeatũ ꝙ eam nulla res fecerit: ⁊ ideo ſemper fuerit: quero utrum in aliqua natura fuerit. Si enim i nulla fuit: omnino ñ fuit. Si autem in aliqua: vitiabat eaȝ ⁊ corrumpebat: eratqȝ illi noxia: ac ꝑ hoc bono priuabat. Et ideo in mala natura voluntas mala eſſe non poterat: ſȝ in bono mutabili tamen cui vitium hoc poſſet nocere. Si.n. non nocuit: nõ vtiqȝ vitium fuit: ac ꝑ hoc nec voluntas mala fuiſſe dicenda ẽ. Põro ſi nocuit: bonum auferẽdo ł minuendo: vtiqȝ nocuit. Non igitur eſſe potuit ſẽpiťna voluntas mala in ea re: ĩ qua bonum naturale õceſſerat: quod mala voluntas nocendo poſſit adimere. Si ergo non erat ſẽpiterna: quis eaȝ fecerit quero. Reſtat vt dicať: ꝙ ea res fecerit malã volũtateȝ: in qua nulla voluntas fuit. Hec vtrum ſuperior ſit requiro: an inferior: an equalis. Sȝ ſi ſuperior vtiqȝ melior. Quomodo ergo nullius: ac non potius bone voluntatis? Hoc idem ꝓfecto ⁊ equalis ſi fuerit: dici poteſt. Duo quippe q̃diu ſũt pariter voluntatis bone: non facit alter in altero uoluntatem malam. Relinquitur vt inferior res cui nulla voluntas eſt: fecerit angelice nature priã peccauit voluntatem malam: Sed etiam res ipſa quecunqȝ eſt inferiõ uſqȝ ad infimam terram: quoniam natura ⁊ eſſentia eſt: proculdubio bona eſt: habens modum et ſpeciem ſuam in genere atqȝ ordine ſuo. Quomodo ergo res bona efficiens eſt voluntatis. male. Quomodo inquã bonuȝ eſt cã mali? Cum enim ſe voluntas relicto ſuperiore ad inferiora conuertit: efficitur mala. Non quia maluȝ eſt quo ſe cõuertit: ſed quia peruerſa eſt ipſa ꝑuerſio: Idcirco nõ res inferior uolũtateȝ malam fecit: ſed quia rẽ inferiorẽ praue atqȝ inordinate ipſa que facta eſt appetiuit. Si enim aliqui duo equaliť affecti in animo ⁊ corpore: uideant unius corporis pulchritudineȝ: qua uiſa vnus eorum ad illicite fruendum moueatur: alter in voluntate pudica ſtabilis perſeueret: quid putamus eſſe cauſe vt in illo fiat: in illo non fiat voluntas mala: quam illa res fecit i qua facta eſt? Neqȝ enim pulchritudo illa corporis eam non fecit in ambobus: quando quidem amborum non diſpiliter occurrit aſpectibus. An caro intuẽtis ĩ cã eſt? Cur non ⁊ illius? An vero ⁊ animus? Cur non vtriuſqȝ? Ambos enim ⁊ animo ⁊ corpore equaliter affectos fuiſſe prediximꝰ. An dicenduȝ eſt alterum eoruȝ occulta maligni ſpiritus ſuggeſtione temptatum: quaſi non eidem ſuggeſtioni ⁊ qualicunqȝ ſuaſioni propria voluntate ꝯſenſerit? Hanc igitur conſenſionem: hanc malam quaȝ male ſuadenti adhibuit voluntatem: que in eo res fecerit querimꝰ. Nã vt hoc quoqȝ ipedimentum ab iſta queſtione tollatur: ſi eadem tẽtatione ambo tententur: ⁊ unus ei cedat atqȝ conſentiat: alter vero idem ꝗ fuerit perſeueret: quid aliud apparet: niſi vnum voluiſſe alterum noluiſſe a caſtitate deficere? Unde niſi propria

voluntate:vbi eadem fuerat i vtroqꝫ
coꝛpoꝛis ⁊ animi affectio?Amboꝛum
oculis pariter viſa eſt eadem pulchri
tudo:ābobus pariter iſtitit occulta tē
tatio ꝓpriā igiᷓ in vno eoꝛum volun
tatem malā que res fecerit ſcire volēti
b⁹ ſi bene intueātur:nihil occurrit. Si
.n.dixerimus:ꝙ ipſe eā fecerit:q̇d erat
ipſe ante voluntatem malā niſi natu
ra bona:cuius auctoꝛ bonus deus q̇
eſt incommutabile bonum?Qui ergo
dicit eum qui conſenſit tentanti atqꝫ
ſuadenti:cui non conſenſit alius ad il
licite vtendum pulchro coꝛpoꝛe quod
videnduꝫ ambobus pariter affuit:cū
ante illam uiſionem ac tentationem
ſimiles ambo animo ⁊ cōpoꝛe fuerit:
ipſum ſibi feciſſe volantatem malaꝫ:
qui vtiqꝫ bonus ante voluntatem ma
lam fuerit:querat cur eaꝫ fecerit:vtrū
quia natura eſt:an q: ex nihilo fcā ē:
⁊ inueniet voluntatem malam non ex
eo eſſe incipere quia natura eſt:ſed ex
eo ꝙ de nihilo facta natura eſt. Nam
ſi natura cauſa eſt voluntatis male:
q̇d aliud cogimur dicē:niſi a bono fie
ri malum:⁊ bonū eſſe cauſam mali:ſi
quidem a natura bona fiat voluntas
mala?Qȯ vā fieri poteſt: vt natura
bona q̄uis mutabilis anteꝙ̄ habeat
voluntatem malam faciat aliquid ma
li:hoc eſt ipſam voluntatem malam?

Cauſam efficientem male volunta
tis non eſſe querendam.c.vij.

n Emo igiᷓ querat efficienteꝫ cāꝫ
male voluntatis. Non enim eſt
efficiens. ſed deficiens:quia nec illa ef
fectio ſed defectio. Deficere nanqꝫ ab
eo quod ſumme eſt ad id quod min⁹
eſt:hoc eſt incipere habere volūtatem
malam. Cauſas poꝛro defectionum iſ
taꝝ cū efficientes nō ſint:vt dixi:ſed
deficientes velle inuenire tale eſt:ac ſi
quiſꝙ̄ uellet videre tenebras vel audi
re ſilentium. Quod tamen vtrunqꝫ
nobis notum eſt:neqꝫ illud niſi per o
culos:neqꝫ hoc niſi per aures:non ſa
ne in ſpecie ſed in ſpeciei priuatione.
Nemo ergo ex me ſcire querat:quod
me neſcire ſcio:niſi foꝛte vt neſcire diſ
cat:quod ſciri non poſſe ſciendum ē.
Ea quippe que non in ſpecie ſed in
eius priuatione ſciuntur:ſi dici aut in
telligi poteſt: quodammō neſciendo
ſciuntur at ſciendo neſciantur. Cū.n.
acies etiam oculi coꝛpoꝛalis currit ꝑ
ſpecies coꝛpoꝛales:nuſꝙ̄ tenebras vi
det:niſi vbi ceperit non videre. Ita eti
am non ad alium aliquem ſenſum:ſꝫ
ad ſolas aures pertinet ſentire ſilenti
um:quod tamen nullo modo niſi nō
audiendo ſentitur. Sic ſpecies intelli
gibiles mens quidem noſtra intelligē
do conſpicit:ſed vbi deficiunt neſciē
do condiſcit. Delicta enim quis intel
ligit?Hoc ſcio:naturam dei nunꝙ̄ niſ
ꝙ̄ nulla ex parte deficere:⁊ ea poſſe ḋ
ficere que ex nihilo facta ſunt. Que
tamen quanto magis ſunt:⁊ bona fa
ciunt:tunc enim aliquid faciunt cum
cauſas habent efficientes.in quantuꝫ
autem deficiūt:⁊ ex hoc mala faciūt.
quid enim tunc faciūt niſi uana? Cau
ſas habent deficientes.

De amoꝛe ꝑuerſo quo volūtas ab
īmutabili bono ad bonū mutabile de
ficit.c.viij.

ſ Cieꝫ ſcio in quo fit mala volū
tas id in eo fieri qȯ ſi nollet nō
fieret:⁊ iō non neceſſarios ſed volūta
rios defectus iuſta pena ꝯſequiᷓ. Defi
citur enim non ad mala ſꝫ male.i.nō
ad malas naturas:ſꝫ ideo male quia
contra oꝛdinem naturarum ab eo qȯ
ſumme eſt ad id quod min⁹ eſt. Neqꝫ
enim auri vitium eſt auaritia vel cupi
ditas:ſed hominis peruerſe amātis
auꝝ iuſtitia derelicta:que incōparabi

liſ auro debuit apponi. Nec luxuria ē vitium pl'chroꝝ ſuauiūq́ʒ corporum ſed aīe peruerſe amantis cōpoꝛeas vo luptates: neglecta tēperātia qua reb⁹ ſpualiter pulchrioꝛibus ⁊ incoꝛrupti biliter ſuauioꝛibus coaptamur. Nec iactantia vitium eſt laudis humāe: ſʒ aīe pervſe amātis laudari ab hoībus ſpreto teſtimonio conſcientie. Nec ſu perbia vitium eſt dantis poteſtatem: vel etiam ipſius poteſtatis: ſed anime peruerſe amantis poteſtatem ſuam: potentioꝛis iuſtitia contenta. Ac per qui peruerſe amat cuiuſlibet nature bonum: etiam ſi adipiſcatur: ipſe fit i bono malus: ⁊ miſer melioꝛe priuat⁹.

An ſancti angeli quem habent cre atoꝛem nature: eundē habeant bone voluntatis autoꝛem per ſpiritum ſanc tum in eis caritate diffuſa ſemper fuiſ ſe exiſtimant. c. ix.

c Uʒ ergo male volūtatis efficiēs naturalis: l' ſi dici poteſt eſſētial' nulla ſit cā: ab ipſa quippe incipit ſpi rituum mutabilium maluʒ quo miui tur atqʒ deprauat' nature bonū: nec talē voluntatē facit: niſi defectio qua deſeritur deus: cuius defectionis ēt cā vtiqʒ deficit: ſi dixerimus nullam eſſe efficientem cauſaʒ etiā voluntatis bo ne: cauenduʒ eſt ne voluntas bōa bo norum angeloꝛum non facta ſed deo coeterna eſſe credatur. Cum enim ipi facti ſunt quomodo illa nō eſſe facta dicetur? Porro quia facta eſt: vtrum cum ipſis facta eſt: an ſine illa fuerunt prius? Sed ſi cum ipſis: non dubium ꝙ ab illo facta ſit a quo ⁊ ipſi: ſiml'qʒ ut facti ſunt ei a quo facti ſunt amoꝛe cum quo facti ſūt adheſerunt. Eoqʒ ſunt iſti ab illorum ſocietate diſcreti: ꝙ illi in eadem bona volūtate manſe runt: iſti ab ea deficiendo mutati ſūt mala ſcilʒ volūtate: hoc ipſo ꝙ a bo no defecerunt: a quo non defeciſſent: ſi vtiqʒ noluiſſent. Si autem boni an geli fuerūt prius ſine bona volūtate: eanqʒ in ſeipſis deo non operante fec runt: ergo melioꝛes a ſeipſis ꝙ̄ ab illo facti ſunt. Abſit. Quid. n. erant ſine bona volūtate niſi mali? Aut ſi ꝓptē ea nō mali: q: nec mala voluntas eis inerat: neqʒ enim ab ea quam nondū ceperant habere defecerant: certe non dum tales: nondū tam boni ꝙ̄ eſſe cū bona voluntate ceperunt. Aut ſi non potuerunt ſeipſos facere melioꝛes ꝙ̄ e os ille fecerat: quo nemo melius quic ꝙ̄ facit: profecto ⁊ bonam voluntatē qua melioꝛes eſſēt: niſi operante adiu toꝛio creatoꝛis habere non poſſēt. Et cum id egit eoꝛum voluntas bona: vt non ad ſeipſos qui minus erāt: ſed ad illum qui ſumme eſt conuerterēt' eiqʒ adherentes magis eſſent: eiuſqʒ parti cipatione ſapienter beateqʒ uiuerent: quid aliud oſtenditur niſi voluntateʒ quanlibet bonam inopem fuiſſe in ſo lo deſiderio remāſurā: niſi ille qui bo nam naturam ex nihilo ſui capacem fecerat: ex ſeipſo faceret iplendo meli oꝛē ꝑus faciēs excitando auidoꝛē? Nā ⁊ hoc diſcutiendū eſt: ſi boni angeli ipſi in ſe fecerunt uoluntatem bonaʒ: utrum aliqua eam an nulla uolunta te fecerunt: ſi nulla: utiqʒ nec fecerunt ſi aliqua: utruʒ mala an bōa. Si ma la: quomodo potuit eſſe mala uolun tas bone uolūtatis effectrix? Si bōa: iam ergo habebant: Et iſtā ꝗs fecerat niſi ille qui eos cum bona uoluntate . i. cum amoꝛe caſto quo illi adhererēt creauit: ſimul in eis ⁊ condens naturā ⁊ largiens gratiam? Unde ſine bona uoluntate hoc eſt dei amoꝛe: nunꝙ̄ ſanctos angelos fuiſſe credendum eſt. Iſti aūt qui cum boni creati eſſēt: tamen mali ſunt: mala propria uolū tate quam bona natura n̄ fecit: niſi cū a bono ſponte defecit: ut mali cauſa n̄

ſit bonum:ſed defectus a bono: aut miorē acceperunt amoris diuini grāȝ ꝙ illi q̄ i eadē perſtiterūt:aut ſi vtriqȝ boni equaliter creati ſunt: iſtis mala voluntate cadentibus:illi āpli⁹ adiuti ad eā beatitudinis plenitudineȝ vn̄ ſe nunꝙ caſuros certiſſimi fierent pue nerunt:ſicut iam ēt in libro quē ſeqt̄: iſte tractauim⁹. Confitendū ē igr̄ cū ò ibita laude creatoris:non ad ſolos ſā ctos hōies pertinere:verum ēt de ſāc tis angelis poſſe dici:ꝙ caritas dei dif fuſa ſit in eis per ſpiritum ſāctū qui datus ē eis:nec tantū hoīnuȝ ſȝ p̄mit⁹ precipueqȝ angeloꝝ bonum eē quod ſcriptū eſt:mihi aūt adherē deo bonū eſt. Hoc bonum quibus cōe eſt: hn̄t ⁊ cū illo cui adherent ⁊ int̄ ſe ſocietateȝ ſanctā:⁊ ſūt una ciuitas dei:eadēqȝ vi uum ſacrificium eius viuunqȝ tēpluȝ eius. Cui⁹ pars que coniūgenda im mortalibus angelis ex mōtalibus ho minibus congregat̄:⁊ nunc mortalit̄ peregrinat̄ in terris:vel i eis q̄ morte obierūt ſecretis animarū receptacul̄ ſedibuſqȝ requieſcit:eodē deo creante quenadmodū exorta ſit:ſicut de ange lis dc̄m eſt iam video eſſe dicendum. Ex vno quippe hoīe quem deus p̄mū condidit: genus humanū ſumpſit ex ordiū:ſm̄ ſancte ſcripture fidem: que mirabilem auctem non imerito habȝ in orbe terrarū atqȝ in omnib⁹ genti bus:quas ſibi eſſe credituras inter ce tera vera que dixit vera diuinitate p̄ dixit. Omittamus igr̄ coniecturas ho minū neſcientium quid loquāt̄ de na tura vel inſtitutione generis humāi. Alij nanqȝ ſicut de ipſo mundo credi derūt:ſemper fuiſſe homines opinan tur. Unde ait ⁊ apuleius cuȝ hoc ani mantium genus deſcriberet ſigillatiȝ inquit mortales cuncti:tamen vniuer ſo genere perpetui. Et cum illis dictū fuerit:ſi ſemper fuit humanum gen⁹ quo nam modo verum eorum loqua tur hiſtoria:narrans qui fuerint qua rūcūqȝ reꝝ inuentores:qui primi libe ralium diſciplinarum aliarūqȝ artiuȝ inſtitutores:vel a quibus: primum il la vel illa regio parſqȝ terrarum: illa atqȝ illa inſula incoli ceperit. Reſpon dent:diluuijs ⁊ conflagrationibus p̄ certa interualla temporum n̄ quidem omnia:ſed plurima terrarum ita va ſtari:vt redigantur homies ad exigu am paucitatem:ex quorum progenie rurſus multitudo priſtina reparetur: ac ſi identidē reparari ⁊ inſtitui quaſi prima reſtituantur:potius que fuerāt illis nimijs vaſtationibus interrupta ⁊ extincta. Ceterum homineȝ niſi ex homine exiſtere omnino nō poſſe. Di cunt autem:quod putant: n̄ qd̄ ſciūt.

De falſitate eius hiſtorie que mul ta milia annorum preteritis tempori bus aſcribit.c.x.

f Allunt etiam eos quedam mē daciſſime littere:quas phibēt i hiſtoria tp̄orum mlt̄a annorum milia cōtiet̄ cū ex litteris ſacris ab iſtitutio ne hōis nondū completa annoruȝ ſex milia computemus. Unde ne multa diſputem:quenadmodum illarum lit terarum in quibus longe plura āno rum milia referuntur vāitas refellat̄: ⁊ nll̄a in illis rei huius idonea repia tur auctoritas:illa epiſtola alexandri magni ad olympiadē matrē ſuaȝ quā ſcripſit:narrationem cuiuſdaȝ egiptij ſacerdotis inſinuans:quam protulit ex litteris que ſacre apud illos haben tur:continet etiaȝ regna que greca ꝙ̄ nouit hiſtoria. In quibus regnum aſ ſyriorum in eadem epiſtola alexandri quinqȝ milia excedit annorum:in gre ca vero hiſtōia mille ferme ⁊ trecētos habet ab ipſius belli principatu:queȝ regem ⁊ ille egiptius in eiuſdē regni ponit exordio. perſarum autem ⁊ ma

cedonum imperium vſqꝫ ad ipſuꝫ alexandrum cui loquebatur : pluſquã octo annorum milia ille conſtituit: cũ apud grecos macedonum u..qꝫ ad mortẽ alexandri quadrigẽti octogita qnqꝫ repiantur. perſarũ vero donec ipſius alexandri uictoria finiret̃: ducẽti ⁊ trigintatres cõputentur. Lõge ita qꝫ hi numeri annorum illis egyptijs ſunt minores: nec eis etiam ſi ter tantum coputarentur equarẽtur. Perhibẽt̃.n. egyptij quõdã tã breues ãnos habuiſſe: vt quaternis menſibus finirentur. Unde annus plenior ⁊ verior qualis nunc ⁊ nobis ⁊ illis eſt: tres eorum annos cõplectebatur ãtiquos. Sꝫ nec ſic quidem vt dixi: greca egyptie numero temporum concordat hiſtoria. Et ideo grece potius fides hñda eſt: quia veritatem non excedit annorum: qui litteris noſtris que vere ſacre ſunt continetur. Porro ſi hec epiſtola alexandri que maxime innotuit: multum abhorret in ſpacijs temporum a probabili fide reruꝫ: q̃to min⁹ credendum eſt illis litteris quas plenas fabuloſis uelut antiquitatibus ꝓferre voluerunt: contra auctoritatem notiſſimorum diuinorũqꝫ librorum que totum orbem ſibi crediturũ eſſe predixit: cui totus orbis ſicut ab ea ꝓdictum eſt credidit: que vera ſe narraſſe preterita ex his que futura prenunciauit cum tanta veritate implentur oſtendit.

De his qui hunc quidem munduꝫ non ſempiternum putant: ſed aut innumerabiles aut eundem unuꝫ certa concluſione ſeculorum ſemper naſci ⁊ reſolui opinantur. c. xi.

a Lij vero qui mundum iſtum ñ exiſtimant ſempiternum: ſiue ñ eum ſolum ſed innumerabiles opinẽtur ſiue ſolum quidem eſſe: ſed certis ſeculorum interuallis innumerabilit̃ oriri ⁊ occidere: neceſſe eſt fateantur hominum genus prius ſine hominibus gignentibus extitiſſe. Neqꝫ enim vt alluuionibus incendijſqꝫ terrarum quas vbi non putant: toto prorſus orbe contingere: ⁊ ideo paucos homies ex quibus reparetur multitudo priſtina ſemper ĩmanere contendunt: ita ⁊ hi poſſunt putare: ꝙ aliquid hominũ pereunte mundo relinquatũr in mundo: ſed ſicut ipſum mundum ex materia ſua renaſci exiſtimant: ita in illo ex elementis eius genus humanum: ac deide a parentibus pullulare mortalium ſicut aliorum animalium.

Quid rñdendũ his q̃ ꝑmã conditionẽ hominis tardã eẽ cauſãt̃. c. xij.

q Uod autem reſpondimus cuꝫ de mundi origine queſtio uerteretur. eis qui nolunt credere non cuꝫ ſemper fuiſſe ſed eſſe cepiſſe: ſicut etiã plato apertiſſime confitetur: q̃uis a ñnullis contra q̃ꝫ loquitur: ſenſiſſe creditur: hoc etiam de prima hominis conditione reſponderim: ꝓpt̃ eos qui ſimiliter mouentur: cur homo per innumerabilia atqꝫ ĩfinita retro tꝑa creatus non ſit: tanqꝫ ſero ſit conditus: vt min⁹ q̃ꝫ ſex milia ſint annoꝝ ex q̃ eſſe cepiſſe in ſacris litteris inuenitur. Si enim breuitas eos offendit temporis: ꝙ tam pauci eis videntur anni ex quo inſtitutus homo ĩ noſtris auctoritatibus legit̃: cõſiderẽt nihil eſſe diuturnum in quo eſt aliquid extremum ⁊ oĩa ſeculoꝝ ſpacia definita: ac ſi eternitati interminate comparẽt̃: ñ exigua exiſtimanda eſſe ſꝫ nulla. Ac ꝑ hoc ſi ñ quiqꝫ vl' ſex: verũ etiã ſexagita milia ſiue ſexcenta: aut ſexageſies aut ſexcẽties milia dicerent̃ annorum : aut itidem per totideꝫ tociens multiplicaretur hec ſumma : vbi iam nullum

numeri nomen haberemus ex quo de
us hominem fecit:ſimiliter queri poſ
ſet cur ante nō fecerit. Dei quippe ab
hominis creatione ceſſatio retrorſus
etna ſine initio tāta ē:ut ſi ei conferat
quālibet magna ꝛ ineffabilis numero
ſitas tempoꝝ:que tamen fine cōcluſa
certis ſpaciis terminat̄:nec ſalteȝ tāta
uideri debeat:quanta ſi humoris bre
uiſſimam guttam uniuerſo mari etiā
quantum oceanus circunfluit cōpare
mus:quoniam iſtorum duoꝝ unum
quidem perexiguum eſt alterum incō
parabiliter magnum:ſed utrunq; fini
tum. Illud uero temporis ſpaciuȝ qđ
ab initio aliquo progreditur:ꝛ aliquo
termino coercetur:magnitudine quā
tacunq; tendatur comparatum illi
quod initium non habet:neſcio utrū
pro minimo an potius pro nullo de
putandum eſt. Huic enim ſi a fine uel
breuiſſima ſigillatim momenta de
trahantur:decreſcēte numero licet tā
ingenti ut uocabulum non inueniat
retrorſum redeundo:tanq̄ ſi hominis
dies ab illo in quo nunc uiuit uſq; ad
illum in quo natus eſt detrahas:quā
doq; ad initium illa detractatio ꝑdu
cetur. Si autē detrahant̄ retrorſus in
ſpacio quod a nullo cepit exordio:nō
dico ſigillatī minuta momēta uel ho
rarum:aut dierū aut menſiū aut āno
rum ēt quātitates:ſed taȝ magna ſpa
cia:quanta illa ſumma comprehēdit
annorū:que iam dici a quibuſlibet cō
putatoribus: non poteſt:que tamen
momentoꝝ minutarum detractione
cōſumit̄:ꝛ detrahantur hec tanta ſpa
cia nō ſemel atq; iteꝝ ſepiuſq; ſȝ ſēp:
quid fit:quid agitur: quando nunq̄
ad initium quod omnino nullum per
uenitur? Quapropter quod nos mō
querimus poſt quinq; milia ꝛ qđ am
plius excurrit annorum:poſſent ꝛ po
ſteri etiam poſt annorum ſexcēties mi
lies eadem curioſitate requirere ſi in
tantum hec mortalitas hominum ex
oriendo ꝛ occumbendo ꝛ imperita ꝑ
ſeueraret infirmitas. Potuerūt ꝛ qui
fuerunt ante nos ipſis recentibus ho
minis creati temporibus iſtam mouē
queſtionem. Ipſe deniq; primus ho
mo uel poſtridie uel eodem die poſtea
q̄ factus eſt:potuit inquirere cur non
ante ſit factus. Et quandocunq; ātea
factus eſſet:non uires tunc alias ꝛ ali
as nunc uel etiaȝ poſtea iſtā de initio
reꝝ tpaliū ꝯtrouerſiā reperiret.

De reuolutione ſeculoꝝ quib⁹ cer
to fine cōcluſis uniuerſa ſemper in eū
dem ordinem eādēq; ſpeciem rēditura
q̄dā philoſophi crediderunt.c.xiii.

b Anc autem ſe philoſophi mū
di huius nō aliter putauerunt
poſſe l' debē diſſoluē:niſi ut circuitus
tporuȝ inducerēt:q̄bus eadem ſemp
fuiſſent renouata atq; repetita i rerū
natura:atq; ita deinceps fore ſine ceſſa
tiōe aſſeuerarent uolumina uenientiū
pretereuntiumq; ſeculorum : ſiue in
mundo permanente iſti circuitus fie
rent:ſiue certis iteruallis oriens ꝛ oc
cidens mundus eadem ſemper quaſi
noua que tranſacta ꝛ uentura ſunt ex
hiberet. A quo ludibrio prorſus im
mortalem animam etiam cū ſapiētiā
perceperit liberare non poſſunt:euntē
ſine ceſſatione ad falſā beatitudinem
ꝛ ad uerā miſeriam ſine ceſſatione re
deuntē. Quomodo enim vera beatitu
do eſt:de cuius nunq̄ eternitate confi
ditur: duȝ anima uenturam miſeriaȝ
aut imperitiſſima veritate neſcit:aut
ifeliciſſima ibeatitudine pertimeſcit?
At ſi ad miſerias nunq̄ ulterius redi
tura ex his ad beatitudinem pergit:
fit ergo aliquid noui in tempore qđ fi
nem non habet temporis: cur non er
go ꝛ mundus:cur non ꝛ homo fac
tus in mundo: vt illi neſcio qui falſi

circuit⁹ a falſis ſapiētibus fallacibuſ
q₃ comperti inſana doctrina: tramite
recti itineris euitentur: Nam quidam
ꝛ illud quod legitur in libro ſalomo
nis: q̄ vocatur eccleſiaſtes: quid ē qđ
fuit ipſum: quod erit: ꝛ quid eſt quod
factum eſt: ipſum quod fiet: ꝛ non ē ō
ne recens ſub ſole: nec quiſq̄ꝫ loquitur
ꝛ dicit hoc nouum eſt: iaꝫ fuit in ſecul'
que fuerunt ante nos: propter hos cir
cuitus in eadem redeuntes: ꝛ in eadē
cuncta reuocantes: dictum itelligi uo
lunt: q̄ꝫ ille aut de his rebus dixit de
quibus ſuperius loquebatur: hoc eſt
de generationibus aliis euntibus: ali
is venientibus de ſolis anfractibus ō
torrentum lapſibus: aut certe de om
nium rerum generibus que oriunt' at
q₃ occidunt. Fuerunt eniꝫ homines ā
te nos: ſunt ꝛ nobiſcum: erunt ꝛ poſt
nos ita quoq₃ animantia vel arbu
ſta. Monſtra quoq₃ ipſa que inuſita
ta naſcuntur: q̄uis iter ſe diuerſa ſint
ꝛ quedam eorum ſemel facta narrēt':
tamen ſecundum id q̄ꝫ generaliter mi
racula ꝛ monſtra ſunt: vtiq₃ ꝛ fuerūt
erunt: nec recens ꝛ nouum eſt vt mon
ſtrum ſub ſole naſcatur. Quāuis hec
v̄ba q̄dam ſic intellexerint: tanquaꝫ i
predeſtinatione dei iam facta fuiſſe ō
nia ſapiens ille voluiſſet intelligi: ꝛ iō
nihil recens ſub ſole. Abſit autem a
recta fide: ut his ſalomonis verbis il
los circuitus ſignificatos eſſe creda
mus quibus illi putant ſic eadem tē
rum temporaliumq₃ rerum volumina
repeti: vt verbi gratia ſicut in iſto ſe
culo plato philoſophus in vrbe athe
nienſi ꝛ in ea ſchola que academia di
cta eſt diſcipulos docuit: ita per innu
merabilia retro ſecula multum proli
xis quidē interuallis ſed tamen certis
ꝛ idem plato ꝛ eadem ciuitas: eaden
q₃ ſchola iidemq₃ diſcipuli repetiti: ꝛ
per innumerabilia deinde ſecula repe
tendi ſint. Abſit āinqu vt nos iſta cre
damus. Semel enim chriſtus mortu⁹
eſt pro peccatis nr̄is: ſurgens autem a
mortuis iam n̄ morit'. ꝛ mors ei vltra
non dn̄abitur: ꝛ nos poſt reſurrectio
nē ſēp cum dn̄o erimus: cui modo di
cimus quod ſacer admonet pſalm⁹:
Tu domine ſeruabis nos ꝛ cuſtodies
nos a generatione hac in eternuꝫ. Sa
tis auteꝫ iſtis exiſtio ꝯuenire quod ſe
quitur. In circuitu ipſi ambulāt. Nō
quia per circulos quos opinantur e
orꝫ vita eſt recurſura: ſed quia mō tal'
eſt erroris eorum uia id eſt falſa doc
trina.

De temporali conditione generis
humani q̄ꝫ deus nec nouo conſilio cō
ſtituerit nec mutabili volūtate. c. xiiij.

q Uid autem mirū eſt: ſi i his cir
cuitibus errantes nec aditū nec
exitū inueniunt: q̄ gen⁹ humanū atq₃
iſta nr̄a mortalitas nec quo initio cep
ta ſit ſciunt: nec quo fine claudat': quā
do quidē altitudinem dei penetrare n̄
poſſunt: q̄ꝛ cum ipſe ſit eternus ꝛ ſine
initio: ab aliquo tamen initio exorſus
eſt tempora: ꝛ hominem quem nunq̄
ante fecerat: fecit in tempore non tam̄
nouo ꝛ īpentino: ſed immutabili eter
noq₃ conſilio. Quis hanc valeat alti
tudinem inueſtigabilem inueſtigare:
ꝛ inſcrutabilem perſcrutari: ſecunduꝫ
quam deus hominem temporalem
ante quam nemo unq̄ hominum fu
it: non mutabili voluntate in tempore
condidit: ꝛ genus humanum ex vno
multiplicauit: quandoquidem pſal
mus iſte cū premiſiſſet atq₃ dixiſſet:
tu domine ſeruabis nos atq₃ cuſtodi
es nos a generatione hac i eternū: ac
deiñ repcuſſiſſet eos in quorum ſtul
ta impiaq₃ doctrina nulla liberatiōis
ꝛ beatitudinis anime ſeruatur eterni
tas: continuo ſubiiciens i circuitu ipſi

ambulant? Tanq̄ ei diceretur. Quid ergo tu credis: ſentis: intellis? Nunq̄d nam exiſtimandū eſt ſubito deo placuiſſe hominē facere: quem nunq̄ antea infinita retro eternitate feciſſet: cui nihil noui accidere poteſt. in quo mutabile aliquid non eſt? Et ne nos hec audiētes aliqua forte turbaret ambiguitas ꝯtinuo reſpondit ad ipſum deum loquens: ſecundum altitudinē tuam m̄ltiplicaſti filios hominū. Sentiant inquit homies qd putāt: ⁊ quod eis placet opinentur ⁊ diſputent: ſecūdum altitudinem tuam quam nullus poteſt noſſe hominum: multiplicaſti filios hominum. Ualde quippe altuꝫ eſt: ⁊ ſemper deum fuiſſe: ⁊ hominem quem nunq̄ fecerat ex aliquo tempoꝛ primum facere voluiſſe: nec conſiliuꝫ voluntatēq; mutaſſe.

An vt deus ſēper ēt dn̄s fuiſſe ſemper intelligatur: credendum ſit creaturaꝫ q̄ꝫ nunq̄ defuiſſe cui dn̄aretur: ⁊ quomodo dicatur ſemp creatū qd dici non poteſt coeternum. c. xv.

e Go quidem ſicut dominuꝫ deum aliqn̄ dn̄m non fuiſſe dicerē non audeo: ita hominem nunq̄ antea fuiſſe: ⁊ ex quodam tempore primuꝫ hoieꝫ creatū eſſe dubitare nō debeo. Sꝫ cum cogito cuius rei dominus ſē per fuerit: ſi ſemper creatura nō fuit. affirmarē aliquid pertieſco: quia ⁊ me ipſum intueor: ⁊ ſcriptū eſſe recolo. Quis hominū poteſt ſcire conſiliū dei? Aut quis poterit cogitarē: quid uelit dominus? Cogitationes enim mortalium timide: ⁊ incerte adinuentōes noſtre. Corruptibile enim corpus aggrauat aiam ⁊ deprimit terrena ībitatio ſenſum multa cogitanteꝫ. Ex his igitur q̄ in hac terrena ībitatione m̄lta cogito: deprimūt me iō vtiq; multa: q: unum quod ex illis vl̄ preter illa quod forte non cogito: verum eſt inuenire non poſſum. Si dixero ſēp fuiſſe creaturā: cui⁹ dominus eſſet: qui dn̄s ſemper eſt: nec dominus unq̄ nō fuit: ſed nunc illam nunc aliam per alia atq; alia temporum ſpacia: nec aliquaꝫ creatori coeternaꝫ eſſe dicam⁹: quod fides ratioq; ſana condamnat: cauendum eſt: ne ſit abſurdum ⁊ a luce ueritatis alienum: mortalē quidem aliam per vices temporum cedenteꝫ: aliam ſuccedentem: imortalem vero n̄ eſſe cepiſſe: niſi cum ad noſtrum ſeculum ventum eſt: quando ⁊ angeli creati ſunt: ſi eos recte lux illa primuꝫ facta ſignificat aut illud potius celum de quo dictum eſt: in principio creauit deus celum ⁊ terram: cum tamen nō fuerint anteq̄ fierent: ne immortales ſi ſemper fuiſſe dicantur: deo coeterni eſſe credantur. Si autem dixero non in tempore creatos eſſe āgelos: ſed ante omnia tēpora ⁊ ipſos fuiſſe: quoꝝ deus dominus eſſet: qui nūq̄ niſi dominus fuit: queritur a me etiam ſi ante omnia tempora facti ſunt: vtrum ſē per potuerunt eſſe qui facti ſunt. Hic reſpondendum forte videatur: q̄ quodammodo non inconuenienter ſemp eſſe dicatur. Uſq;adeo autem iſti omni tempore fuerunt: vt etiam ante omnia tempora facti ſunt: ſi tamen a celo cepta ſunt tempora: ⁊ illi iam erant āte celuꝫ. At ſi tempus non a celo ueꝝ ⁊ ante celum fuit: non quidem in horis ⁊ diebus ⁊ menſibus ⁊ ānis. nam iſte dimenſiones temporalium ſpaciorum: que vſitate ac proprie dicuntur tempora: manifeſtuꝫ eſt: q̄ a motu ſyderum ceperint: vnde ⁊ deus cum hec inſtitueret dixit: ⁊ ſint inſigna ⁊ in tē pora ⁊ in dies ⁊ in annos: ſed in aliquo mutabili motu: cuius aliud anterius preterierit: aliud poſterius ſuc

ceſſerit: eo q̃ ſimul eſſe non poſſunt. Si ergo ante celum i ãgelicis motibꝰ tale aliquid fuit: ⁊ ideo tempus iã fuit atq; angeli ex quo facti ſunt tp̃aliter mouebantur: etiã ſic omni tẽpoꝛe fuerunt: quando quidẽ cum illis facta ſunt tempoꝛa. Quis autem dicat nõ ſemper fuit: quod omni tempoꝛe fuit? Sed ſi hoc reſpondero dicetur mihi. Quomõ ergo non ſunt coeterni creatori: ſi ſẽper ille: ſẽper illi fuerũt. Quõ etiam creati dicendi ſunt: ſi ſemper fuiſſe intelliguntur? Ad hoc quid reſpõdebitur? An dicendum ⁊ ſemp eos fuiſſe quoniam omni tẽpoꝛe fuerũt: quicũ tẽpoꝛe facti ſunt: facti ſunt autem cum quibus facta ſunt tempoꝛa: ⁊ tamen creatos? Neq; enim ⁊ ipſa tẽpora creata eſſe negabimus: quamuis õni tp̃e tempus fuiſſe nemo ambigat. Nam ⁊ ſi non omni tempoꝛe fuit tempus: erat ergo tempus quando nullũ erat tempꝰ. Quis hoc ſtultiſſimus dixerit? Poſſumus enim recte dicẽ: erat tempus quãdo non erat roma: erat tẽpus quando non erat hieruſalẽ: erat tempus quando non erat abraham: erat tempus quando nõ erat homo: ⁊ ſi quid huiuſmodi. Poſtremo ſi non cum initio tẽpoꝛis ſ; poſt aliquod tẽpus factꝰ eſt mũdꝰ: poſſumus dicere erat tempus: quando non erat mundꝰ At uero erat tempus quando nullũ erat tp̃us: tam incõuenienter dicimꝰ: ac ſi quiſq̃ dicat: erat homo quando nullus erat homo: aut erat iſte mũdꝰ quando iſte non erat mundus. Si.n. de alio atq; alio intelligatur: poteſt dici aliquo modo: hoc eſt: erat alius homo: quando non erat iſte homo. Sic ergo erat aliud tempus: quãdo non erat hoc tẽpus recte poſſumꝰ dicẽ. At vero erat tempus qñ nullum erat tẽpus: quis vel inſipientiſſimꝰ dixerit? Sicut ergo dicimus creatum tempꝰ: cum ideo ſemper fuiſſe dicatur q; õni tempore tempus fuit: ita nõ eſt conſequens: vt ſi ſemper fuerũt ãgeli: ideo non ſint creati: vt propterea ſẽper fuiſſe dicantur: quia omni tẽpoꝛe fuerũt: ⁊ propterea omni tẽpoꝛe fuerũt: quia nullo modo ſine his tempoꝛa eſſe potuerunt. Ubi enim nulla creatura eſt: cuiꝰ mutabilibus motibus tempoꝛa peragantur: tempoꝛa omnino eſſe nõ poſſunt. Ac per hoc ⁊ ſi ſẽper fuerũt: creati ſunt. Nec ſi ſemper fuerũt: ideo creatoꝛi coeterni ſunt. Ille enim ſemp fuit eternitate immutabili iſti autem facti ſunt. S; ideo ſemp fuiſſe dicũt: quia omni tempoꝛe fuerunt: ſine qbꝰ tempoꝛa nullo modo eſſe potuerunt. Tempus aũt quoniam mutabilitate trãſcurrit eternitati imutabili non poteſt eſſe coeternum. Ac per hoc etiam ſi immoꝛtalitas angeloꝛum nõ trãſit: in tempoꝛe nec preterita eſt quaſi iam nõ ſit: nec futura quaſi nondum ſit: tamen eoꝛum motus quibus tempora peraguntur: ex futuro in preteritũ tranſeunt: ⁊ ideo creatoꝛi in cuius motu dicendũ nõ eſt vel fuiſſe quod iam non ſit vel futurum eſſe quod nondũ ſit coeterni eſſe nõ pñt. Quapropter ſi deus ſemper dominus fuit: ſemper habuit creaturam ſuo dñatui ſeruiẽtẽ ueruntamen non de ipſo genitam: ſ; ab ipſo de nihilo factam: nec ei coeternã. Erat quippe ante illam quamuis nullo tp̃e ſine illa. non eam ſpacio trãſcurrente: ſed manente perpetuitate p̃cedens. Sed hoc ſi reſpondeo eis qui requirunt quomodo ſemper creator ſemper fuit dominus: ſi creatura fuiens nõ ſemp fuit: aut quomodo creatura creata: ⁊ non potius creatori coetña ẽ ſi ſẽper fuit? Uereoꝛ ne facilꝰ iudicer affirmare quod neſcio q̃ docẽ qđ ſcio. Redeo igitur ad id qđ creatõ noſter ſcire nos voluit: illa vero que vel ſapientioꝛibus in hac vita ſcire p̃miſit: vl' domino perfectis in alia vita

ſcienda ſeruauit: ultra uires meas eē profiteor. Sed ideo putaui ſine affirmatione tractāda: vt q̄ hec legunt: uideant a quibus queſtionū pīculis debeāt temperare nec ad oīa ſe idoneos arbitrētur: potiuſq; intelligant q̄ ſit apoſtolo obtemperandum precipienti ſalubriter vbi ait. Dico autem per gratiā dei que data eſt mihi omnib⁹ q̄ ſūt in uobis: non plus ſapere q̄ oꝫ ſapere: ſed ſapere ad temperantiam: unicuiq; ſicut deus partitus eſt mēſurā fidei. Si enim pro uiribus ſuis alat̄ infans: fiet ut creſcendo plus capiat. Si aūt uires ſue capacitatis excedat: deficiet anteq̄ creſcat.

Quō intelligēdū ſit ꝓmiſſa hoī a deo vita eťna aut tp̄a eťna. c. xvi.

q Ue ſecula preterierint āteq̄ genus inſtitueret̄ humanū me fateor ignorare. Nō tñ dubito nihil omnino creature creatori eſſe coeternuꝫ. Dicit etiam apoſtolus: tp̄a eterna: nec ea futura: ſed quod magis eſt mirādū preterita: ſic enim ait: In ſpem uite eťne quam ꝓmiſit: non mendax deus ante tempora eterna. Maīfeſtauit autem temporibus ſuis verbū ſuū. Ecce dixit retro: q̄ fuerint tempora eterna q̄ tamen non fuerūt deo coeterna. Si quidem ille ante tempora eterna non ſolum erat: uerumetiam promiſit uitā eternā: quaꝫ manifeſtauit temporibus ſuis. i. congruis. Quid aliud q̄ verbum ſuum? Hoc ē enim vita eterna. Quomodo autem promiſit cum hominibus vtiq; ꝓmiſerit: qui nōdū erant ante tempora eterna: niſi quia ī ipſius eternitate: atq; in ipſo eius verbo eideꝫ coeterno iam predeſtinatione fixū erat: quod ſuo tp̄e futuꝝ erat.

Qd de immutabili cōſilio aut uoluntate fides ſana deſcēdat ꝯtra rōnationes eoꝝum qui opera ex eternitate repetita p eoſdē ſemp volunt ſeculoꝝ redire circuitus. c. xvij.

i Llud quoq; non dubito: ante q̄ primus homo creat⁹ eēt nū q̄ quēq̄ hominem fuiſſe: nec eundem ipſū neſcio: quibus circuitibus: neſcio quotiens reuolutum: nec aliū aliqueꝫ natura ſimilem: neq; ab hac fide me philoſophorum argumenta deterrēt: quorum acutiſſimum illud putatur: quod dicunt nulla infinita ulla ſcientia poſſe comprehēdi. Ac per hoc deus inquiunt rerum. quas fecit omnium finitarum omnes finitas apud ſe rationes habet: bonitas autem eius nunq̄ vacua fuiſſe credenda eſt: ne ſit temporalis eius operatio: cuius retro fuerit: eterna ceſſatio: quaſi pēituerit eum prioris ſine initio vacationis: ac propterea ſit operis aggreſſus initium. Et ideo neceſſe ē inquiunt eadē ſemper repeti: eadenq; ſemper repetēda tranſcurrere: vel manente mundo mutabili: qui licet nunq̄ non fuerit: ⁊ ſine initio temporis tamen factus ē: vel eius quoq; ortu ⁊ occaſu ſemper illis circuitibus repetito ſemperq; repetendo: ne uidelicet ſi aliquando primum dei opera cepta dicunt̄: poreꝫ ſuam ſine initio uacationem tanq̄ iertē ac deſidioſā: ⁊ ideo ſibi diſplicentem dānaſſe quodammodo atq; ob hoc mutaſſe credatur. Si autem ſemper q̄dem temporalia ſed alia atq; alia phibetur operatus: ac ſi aliquando etiaꝫ ad hominem faciendum quem nunq̄ ātea fecerat perueniſſe: non ſcienti a qua putant non poſſe quecunq; infinita comprehendi: ſed quaſi ad horam ſicut ueniebat in mentem fortuita quadam inconſtantia uideatur feciſſe q̄ fecit. Porro ſi illi circuit⁹ admittāt̄ inquiunt: quibus uel manēte mūdo uel ipſo quoq; īuolubiles ortus ſuos

⁊ occaſus eiſdem circuitibus īſerēte: eadē tp̄alia repetuntur: nec ignauum ocium preſerti tā longe ſine initio diuturnitatis deo tribuitur: nec iprouida temeritas operum ſuoꝝ. Quoniā ſi non eadem repetant̄: non poſſunt infinita diuerſitate uariata ulla eius ſcientia ł preſcientia cōprehendi. Has argumentationes quibus impij nr̄am ſimplicem pietatem: ut cum illis in circuitu ambulemus de uia recta conāt̄ auertere: ſi ratio refutare non poſſet: fides irridere deberet. Huc accedit qꝛ in adiutorio domini dei noſtri hos circulos uolubiles quos opinio cōfingit: ratio manifeſta cōfringit. Hic eīm maxime iſti errant: ut in circuitu falſo ambulaī q̄ uero ⁊ recto itinē malint: qꝛ mentem diuinam omnino immutabilem cuiuſlibet infinitatis capacem ⁊ innumera omnia ſine cogitationis alternatione numerantem de ſua humana mutabili anguſtaq́ʒ metiuntū. Et fit ill᷑: quod ait apoſtolus. Comparantes enim ſemetipſos ſibimetipſis n̄ intelligunt. Nā qꝛ illis quicquid noui faciendū uenit in mentem: nouo cōſilio faciunt: mutabiles q̄ppe mentes gerunt: profecto non deum queʒ cogitare non poſſunt: ſed ſemetipſos ꝓ illo cogitantes: non illū ſed ſeipſos nec illi ſed ſibi comparant. Nobis auteʒ fas non eſt credere alit̄ affici deū cum uacat: alit̄ cum opatur: qꝛ nec affici dicendus eſt: tanq̄ in eius natura fiat aliquid quod ante non fuerit. Patitur quippe qui afficitur: ⁊ mutabile eſt ōe quod aliquid patitur. Non itaq́ʒ in eius uacatione cogitetur ignauia: deſidia: inertia: ſicut nec in eius opere labor conatus: induſtria. Nouit quieſcens agē: ⁊ agēs quieſcere. Poteſt ad opus nouum non nouum ſed ſēpiter nū adhibē cōſiliū: nec penitēdo qꝛ pri⁹ ⁊ ſi pri⁹ ceſſauit ⁊ poſterius opat⁹ eſt: ceſſauerat: cepit facē qō n̄ fecerat. Sʒ quod neſcio quenadmodum ab homine poſſit intelligi: hoc proculdubio quod dicit̄ pri⁹ ⁊ poſteri⁹: in rebus prius non exiſtentibus: ⁊ poſterius exiſtentibus fuit. In illo auteʒ non alteram precedentem altera ſubſequēs mutauit aut abſtulit uoluntatem: ſed una eadēq́ʒ ſempiterna ⁊ immutabili uoluntate: res quas condidit: ⁊ ut prius non eſſent egit q̄diu non fuerūt: ⁊ ut poſterius eſſent quando eſſe ceperunt: hinc eis qui talia uidere poſſūt: mirabiliter fortaſſis oſtendens: q̄ nō eis indiguerit: ſed eas gratuita bōitate condiderit: cū ſine ill᷑ ex eternitate iitio carente in non minore beatitudīe permanſit.

Contra eos qui dicunt: ea que infinita ſunt nec dei poſſunt ſcientia cōprehendi. c. xviij.

i Llud auteʒ aliud quod dicūt: nec dei ſcientia que infinita ſūt poſſe comprehendi: reſtat eis: ut dicere audeant: atq́ʒ huic ſe voragini ꝓfūde impietatis imergāt: qꝛ non omnes numeros deus nouerit. Eos quippe infinitos eſſe certiſſimum ē: quoniam in quocunq́ʒ numero finem faciendū putaueris: idem ipſe non dico uno addito augeri: ſed quamlibet ſit magn⁹ ⁊ quamlibet ingentem multitudineʒ continens in ipſa ratione atq́ʒ ſcientia numerorum: non ſolum duplicari uerumetiam multiplicari poteſt. Ita vō ſuis quiſq́ʒ numerus proprietatibus terminatur: ut nullus eorum par eſſe cuiquam alteri poſſit. Ergo ⁊ diſpares inter ſe atq́ʒ diuerſi ſunt: ⁊ ſinguli quiq́ʒ finiti ſunt: ⁊ omnes infiniti ſūt. Ita nec numeros propter infinitatem neſcit omnipotens deus: ⁊ ſi uſq́ʒ ad quandam ſummam numerorum ſciētia dei puēit: ⁊ ceteros ignorat: qs hoc ł dementiſſimus dixerit? Nec audebūt

iſti contendere: ⁊ numeros eos dicere ad dei ſcientiam non pertinere: apud quos plato deū magna auctōitate cō mendat mundū numeris fabricantē. ⁊ apud nos deo dictum legitur: omni a in menſura ⁊ numero ⁊ pondere di ſpoſuiſti. De quo ⁊ propheta dic qui profert numero ſeculum. Et ſaluator in euangelio. Capili inquit ueſtri om nes numerati ſunt. Abſit itaq; ut du bitemus: ꝙ ei notus non ſit omnis numerus cuius intelligentie ſicut in pſalmo canitur: non eſt numerus. In finitas itaq; numeri: ꝗuis infinitorū numerorum nullus ſit numerus: non eſt tamen incomprehēſibilis ei cuius intelligentie non eſt numerus. Qua propter ſi quicquid ſcia comprehēdit ſcientis comprehenſione finitur: pro fecto ⁊ omnis iſinitas quodā ieffabili modo deo finita eſt: quia ſcientia eius ipſi incomprehenſibilis non eſt. Qua re ſi infinitas numerorū ſcientie dei qua cōprehenditur eſſe nō poteſt iſini ta: qui tandē nos ſumus homūculi: q̄ eius ſcientie limitē figere preſumam⁹: dicentes ꝙ niſi eiſdem circuitibus tē porum eadē temporalia repetantur: non poteſt deus cuncta que fecit ł pre ſcire ut faciat: uel ſcire cum fecerit: cu ius ſapientia ſimpliciter multiplex: ⁊ uniformiter multiformis: tam incom prehenſibili comprehenſione omnia incomprehenſibilia comprehendit: ut quecunque noua ⁊ diſſimilia conſe quentia precedentibus: ſi ſemper facē uellet: inordinata ⁊ improuiſa habe re non poſſet: nec ea preuideret ex pri mo tempore: ſed eterna preſcientia ꝯ tineret.

De ſeculis ſeculorum. c. xix.

Quod utrum ita faciat: ⁊ conti tinuata ſibi cōnexione copulen tur q̄ appellāt ſecula ſeculorum: alia tū atq; alia ordinata diſſīlitudīe ꝓcur rentia: eis duntaxat q̄ ex miſeria libe rāt in ſua beata imortalitate ſine fine manētib⁹: an ita dicāt ſecula ſeculoꝝ: ut itelligāt ſecla i ſapiētia dei icōcuſſa ſtabilitate manentia iſtoꝝ que cū tē pore tranſeūt tāꝗ̄ efficiētia ſeculorū diffinire non audeo. Fortaſſis eni poſ ſit dici ſeculum q̄ ſūt ſecula: ut nihil aliud dicatur ſeculū ſeculi ꝗ̄ ſecula ſe culorum: ſicut nihil aliud dicitur celū celi ꝗ̄ celi celorum. Naȝ celū deus uo cauit firmamentum ſuper quod ſunt aque: ⁊ tamen in pſalmo ⁊ aque inqt que ſuper celos ſunt laudent nomen domini. Quid ergo iſtorum duūȝ ſit: an preter hec duo aliquid aliud de ſe culꝭ ſeculorum poſſit itelli: profundiſ ſima queſtio eſt. Neq; hoc quod nūc agimus impedit: ſi indiſcuſſa interim differatur ſiue aliquid in ea diffinire ualeam⁹: ſiue nos faciat cautiores di ligentior ipſa tractatio: ne i tāta ob ſcuritate reꝝ affirmare temere aliqd audeam⁹. Nunc enim contra opinio nē diſputam⁹ qua illi circuitus aſſerū tur: quibus ſemper eadem p interual la tpūm neceſſe eſſe repeti exiſtiman tur. Quelibet aūt illarum ſētentiarū de ſeculis ſeculorum uera ſit: ad hos circuitus nihil pertinet: quoniaȝ ſiue ſecula ſeculorum ſint: non eadem repe tita: ſed alterū ex altero cōnexione or dinatiſſima procurrentia: liberatorū beatitudine ſine ullo recurſu miſeria rum certiſſima permanente: ſiue ſecu la ſeculorum etna ſint tēporaliū tanꝗ̄ dominātia ſubditorū circuitus illi ea dē reuoluētes locum ñ hñt: quos ma xime refellit eterna uita ſanctoꝝ.

De impietate eorū qui aſſerunt a nimas ſumme uereq; beatitudinis participes iterum atq; iterum per cir cuitus tēpoꝝ ad eaſdē miſerias labo reſq; redituras. c. xx.

q Uorum enim aures piorum ferant poſt emenſam tot tantiſqꝫ calamitatibus uitam: ſi tamen uita iſta dicenda eſt que potius mors eſt: ita grauis ut mors que ab hac liberat mortis huius amore timeatur: poſt tam magna mala tanqꝫ multa hōrenda: tandem ⁊ aliquando per ueram religionem atqꝫ ſapientiam expiata atqꝫ finita: ita peruenire ad conſpectum dei: atqꝫ ita fieri beatum contemplatione incorporee lucis: per participationē incommutabilis immortalitatis eius cuius adipiſcende amore flagramus: ut eam quandoqꝫ neceſſe ſit deſeri: ⁊ eos qui deſerunt ab illa eternitate: ueritate: felicitate deiectos tartaree mortalitati: turpi ſtultitie: miſerijs execrabilibus implicari: ubi deus amittatur: ubi odio ueritas habeatur: ubi per immundas nequitias beatitudo queratur: ⁊ hoc idem atqꝫ idem ſine ullo fine priorum ⁊ poſteriorum: certis interuallis ⁊ dimenſiōib⁹ ſeculoꝝ factū eē ⁊ futurū: ⁊ hoc ꝓpťea ut poſſint deo circuitib⁹ definitis euntib⁹ ſēper atqꝫ redeuntib⁹ per nr̄as falſas beatitudines ⁊ ueras miſerias alternati quidē ſed in reuolutione inceſſabili ſempiternas: nota eē opera ſua: quoniam neqꝫ a faciēdo quieſcē: nec quieſcendo poſſit que infinita ſunt indagare? Quis hec audiat? q̄s credat? quis ferat? Que ſi uera eſſent: non ſolū tacerentur prudentius: uerūetiam ut quomodo ualeo dicam qđ uolo: docti⁹ neſcirētur. Nā ſi hec illic ī memoria non hūerim⁹: ⁊ ideo beati erim⁹: cur hic per eorum ſcientiam grauatur amplius noſtra miſeria? Si autē ibi ea neceſſario ſcituri ſumus: hic ſaltem neſciamus: ut hic felicior ſit expectatio q̄ illic adeptio ſummi boni: q̄n hic eterna uita cōſequenda expectatur: ibi autem beata ſed non eterna quandoqꝫ amittenda cognoſcitur. Si autem dicunt neminem poſſe ad illam beatitudinem peruenire: niſi hos circuitus ubi beatitudo ⁊ miſeria uiciſſim alternant in huius uite eruditione cognouerit: quomodo ergo fatentur quanto pl⁹ q̄ſqꝫ amauerit deum: tanto euꝫ facilius ad beatitudinem perueturuꝫ: qui ea docent quibus amor ipſe torpeſcat? Naꝫ quis non remiſſius ⁊ tepidius amet eum: quem ſe cogitat neceſſario deſerturum: ⁊ contra eius ueritatem ſapientiāqꝫ ſenſurum: ⁊ hoc cum ad eius plenam pro ſua capacitate notitiam beatitudinis perfectione peruenerit: quando nec hominem amicum poſſit quiſqꝫ amare fideliter: cui ſe futurum nouit inimicum? Sed abſit ut uera ſint que nobis minantur veram miſeriam nunquam finiendam: ſed interpoſitionis falſe beatitudinis ſepe ac ſine fine rumpendam. Quid enim illa beatitudine falſius atqꝫ fallacius: vbi nos futuros miſeros aut in tanta veritatis luce neſciamus: aut in ſumma felicitatis arce timeamus. Si enim futuram ibi calamitatem ignoraturi ſumus: peritior eſt hic noſtra miſeria ubi futuram beatitudineꝫ nouimus: ſi autem nos illic clades imminens non latebit: beatius tempora tranſigit anima miſera: quibus tranſactis ad beatitudinem ſubleuetur. q̄ beata quibus tranſactis in miſeriam reuoluatur. Atqꝫ ita ſpes noſtre infelicitatis eſt felix: ⁊ felicitatis īfelix. Uñ fit: ut q: hic mala p̄ñtia patimur: ubi metuim⁹ īminentia: ueri⁹ ſemp miſeri q̄ beati aliquando eſſe poſſimus. Sed quoniam hec falſa ſunt clamante pietate: cōuincente ueritate: illa eniꝫ nobis ueraciter promittitur uera felicitas: cuius erit ſemper ītinenda ⁊ nulla felicitate rumpēda certa ſecuritas. uiam rectam ſequentes que nobis eſt chriſtus: eo duce ac ſaluatore:

a uano ⁊ inepto impioꝝ circuitu iter fidei menten⁊ auertam⁹. Si eniꝫ de iſtis circuitibus ⁊ ſine ceſſatione alternātib⁹ itionibus ⁊ reditionib⁹ animarū: Porphyrius platōic⁹ ſuorum opinionem ſeq̄ noluit: ſiue ipſius rei uanitate permotus: ſiue iā tp̄a chriſtiana reuerit⁹: ⁊ qđ i libro decimo cōmemoraui dicere maluit: animam ꝑpter cognoſcenda mala traditam mūdo: ut ab eis liberata atq̄ purgata: cum ad patrem redierit nihil ulterius tale patiat̄: quanto magis nos iſtā inimicā chriſtiane fidei falſitatem deteſtari ac deuitare debem⁹. His aūt circuitibus euacuatis atq̄ fruſtratis: nulla neceſſitas nos cōpellet iō putare non hr̄e initiū tp̄is ex q̄ cepit eſſe gen⁹ humanū: q: neſcio per quos circuitus nihil ſit i reb⁹ noui: qđ non ⁊ antea certis interuallis tp̄m fuerit ⁊ poſtea ſit futurum. Si enim liberat̄ aīa n̄ reditura ad miſerias: ſicut nunquā antea liberata ē: fit in illa aliquid qđ antea nūquā fc̄m ē: ⁊ hoc quidē ualde magnum. i. que nūq̄ ei deſinat eterna felicitas. Si aūt in natura imortali fit tanta nouitas: nullo repetita: nullo repetenda circuitu: cur in rebus mortalibus fieri non poſſe contēditur? Si dn̄t non fieri in aīa beatitudinis nouitatem: qm̄ ad eam reuertit̄ in qua ſēp fuit: ipſa certe liberatio noua fit: cum de miſeria liberatur in qua nūq̄ fuit: ⁊ ipſa miſerie nouitas i ea facta eſt q̄ nunq̄ fuit. Hec autem nouitas ſi non i reb⁹ que diuina ꝓuidentia gubernātur: ordine ſꝫ cāu poti⁹ uenit: ubi ſunt illi determiati dimēſiq̄ circuit⁹ i q̄b⁹ nulla noua fiunt: ſꝫ repetūt̄ eadē q̄ fuerūt? Si aūt ⁊ hec nouitas ab ordinatione diuine prouidentie non excluditur: ſiue elata ſit anima ſiue lapſa ſit: poſſunt fieri noua que neq̄ antea fc̄a ſint: nec tn̄ a rerū ordine aliena ſint. Et ſi potuit anima ꝑ iprudētiam facē ſibi nouā miſeriā que nō eſſet improuiſa diuine prouidentie: ut hanc quoq̄ in rerum ordinem includeret: ⁊ ab hac eam non improuide liberaret: q̄tādē temeritate humane uanitatis audem⁹ negaē diuinitatē faceē poſſe res non ſibi ſꝫ mundo nouas: quas neq̄ antea fecerit nec unquā hūerit improuiſas? Si aūt dn̄t liberatas q̄dem animas ad miſeriā n̄ reuerſuras: ſꝫ cum hoc fit i rebus nihil noui fieri: qm̄ ſēꝑ alie atq̄ alie liberate ſunt ⁊ liberant̄ ⁊ liberabūt̄: hoc certe concedunt ſi ita eſt nouas animas fieri: q̄bus ſit ⁊ noua miſeria ⁊ noua liberatio. Nā ſi antiquas eas dn̄t eē ⁊ retrorſū ſēpitnas: ⁊ ex quib⁹ quotidie noui fiāt homies: de quorū corporib⁹ ſi ſapienter uixerit ita liberent̄: ut nūq̄ ad miſerias reuoluant̄: cōſequēter dicturi ſūt infinitas. Quātuſlibet nanq̄ finitus nūerus fuiſſet animarū: ifinitis retro ſeculis ſufficere non ualeret: ut ex illo ſēp hoīes fierēt quoꝝ eēnt anie ab iſta ſēꝑ mortalitate liberande: nūq̄ ad eam deinceps rediture. Nec ullo modo explicabunt quomō in reb⁹ quas deo notas eē: eo q̄ ſint ifinite: nō uolunt: infinit⁹ ſit nūerus aniaꝝ. Quapꝑter qm̄ circuitus illi iam exploſi ſūt: q̄b⁹ ad eaſdē miſerias neceſſario putabat̄ aīa reditura: q̄d reſtat ꝯuēiēti⁹ pietati q̄ credere nō eſſe ipoſſibile deo: ⁊ ea q̄ nunquā fecerit noua facere: ⁊ ieffabili preſcientia uolūtatem mutabilem non habere? Porro autem utrum animarum liberatarum nec ulterius ad miſerias rediturarum: numerus poſſit ſemper augeri: ipſi uiderint qui de rerum nouitate cohibenda tam ſubtiliter diſputant: nos uero raciotinationem noſtram ex utroq̄ latere terminamus. Si enim poteſt: quid cauſe eſt: ut negetur creari potuiſſe quod nunquam antea creatum eſſet: ſi liberatarum animarum

numerus qui nunq̃ antea fuit non ſolum factus eſt ſemel: ſed fieri nunq̃ deſinet? Si autem opoꝛtet ut certus ſit liberatarum aliquis numerus animarum que ad miſeriam nunq̃ redeant: neqꝫ iſte numerus vlterius augeatur: etiam ipſe ſine dubio quicunqꝫ erit ante: vtiqꝫ nunq̃ fuit: qui profecto creſcere ꝛ ad ſue quantitatis terminum peruenire ſine aliquo non poſſet initio. Quod initium quoniam antea nunq̃ fuit: hoc ergo vt eſſet: creatus ē homo ante quem nullus fuit.

De conditione vnius primi hominis atqꝫ in eo generis humani. c. xxi.

h Ac igitur queſtiōe difficillima propter eternitatē dei noua creantis ſine nouitate aliqua voluntatis quantum potuimus explicata: non ē arduum videre mlto fuiſſe melius qḋ factum eſt: vt ex vno homine quē primum condidit: multiplicaret genus humanum: q̃ ſi id inchoaſſet a pluribus. Nam cum animantes alias ſolitarias ꝛ quodammodo ſoliuagas id eſt que ſolitudinem magis appetant: ſicuti ſunt aquile milui: leones: lupi: ꝛ quecunqꝫ alia ita ſunt: alias vero greges inſtituerit: que congregate atqꝫ in gregibus malint viuere: vt ſūt columbe: ſturni cerui: damule ꝛ cetera huiuſmodi: vtrunqꝫ tamen genus nō ex ſingulis propagauit: ſed plura ſil' iuſſit exiſtere. Hominem vero cuius naturam quodammodo mediam int̄ angelos beſtiaſqꝫ condebat: vt ſi creatori ſuo tanq̃ vero domino ſubditus preceptum eius pia obedientia cuſtodiret: in conſoꝛtium tranſiret angelicum: ſine moꝛte media beatam imoꝛtalitatem ſine ullo termino conſecut'. Si autem dominum deum ſuum libera voluntate ſuperbe ac inobedienter vſus offenderet: moꝛti additus beſtialiter uiueret libidinis ſeru': eternoqꝫ poſt moꝛtem ſupplicio deſtiatus: vnū ac ſingulum creauit: non vtiqꝫ ſolum ſine humana ſocietate deſerendum: ſꝫ vt eo modo vehementius ei commendaretur ipſius ſocietatis unitas uinculunqꝫ concoꝛdie: ſi non tantum inter ſe nature ſimilitudine: verum cognationis affectu homines nectentur: quādo nec ipſam quidem feminam copulandam viro ſicut ipſuꝫ creare illi placuit ſed ex ſe ipſo: vt omne ex homine vno diffunderetur genus humanum.

Qḋ preſcierit quem primum deus condidit peccaturum: ſimulqꝫ preuiderit: quantum piorum populorum ex eius genere in angelicum conſoꝛtium ſua eſſet gratia tranſlaturus. c. xxij.

n Ec ignoꝛabat deus hominem peccaturum: ꝛ moꝛti iaꝫ ob noxium morituros propagaturuꝫ: eoqꝫ progreſſuros peccati immanitate mōtales: vt tutius atqꝫ pacatius inter ſe rationalis voluntatis expertes beſtie ſui generis viuerent: quaruꝫ ex aquis ꝛ terris plurimum pullulauit exoꝛdium: q̃ homines quoꝛuꝫ genus ex vno eſt ad commēdandum concordiam ꝓpagatum. Neqꝫ enim unq̃ inter ſe leones aut inter ſe dracones: qualia hōines bella inter ſe geſſerunt. Sed preuidebat etiam deus gratia ſua populum pioꝛum in adoptionem vocādū: remiſſiſqꝫ peccatis iuſtificatuꝫ ſp̄u ſāc to ſanctis angelis in eterna pace ſociādum: nouiſſima inimica mōte deſtructa: cui populo eſſet huius rei conſideratio profutura: q̃ ex vno homiue deus ad commendādum hominibus q̃ ei grata ſit etiam in pluribus vnitas genus inſtituiſſet humanum.

De natura humāe anime crate ad imaginem dei. c. xxiij.

F Ecit ergo deus hominem ad
imaginem ⁊ ſimilitudineꝫ ſuā.
Talem q̄ppe illi animā creauit:q̄ per
rōnē atqꝫ intelligētiā omnibus eſſet
preſtantioꝛ animalibus terreſtribꝰ ⁊
natatilibus ⁊ volatilibꝰ:que mentem
huiuſmōi non haberent. Et cum virū
terreno, formaſſet ex puluere:eiqꝫ ani
mam qualem dixi:ſiue quam iaꝫ fece
rat ſufflando ididiſſet:ſiue potius ſuf
flando feciſſet:cunqꝫ flatum queꝫ ſuf
flando fecit. nam quid eſt aliud ſuffla
re q̄ flatum facere:animam hōis eſſe
voluiſſet:etiam coniugeꝫ illi i adiuto
riū generandi ex eius latē oſſe detrac
to fecit vt deus. Neqꝫ enim hec carna
li conſuetudine cogitāda ſūt:vt videē
ſolemus opifices ex materia quacūqꝫ
terrena corporalibus mēbris: qđ ar
tis iduſtria potuerūt fabricātes. Ma
nus dei potētia dei ē:qui ēt viſibilia i
uiſibiliter operatur. Sed hec fabulo
ſa potius q̄ vera eſſe arbitrantᷣ:q̄ vir
tutē ⁊ ſapiētiā dei qua nouit ⁊ poteſt
ēt ſine ſeminibus ipſa certe facē ſemi
na:ex his vſitatis ⁊ quotidianis meti
untur operibus.ea vero que primitꝰ i
ſtituta ſunt quoniam non nouerunt i
fideliter cogitant:quaſi non hec ipſa
que nouerūt de humanis cōceptibus
atqꝫ partubus: ſi ēt inexptis narrarē
tur:icredibilioꝛa viderēᷣ:q̄uis ⁊ ea ip
ſa pleriqꝫ magis nature corporalibꝰ
cauſis q̄ opibꝰ diuie mētis aſſignent.

An vllius vl' minime creature poſ
ſint dici angeli creatores.c.xxiiij.

S Ed cum his nullum nobis eſt
i his libris negociū:qui diuinā
mentē facē vl' curare iſta non credūt.
Illi aūt qui platōi ſuo credūt:non ab
illo ſummo deo qui fabricatus ē mū
dū:ſꝫ ab alijs mioribus quos quideꝫ
ipſe creauerit pmiſſu ſiue iuſſu eius
aīalia facta eſſe cuncta mortalia:in q̄
bus homo precipuum dijſqꝫ ipſis co
gnitum teneret locum ſi ſuperſtitione
creauit qua q̄rūt:vn̄ iuſte videatuꝛ ſa
cra ⁊ ſacrificia facē quaſi cōditoribꝰ
ſuis:facile carebunt ēt huius opinati
onis errore. Neqꝫ enim fas eſt vllius
nature quālibet minie mōtaliſqꝫ cre
atorem ſuum niſi deum credere ac di
cere anteq̄ poſſit intelli. Angeli auteꝫ
quos illi deos libentius appellant:ēt
ſi adhibēt vel iuſſi vel permiſſi opati
onem ſuam rebus que gignuntᷣ i mū
do:non eos dicimus creatores aīaliū
q̄ nec agricolas frugium atqꝫ arboꝝ.

Omnium naturam ⁊ omniū ſpēꝫ
vniuerſe creature non niſi opere dei
formari.c.xxv.

C Um enim alia ſit ſpes q̄ adhi
betur extrinſecus cuicūqꝫ mate
rie corporali:ſic opantur hoies figuli
⁊ fabri:atqꝫ id genus opifices qui ēt
pingūt ⁊ effingūt formas ſimiles cor
poribus animaliuꝫ:alia vero que itᷣi
ſecus efficientes cauſas habēt de ſecre
to ⁊ occulto nature viuentis atqꝫ itel
gentis arbitrio:que non ſolum natu
rales corporum ſpecies:verum etiam
ipſas animantium animas dum non
ſint facit:ſupradicta illa ſpecies artifi
cibus quibuſqꝫ tribuatur:hec autem
altera non niſi vni artifici creatori ⁊
ꝯditori deo:qui mundū ipſū ⁊ ange
los ſine vllo mundo ⁊ ſine vllis ange
lis fecit. Ab illa enim vi diuina que ōi
um rerūꝫ diuiſiua ⁊:vt ita dicā: effec
tiua eſt:que fieri neſcit ſed facere:a q̄
accepit ſpēm cum mūdus fieret: ⁊ ro
tunditas celi ⁊ rotunditas ſolis:eadē
vi diuina ⁊ effectiua qui fieri neſcit ſꝫ
facere accepit ſpeciem rotunditas ocu
li ⁊ rotunditas pomi: ⁊ cetere figure
naturales quas videmꝰ in rebꝰ q̄buſ
qꝫ naſcentibus:nō extrinſecꝰ adhiberi
ſed intima creatoris potētia q̄ dixit:

celū ⁊ terrā ego ípleo: ⁊ cuꝰ ſapiētia eſt que attingit fine vſqꝫ ad finem fortiter: ⁊ diſponit oia ſuauiter. Proinđ facti primitus angeli ſi huiuſmōi miniſterium prebuerunt creatori cetera facienti neſcio: nec tribuē illis audeo quod forte non poſſunt: nec debeo derogare quod poſſunt. Creationem tñ conditionemqꝫ omnium naturarum: qua fit vt omnino natuꝛ ſint eis quoqꝫ fauentibus non faciētibus: illi đo tribuo cui ſe etiam ipſi debere: ꝙ ſunt cum gratiarum actione nouerūt. Nō ſolum igitur agricolas non dicimus fructuum quoruncūqꝫ creatores: cuꝫ legamꝰ neqꝫ ꝗ plātat eſt aliqđ: neqꝫ ꝗ rigat: ſed ꝗ icremētū dat deꝰ: ſꝫ ne ipſā quidē terrā ꝙuis matꝛ omniū fecūda uideatur: que germinibus erūpētia ꝓmouet ⁊ fixa radicibus continet: cum itidem legamꝰ deus illi dat corpus quomodo voluerit: ⁊ vnicuiqꝫ ſeminum ꝓprium corpus. Ita nec feminā ſui puerꝑij creatricē appellaꝛ debemꝰ: ſed potius illū ꝗ cuidam ſuo famulo dixit: priuſꝙ te formarem i vtero noui te. Et quāuis anima ſic uł ſic effecta pregnantis valeat aliquibꝰ velut induere qualitatibꝰ fetū: ſicut đ uirgis variatis fecit iacob vt peccora colore vario gignerēt: natura tamen illa que gignitur tam ipſa nō fecit: ꝙ nec ipſa ſe fecit. Quelibet igitur corporales ł ſeminales cauſe gignandis rebꝰ adhibeātur: ſiue operationibꝰ angelorum aut hominum aut quoruncūqꝫ animalium: ſiue marium feminarūqꝫ mixtiōibus ꝗlibet ēt deſideria motuſve anime matris valeant aliqđ lineamētoꝝ aut coloꝝ aſpgē teneris mobilibuſqꝫ cōceptibus: ipſas oīo naturas que ſic vel ſic in ſuo genere afficiātur: ñ facit niſi ſūmus deus: cuiꝰ occulta potētia cuncta penetrans icōtaminabili pñtia facit eſſe quicquid aliquo mō ē: in ꝙtumcunqꝫ ē: q2 niſi faciente illo non tale vel tale eſſet: ſꝫ prorſus eſſe ñ poſſꝫ. Quapropter ſi in illa ſpecie quā forinſecus corporalibus opifices rebꝰ iponūt vrbē romā ⁊ vrbem alexādriā non fabros ⁊ architectos ſꝫ iges quoꝝ volūtate ꝯſilio ⁊ ipeꝛio fabricate ſt: illam romulum illam alexandruꝫ habuiſſe dicimus conditores: ꝙto potiꝰ ñ niſi deū debemꝰ conditorē dicere naturarum qui neqꝫ ex ea materia fac aliquid quā ipſe ñ fecerit: nec oparios hꝫ niſi quos ipſe creauerit: ⁊ ſi potentiā ſuā vt ita dicam fabricatoriam rebus ſubtrahat: ita non erunt ſicut antea ꝙ fierēt ñ fuerūt. Sꝫ āte dico: etnitate non tpe. Quis. n. alius creator ē tpum: niſi qui fecit ea quoꝝ motibus currerent tempora.

De platonicū opinione qua putauerunt angelos quidē a deo cōditos: ſed ipſos eſſe humanorum corpoꝝ ꝯditores. c. xxvi.

i Ta ſane plato minores ⁊ a ſūmo deo factos deos effectōes eē voluit aialiū ceteroꝝ: vt imortaleꝫ partē ab ipſo ſumerēt: ipi vero mortalē attexerūt. Proiñ aiarū nrarū eos creatores eſſe noluit ſed corpoꝝ. Uñ qm̄ porphyrius propter anime pūgationem dicit omne corpus fugiendū: ſimulqꝫ cū ſuo platōe alijſqꝫ platōicis ſentit: eos ꝗ imoderate ac ihoneſte uixerint ꝓpꝛ luendas penas ad corpōa redire mortalia. Plato quidē ēt beſtiarū. Porphyrius tantūmodo ad hoinū ſeqꝛ eos: vt dicāt deos iſtos quos a nobis volūt quaſi parētes ⁊ ꝯditores nřos coli: nihil eē aliud ꝙ fabros ꝯpedū carcerū ue nřoꝝ: nec iſtitutōes ſꝫ incluſores alligatoreſqꝫ nřos ergaſtulis erūnoſis ⁊ grauiſſimis viculis. Aut ergo deſinant platōici penas aīarū ex iſtis corporibꝰ cōminari: aut eos nobis deos colēdos nō ꝓdicēt: quoꝝ i

nobis opationē vt q̄tum poſſum⁹ fu
giam⁹ ⁊ euadam⁹ hortāt̄: cū tñ ſit v
trunq; falſiſſimum: Nam neq; ita lu
unt penas anime cum ad iſtam vitā
penalem denuo reuoluuntur: ⁊ omni
um uiuentium ſiue in celo ſiue in ter
ra nullus eſt conditor: niſi a quo fac
ta ſunt celum ⁊ terra. Nā ſi nulla cā
eſt viuendi in hoc corpore niſi propter
pēdēda ſupplicia: quomodo dicit idē
plato aliter mundum fieri non potuiſ
ſe pulcherrimum atq; optimum: niſi
omnium animalium id ē immortaliū
⁊ mortalium generibus impleretur?
Si aūt noſtra inſtitutio qua vel mor
tales conditi ſumus diuinum munus
eſt: quomodo pena eſt ad iſta corpora
id eſt ad diuina beneficia remeare? Et
ſi deus quod aſſidue plato cōmemo
rat: ſicut vniuerſi mundi ita oīū aīali
um ſpēs eterna intelligentia ꝯtiebat:
quō non ipſe cuncta condebat? An ali
quorum eſſe artifex nollet: quoꝝ effi
ciēdorū artē ieffabil' eius ⁊ ineffabilit'
laudabilis mens haberet? Merito igi'
vera eſt religio: que mundi vniuerſi
cum aīalium q; vniuerſorum hoc eſt
⁊ aīaꝝ ⁊ corpoꝝ conditorē agnoſcit:
⁊ predicat. In quibus terrenis precipu
us ab illo ad eius imaginem hō prop
ter eā cām quā dixi: ⁊ ſiqua forte alia
maior latet: factus eſt vnus: ſed non ī
lict⁹ sol⁹. Nihil.n.ē q; hoc gen⁹ tā diſ
cordioſum vitio. tā ſociale natura. Ne
q; cōmodius contra vitiū diſcodie vl'
cauēdū cū nondū exiſteret: vel ſanan
dū cum extitiſſet: natura loqueret' hu
mana: q; recordationem illi⁹ parentis
quem ꝓpterea deus voluit creare vnū
de quo mltitudo ꝓpagaret': vt hac ad
mōitiōe et i mltis ꝯcors vnitas ſuare
tur. Quod vero femia illi ex eius latē
facta eſt: etiam hinc ſatis ſignificatū
eſt q; cara mariti ⁊ vxoris debeat eſſe
cōiunctio. Hec opera dei propterea ſūt
vtiq; inuſitata: quia pria: q aūt iſta ñ
credūt: nulla facta prodigia debent
credere. Neq;.n. ⁊ ipſa ſi vſitato natu
re curriculo gignerentur: prodigia di
cerentur. Quid aūt tā ſub gubernati
one diuie ꝓuidētie: q̄uis eorū cauſa
lateat: q; monſtra gignuntur? Ait qdā
pſalmus facer. Uenite ⁊ videte opa do
mini q̄ poſuit prodigia ſr terram. Cur
ergo ex latere viri femina facta ſit: ⁊
hoc primum quodāmō prodigiū qd
preſugauerit: alio loco q̄tum me de⁹
adiuuarit dicam.

In primo hoīe ortā fuiſſe oēm ple
nitudinē generis humāi i q̄ preuidit:
deus que pars honorāda eſſet ꝑmio:
q̄ dānanda ſupplicio. c. xxvij.

n Unc quoniam liber iſte claudē
d⁹ eſt: in hoc prio hoie qui ꝑmi
tus factus eſt: nōdū qdē ſm euidētiam
iā tñ ſecundum dei preſcientiam: exor
tas fuiſſe exiſtimemus in genere hūa
no ſocietates tanq; ciuitates duas.
Ex illo.n. futuri erant hoies: alij mal'
angelis in ſupplicio: alij bonis i ꝑmio
ſociandi: q̄uis occulto dei iudicio: ſ;
tñ iuſto. Cū.n. ſcriptū ſit: vniuerſe vie
dñi miſericōdia ⁊ veritas: nec iniuſta
eius gratia: nec crudel' pōt eē iuſtitia.

Aurelij auguſtini de ciuita
te dei liber tertiuſdecim⁹.

De lapſu primorum hominum p
quē eſt contracta mortalitas. c. ꝑmū.

e XPEDITIS
de noſtri ſeculi
exortu ⁊ de ini
tio generis hūa
ni difficillimis q̄
ſtionibus: nunc
iam de lapſu pri
mi hominis im

mo primorum hominum: ⁊ de origīe ac propagine mortis humane diſputationibus a nobis īſtitutam: rerum ordo depoſcit. Non enim eo modo ꝙ angelos condiderat deus: ita cōdidit ⁊ homines: vt etiam ſi peccaſſent mori omnino non poſſent: ſed ita vt perfunctos obedientie munere: ſine interuentu mortis angelica immortalitas ⁊ beata eternitas ſequeretur: inobedientes autem mors amplecteret dānatione iuſtiſſima: quod etiam in libro ſuperiore iam diximus.

De ea morte que anime ſemper vtrunqꝫ victure acidere poteſt: ⁊ ea cui corpus obnoxium eſt. c. ij.

ſ Ed de ipſo genere mōtis video mihi paulo diligentius diſſerendū. Quāuis .n. humana anima veraciter immortalis perhibeatur: habet tamen ꝙdam etiam ipſa mortem ſuā. Nam ideo dicitur immortalis: quia modo quodam quantulocunqꝫ non deſinit viuere atqꝫ ſentire. Corpus autem ideo eſt mortale: quoniam a vita quaꝫ habet: deſeri poteſt: nec per ſe ipſum aliquatenus viuit. Mors igitur anime fit cum eam deſerit deus: ſicut corporis cum id deſerit anima. Ergo vtriuſqꝫ rei id ē totius hominis mōs eſt: cum anima a deo deſerta: deſerit corpus. Ita enim nec ex deo viuit ipſa: nec corpus ex anima. Huiuſmodi autem totius hominis mortem illa ſequitur quam ſecundam mortem diuinorum elloquiorum appellat auctoritas. Hanc ſaluator ſignificauit vbi ait. Eum timete qui habet poteſtatem ⁊ corpus ⁊ animam perdere in gehennam. Quod cum non antea fiat: ꝙ cū anima corpori ſic fuerit copulata vt nulla direptione ſeparēt̄: mirum videri pōt quō corpus ea morte dicatur occidi: qua non ab anima deſeritur: ſꝫ aiatū ſentienſqꝫ cruciatur. Nā illa pena vltīa ac ſempitna: de qua ſuo loco diligentius diſſerēdū eſt. recte mors anie dī: qꝛ ñ viuit ex deo: mors autem corporis quo nā modo: cum viuat ex aīa. Non. n. aliter poſſūt ipſa cōporalia que pꝰ reſurrectionem futura ſunt ſentire tormēta. An qꝛ vita qualiſcunqꝫ aliquod bonuꝫ ē: dolor aūt malū: ideo nec viuere corpus dicēdum ē: in quo aīa nō viuēdi cā eſt ſed dolendi? Uiuit itaqꝫ aīa ex deo cū viuit bene: non. n. pōt bene uiuere: niſi deo opante in ſe quod bonum eſt. Uiuit auteꝫ corpꝰ ex aīa: cum aīa uiuit in corpore: ſeu viuat ipā ſeu nō viuat ex deo. Impiorꝫ nanqꝫ ī corporibus vita ñ aīaꝝ ſed corporū vita eſt: quam pñt eis aīe ēt mortue hoc eſt a deo deſerte: quantulacunqꝫ propria vita ex qua etiam immortales ſīt nō deſiſtēte ꝓferre. Uerū in dānatione nouiſſima ꝙuis hō ſentire non deſinat: tñ qꝛ ſenſus ipſe nec voluptate ſuauis: nec quiete ſalubris: ſed dolore penal' ē: nō immerito mors ē potiꝰ appellata quaꝫ vita. Jō aūt ſa qꝛ poſt illam primā ē: qua fit coherentiū direptio naturarū ſiue dei aīe: ſiue aīe ⁊ corporis. De pria igitur corporis morte dici poteſt: ꝙ bonis bona ſit: mal' mala. ſecunda vero ſine dubio ſicut nullorum bonorum ē: ita nulli bona.

Utrū mors que per peccatū ꝑmoꝝ hoīum ī oēs hoies pertranſijt: etiā ſanctis pena peccati ſit. c. iij

n On autem diſſimulanda naſcitur queſtio: vtrū reuera mōs qua ſeparantur anima ⁊ corpus bōis ſit bona. Quia ſi ita eſt quomodo poterit obtineri: ꝙ etiaꝫ ipſa ſit pena peccati. Hanc eniꝫ primi homīes niſi peccauiſſent: perpeſſi vtiqꝫ non fuiſſent. Quo igitur pacto bona eſſe poſſit

bōis q̄ accidē nō poſſet niſi mal'.Sȝ rurſus ſi nō niſi malis poſſet accidē ñ deberet bōis bona eſſe ſȝ nulla.Cū .n.eēt ulla pena:in quibus non eſſent vlla punienda? Quapropter fatendū eſt:primos q̄dem hoīes ita fuiſſe iſtitutos:vt ſi non peccauiſſēt. nullū mōtis expirēt gen':ſȝ eoſdē prios peccatores ita fuiſſe mōte mlctatos:vt etiā q̄cquid eorū ex ſtirpe eēt exortū:eadeȝ pena teneretur obnoxium.

Cur ab. his qui per gratiam regenerationis ſunt abſoluti a peccato ñ auferatur mors.i.pena peccati.c.iiij.

n Oo enim aliud ex eis q̄ quod ipſi fuerāt naſceretur.Pro magnitudine quippe culpe illius: naturā dānatio mutauit in peius:vt quod penaliter preceſſit in peccātib' hoib' primis:etiam naturaliter ſequeretur in naſcentibus ceteris.Neq̄.n.hō ita ex hoīe:ſicut homo ex puluere. Puluis nanq̄ hoī faciendo materies fuit: hō autem homini gignendo parēs.Proinde quod eſt terra:non hoc eſt caro q̄uis ex terra facta ſit caro.Quod eſt autem parens homo:hoc ē ⁊ proles homo.In primo igitur hoīe p femiaȝ in progeniem tranſiturum vniuerſuȝ genus humanum fuit:qn̄ illa cōiugū copula diuinam ſñiam ſue dānatiōis excepit.Et quod homo fructus eſt :ñ cū crearetur:ſed cuȝ peccaret vt puniretur:hoc genuit:q̄tum quidē attinet ad peccati ⁊ mortis originem.Nō eiȝ ad infantilem hebetudinem ⁊ infirmitatem animi ⁊ corporis quā videmus in paruul':peccato vel pena illa r̄dacta ſit:que deus voluit eſſe tāq̄ p̄mordia catulorum:quoꝝ parentes i beſtialem vitam morteq̄ deiecerat:ſic ſcriptum eſt.Homo cum in honore eſſet non intellexit: comparatus eſt pecoribus non intelligentib':⁊ ſimil' factus eſt illis.Niſi q̄ infantes infirmiores ēt cernimus in vſu motuq̄ membrorum:⁊ ſenſu appetendi atq̄ vitandi q̄ ſunt aliorum tenerrimi fetus animaliuȝ:tanq̄ ſe tanto attollat excellētius ſupra cetera animātia vis humana:quanto magis impetum ſuum velut ſagitta cum arcus extēditur retrōſum reducta diſtulerit.Non ergo ad iſta infantilia rudimenta p̄ſūptiōe illicita ⁊ dānatione iuſta ꝓlapſus ē ipulſus eſt primus homo:ſed hactenus i eo natura humana vitiata atq̄ mutata eſt:vt repugnantem pateretur i mēbris inobedientiā concupiſcendi:⁊ ob id obſtringeretur neceſſitate moriendi:atq̄ ita quod vitio pena que fact' eſt.i. obnoxios peccato mortiq̄ generaret.A q̄ peccati vinculo ſi p mediatoris chriſti gratiam ſoluūtur īfātes: hanc ſolam mortem perpeti pñt que animam ſeiungit a corpore: in ſecundam vero illā ſine fine penalē:liberati a peccati obligatione non tranſeunt. Si quē vero mouet cur vel ipſā ñ patiātur:ſi ⁊ ipſa peccati pena eſt:quoꝝ p grāȝ reat' aboletur: iā iſta q̄o i alio noſtro opere quod ſcripſimus ō baptiſmo paruuloꝝ:tractata ⁊ abſoluta eſt.Ubi dictum eſt ad hoc relinqui aīe experimentum ſeparationis a corpoē q̄uis ablato iam criminis nexu:quoniam ſi regenerationis ſacramentum continuo ſequeretur immortalitas: corporis ipſa fides eneruaretur:q̄ tūc eſt fides quando expectatur in ſpe:qō in re nondum videtur.Fidei auteȝ robore atq̄ certamine:in maioribus dūtaxat etatibus etiam mortis fuerat ſuperandus timor:quod in ſanctis martyribus maxīe eminuit: cuius profecto certaminis eſſet nulla victoria nulla gloria:q: nec ipſum omnino poſſet eſſe certamen:ſi poſt lauacrum regenerationis iam ſancti non poſſēt mōtem ppeti corporalē. Cum paruulis

autem baptizandis qs non ad chriſti gratiã propterea potius curreret: ne a corpore ſoluerentur? Atqȝ ita ñ iuiſibili premio probaretur fides: ſed iaȝ nec fides eẽt: ꝯfeſti ſui operis querẽdo ⁊ ſumendo mercedem. Nũc vero maiore ⁊ mirabiliore grã ſaluatoris: in vſus iuſtitie peccati pena ꝯuſa eſt. Tũc n. dictum eſt homini morieris ſi peccaueris: nunc dr̃ martyri morere ne pecces. Tunc dictum ẽ ſi mandatum tranſgreſſi fueritis morte moriemini. nunc dicitur ſi mortem recuſaueritis mandatum tranſgrediemini. Quod tunc metuendũ fuerat: vt non peccaretur: nũc ſuſcipiendũ ẽ ne peccet̃. Sic ꝑ ineffabilem dei miſericordiam: ⁊ ipſa pena vitiorum tranſit in arma uirtutis: ⁊ fit iuſti meritũ etiã ſuppliciũ peccatoris. Tunc enim mors eſt acquiſita peccando: nũc impletur iuſtitia moriendo. Uerum hoc in ſanctis martyribus: quibus alterutrum a perſecutore proponitur. vt aut deſerant fidem aut ſufferant mortem. Juſti. n. malũt credendo ꝑpeti: quod ſunt primi iniq̃ non credendo perpeſſi. Niſi enim peccaſſent illi ñ morerentur: peccabunt autem iſti niſi moriantur. Mortui ſũt ergo illi quia peccauerunt: non peccãt iſti quia moriuntur. Factum eſt ꝑ illorum culpam vt veniretur in penam: fit per iſtorum penam ne veniatur in culpaȝ: non quia mors bonum aliqđ facta eſt: que antea malum fuit: ſed tãtaȝ deus fidei preſtitit gratiã: vt mõs quam vite cõſtat eſſe contrariam inſtrumentum fieret: per quod tranſiretur in vitam.

Q sicut iniqui male vtuntur lege que bona eſt: ita iuſti bene vtũtur mõte que mala eſt. c. v.

a Poſtolus enim cum vellet oſtẽdere quantum peccatum gratia non ſubueniente ad nocendũ valeret: etiam ipſam legem qua prohibetur peccatum non dubitauit dicere virtutem eſſe peccati. Aculeus inquit mortis eſt peccatum: virtus autem peccati lex veriſſime omnino. Auget enim ꝓhibitio deſiderium operis illiciti: quãdo iuſtitia non ſic diligitur: vt peccandi cupiditas eius delactatione vicat̃. Ut autem diligatur ⁊ delectet vera iuſtitia. non niſi diuina ſubueĩt gratia. Sed ne propterea lex putaretur malum: quoniaȝ virtus eſt dicta peccati: ideo ipſe alio loco uerſans huiuſmõi queſtionem inquit. Lex quidem ſancta ⁊ mandatum iuſtum ⁊ ſanctum et bonũ. Quod ergo bonũ inquit: mihi factum eſt mors? Abſit: ſed peccatum vt appareat peccatum: per bonum mihi operatum eſt morteȝ: vt fiat ſupra modum peccans peccatum per mandatum. Supra modum dixit: quia ẽt preuaricatio additur: cum peccandi aucta libidine etiam lex ipſa contemnitur. Cur hoc commemorãduȝ purauerimus? Quia ſcilicet ſicut lex nõ eſt malum quando auget peccantiuȝ concupiſcentiam: ita nec mors bonuȝ eſt quando auget patientium gloriaȝ cum vel illa pro iniquitate deſeritur ⁊ efficit preuaricatores: vel iſta ꝓ veritate ſuſcipitur ⁊ efficit martyres. Ac per hoc lex quidem bona ẽ: quia ꝓhibitio eſt peccati: mors autem mala: q: ſtipendium eſt peccati. Sed queãdmodum iniuſti male vtuntur non tantuȝ malis verum etiam bonis: ita iuſti bene non tantum bonis ſed etiam mal̃. Hinc fit: vt ⁊ mali male lege vtantur q̃uis ſit lex bonum: ⁊ boni bene moriantur q̃uis ſit mors malum.

De generalis mõtis malo quo anime ⁊ corporis ſocietas ſeparat̃. c. vi.

q Uapropter quod attinet ad cõ

poris mortem .i. ſeparatione anime a corpore: cum eam patiūtur qui mo rientes appellantur: nulli bona eſt. hȝ enim aſperum ſenſum ⁊ contra natu ram: vis ipſa qua vtrūq; diuellit qȯ fuerat in viuente coniunctum atq; cō ſertum: q̄diu moriatur: donec omnis adimatur ſenſus qui ex ipſo inerat a nime carniſq; cōplexu quā totā moleſ tiā nōnūq̄ vnus ictus corporis ł anie raptus intercipit: nec eam ſentiri p̄ueni ēte celeritate permittit. Quicq̄d tñ illȯ eſt i morientibus: quod cum graui ſē ſu adimit ſenſum: pie fideliterq; tole rando auget meritum patientie: non aufert vocabulum pene. Ita cū ex ho minis primi perpetuata propagine ꝓ culdubio ſit mors pena naſcentis: ta men ſi pro iuſtitia pietateq; pendatur fit gloria renaſcentis: ⁊ cum ſit mors peccati retributio: aliquādo impetrat ut nil retribuatur peccato.

De morte qua non regenerati per chriſti confeſſionem ſuſcipiunt. c. vij.

N Am quicunq; ēt non percepto regenerationis lauacro ꝓ chri ſti confeſſione moriuntur: tm̄ eis valȝ ad dimittenda pecca: quātū ſi abluerē tur ſacro fonte baptiſmatis. Qui.n. dixit ſi non renatus fuerit ex aqua et ſp̄u ſancto ñ intrabit in regnum celoꝝ alia ſn̄ia iſtos fecit exceptos vbi non minus generaliter ait: qui me confeſ ſus fuerit coram hoībus confitebor ⁊ ego eum coram pr̄e meo qui i celis ē. Et alio loco qui perdiderit animam ſuam propter me inueniet eam. Hinc ē qȯ ſcriptū e. Precioſa in conſpectu dñi mors ſctōꝝ eius. Quid enim p̄ cioſius q̄ mōs: per quam fit vt etiam delicta omnia dimittantur: ⁊ merita cumulatius augeantur. Neq; enim tā ti ſunt meriti: qui cum mortem differ re ñ poſſent baptizati ſunt: deletiſq; ō nibus peccatis ex hac vita emigrarūt: quanti ſunt hi qui mortem differre cū poſſent ideo non diſtulerūt: quia ma luerunt chriſtum confitēdo finire hāc vitā: q̄ eū negādo ad eius baptiſmū peruenire. Quod vtiq; ſi feciſſent: etiā hoc eis in illo lauacro dimitteretur: q̄ tiore mortis negauerāt chriſtū: i quo lauacro etiaȝ illꝰ facinus tam immāe dimiſſum eſt: qui occiderāt chriſtum: ſed quando in abundantia grē ſpiritꝰ illius qui vbi vult ſpirat: tantum chri ſtum amare poſſent: vt eum in tanto vite diſcrimine ſub tanta ſpe venie ne gare non poſſent. Mors igitur p̄cio ſa ſctōꝝ: qbꝰ cū tāta grā p̄miſſa ⁊ p̄ rogatiua mors chriſti: vt ad deum ac q̄rēdū ſuā nō cūctarētur ipēdē aiam: i eos vſus redactū eſſe mōſtrauit qȯ ad penā peccātis antea fuerat cōſtitu tum: vt īn̄ iuſtitie fructus vberior naſ ceret. Mors ergo ñ iō bonū videri dȝ q: in tātā hūilitatē ñ in ſua ſed diuia opitulatiōe cōuſa eſt: ut que tūc me tuēda ꝓpoſita ē ne peccatū cōmittere tur: nūc ſuſcipiēda ꝓpōit vt peccatū nō cōmittat: cōmiſſūq; deleatur: ma gneq; victorie ȯbita iuſtitie palma red datur.

Q: in ſanctis prie mortis ꝓ vītate ſuſceptio ſe ſit mōtis abſolutio. c. viij.

S I.n. diligentius conſideremus ēt cū q̄ſq; ꝓ veritate fidelr ⁊ lau dablr morit: mors cauet. Iō q̄ppe ali q̄d eius ſuſcipit ne tota cōtingat: ⁊ ſe inſr q̄ nūq̄ finiatur accedat. Suſcipit .n. aie a corpore ſeparatio: ne deo ab aia ſeparato ēt ipſa ſeparet a corpor: ac ſic totius hōis prīa morte cōpleta ſe excipiat ſēpiterna. Quo circa mors q̄dē ut dixi cū eā morientes patiūt cuiq; in eis vt moriantur facit: nemini bōa ē: ſȝ laudabiliter toleratur ꝓ tenendo vel adipiſcendo bono. Cum vero i ea

ſunt qui iaꝫ mortui nuncupantur: nõ abſurde dĩ ⁊ malis mala: ⁊ bonis bona. In requie enim ſunt aĩe piorum a corpore ſeparate: impioꝝ aũt penas luunt: donec iſtaꝝ ad eternam vitam illarum vero ad eternam mortem q̃ ſecunda dicitur corpora reuiuiſcant.

Tempus mortis quo vite ſenſus aufertur in morientibus an mortuis eſſe dicendum eſt. c. ix.

ſ Ed id tempus quo aĩe corpore ſeparate aut in bonis ſũt aut in mal': vtrum poſt mortẽ potiꝰ an in mõte dicendum eſt. Si enim poſt mõtem eſt: iam non ipſa mors que tranſacta atqꝫ preterita eſt: ſed poſtea vita pñs aĩe ſuic bona ſeu mala eſt. Mors aũt tunc eis mala erat: quando erat: hoc eſt quando eam patiebantur cũ morerent': qm̃ grauis ⁊ moleſtus eis inerat ſenſus quo malo bene vtuntur boni. Peracta autẽ mors: quo nã mõ vel bona vel mala eſt: que iam ñ ẽ? Põro ſi adhuc diligentius attendamus: nec illa mors eſſe apparebit: cuius grauẽ ac moleſtum in morientibus diximꝰ ſenſum: Quãdiu eniꝫ ſentiunt adhuc vtiqꝫ uiuunt: ⁊ ſi adhuc viuunt: ante mortem q̃ꝫ in morte potius eẽ dicẽdi ſunt: qꝛ illa cum venerit aufert omneꝫ corporis ſenſum: qui ea propinquãte moleſtus eſt. Ac p hoc quomodo morientes dicamus eos qui nonduꝫ mõtui ſunt ſed imminente morte iam extrema ⁊ mortifera afflictione iactãtũ: explicare difficile eſt: etiam ſi recte iſti appellantur morientes: quia cũ mõs que iam imminet aduenerit: non morientes ſed mortui nuncupantur. Nullus eſt ergo moriens niſi uiuẽs: qm̃ cũ in tanta eſt extremitate vite: in quãta ſunt quos agere animam dicimus ꝓfecto qui nonduꝫ aĩa caruit adhuc uiuit. Idem ipſe igit' ſil' ⁊ moriens eſt et uiuens: ſed morti accedens vita decedens: adhuc tamen in vita: quia ineſt anima corpori: nondum autem in mõte: qꝛ nondum abſceſſit a corpore. Sꝫ ſi cuꝫ abſceſſerit nec tunc in morte ſꝫ poſt mortem potius erit: quando ſit in morte quis dixerit? Nam neqꝫ vllꝰ moriens erit ſi moriens ⁊ viuẽs nullꝰ eſſe poteſt ſimul. Quandiu quippe aĩa in corpore eſt: non poſſumꝰ negaĩ viuentem. Aut ſi moriens potius dicẽdus eſt: in cuius iam corpore agitur: vt moriatur: nec ſimul quiſq̃ꝫ poteſt eſſe viuẽs ⁊ moriẽs: qñ ſit viuẽs neſcio.

De vita mõtalium q̃ mors potiꝰ q̃ꝫ vita dicenda eſt. c. x.

e X quo enim quiſqꝫ in iſto corpore morituro eſſe ceperit: nunq̃ꝫ in eo ñ agit' ut mors veniat. Hoc. n. agit eiꝰ mutabilitas toto tpe vite huius: ſi tñ vita dicenda ẽ: ut ueniatur ĩ mortem. Nemo q̃ppe ẽ qui ñ ei pꝰ annum ſit q̃ꝫ ante annum fuit: ⁊ cras q̃ꝫ hodie: ⁊ hodie q̃ꝫ heri: ⁊ paulopoſt q̃ꝫ nunc: ⁊ nunc q̃ꝫ pauloante morti ꝓpinquiõ: qm̃ q̃cquid temporis viuitur de ſpacio uiuendi demitur: ⁊ quotidie fit minus minuſqꝫ quod reſtat: vt oĩno nihil ſit aliud tempus vite huius: q̃ꝫ curſus ad mortem. In quo nemo uel paululum ſtare vel aliquanto tardiꝰ ire permittitur: ſed vrgentur õẽs pari motu: nec diuerſo ĩpellũt' acceſſu. Neqꝫ. n. cui vita breuior fuit: celerius diẽ duxit q̃ꝫ ille cui longior: ſed cum equalit' ⁊ equalia momenta raperentur ã bobus: alter habuit propius alter remotius quo ñ impari velocitate ãbo currebant. Aliud ẽ aũt amplius uie ꝑegiſſe aliud tardius ambulaſſe. Qui ergo uſqꝫ ad mortẽ ꝓductiora ſpacia tpis agit: non lentius pergit: ſed plus itineris conficit. Porro ſi ex illo q̃ſqꝫ ĩcipit mori hoc eſt eſſe in mõte: ex q̊ in

mõte ex ꝗ ĩ illo agi cepit ipſa mors.i.
vite detractio qꝛ cũ detrahẽdo finita
fuerit pꝰ moꝛtem iã erit non in mõte:
profecto ex quo eſſe incepit in hoc cõ
pore i moꝛte ẽ. Quid.n. aliud diebus
hoꝛis momentiſq; ſingulis agit᷑:dõec
ea conſumata moꝛs que agebatur im
pleatur:⁊ incipiat iam tp̄us eſſe poſt
mortem:qd̾ cum vita detraheret᷑ erat
in moꝛte? Nunꝙ igitur in vita homo
eſt:ex quo eſt in iſto corpore morien
te potiꝰ ꝙ viuẽte:ſi ⁊ in vita ⁊ i mõte
ſimul non poteſt eſſe. An potiꝰ ⁊ in vi
ta ⁊ i mõte ſil̾ eſt:in vita .ſ.i qua viuit
donec tota detrahatur:in moꝛte autẽ
quia iam moꝛitur cui vita detrahit᷑?
Si enim non eſt in uita:quid eſt qd̾ d̾
trahitur donec eius fiat perfecta con
ſumptio.

An quiſꝙ ſimul ⁊ viuens poſſit eſ
ſe ⁊ mortuus.c.xi.

S I autem non eſt in moꝛte:qd ẽ
vite ipſa detractio? Non enim
fruſtra cũ vita fuerit cõpoꝛi tota detꝛa
cta:poſt mõtẽ iã dꝛ:niſi qꝛ moꝛs erat
cũ detraheret᷑. Nam ſi ea detracta nõ
ẽ homo in moꝛte ſed poſt mõtẽ qñ ni
ſi cum detꝛahitur erit in moꝛte? Si au
tem abſurdum eſt:ut hominem añꝙ
ad moꝛtem peꝛueniat iam eſſe dicamꝰ
in moꝛte:cui enim propinquat pagen
do vite ſue tempoꝛa:ſi iã i illa eſt:ma
xime quia nimis eſt inſolens vt ſiml̾
⁊ viuens eſſe dicatur ⁊ moꝛiens:cum
vigilans ⁊ dõmiens ſimul eſſe nõ poſ
ſit: querendum eſt quando erit moꝛi
ens. Etenim anteꝙ mors veniat non
eſt moriens ſed viuens:cuꝫ vero mõs
venerit mortuus erit non moꝛiens.
Illud ergo eſt adhuc ante moꝛtem
hoc iam poſt moꝛtem. Quando ergo
in moꝛte? Tunc enim eſt moꝛiens: ut
quemadmodum tria ſunt cum dicimꝰ
ante mortem:i morte ⁊ pꝰ moꝛtẽ: ita
tria ſingulis ſingl̾a:viuẽs moriẽs mõ
tuuſq; ꝛeddant᷑. Quando itaq; ſit mo
riens.i.in morte: ubi neq; ſit viuens
quod eſt añ moꝛtem: neq; mortuꝰ qd̾
eſt poſt moꝛtem:ſed moriens id eſt in
morte difficillime diffinitur. Quãdiu
quippe eſt anima incorpore maxime
ſi etiam ſenſus adſit: proculdubio vi
uit homo qui conſtat ex anima ⁊ cor
pore:ac per hoc adhuc ante moꝛtem
non in morte eſſe dicendus eſt. Cum
vero anima abſceſſerit:omnẽq; abſtu
lerit corporis ſẽſũ:iã poſt moꝛtẽ mor
tuuſq; perhibetur. Perit igitur inter
vtrunq;:quo moriens vel in mõte ſit.
Quoniam ſi adhuc viuit ante mortẽ
eſt:ſi viuẽ deſtitit iaꝫ poſt poſt mortẽ
eſt. Nũꝙ ergo moriens.i. in morte eẽ
comprehenditur. Ita etiam in trãſcuꝛ
ſu temporũ queritur pñs nec inuenit᷑:
quia ſine vllo ſpacio ẽ:per quod trãſi
tur ex futuro in pꝛeteritum. Nonne eꝛ
go uidendum eſt:ne iſta ratione mõs
corporalis nulla eſſe dicatur? Si eniꝫ
eſt:quando eſt:ꝗ in nullo ⁊ in qua ul
lus eſſe non poteſt:quandoquidẽ ſi vi
uitur adhuc nõ eſt:quia hoc ante mõ
tem non i moꝛte? Sed rurſus ſi nulla
mors eſt:ante quid vel poſt quid ẽ qd̾
dꝛ ante mortem ſiue poſt morteꝫ? Nã
⁊ hoc inaniter dicitur:ſi mors nulla
eſt. Atq; vtinam in paradiſo bene ui
uendo egiſſemus:ut reuera nulla eẽt
mors? Nunc autem non ſolum ẽ veꝝ
ẽt tam moleſta ẽ:vt nec ulla explicari
locutione poſſit:nec ulla rõne vitari.
Loquamur ergo ſm̄ conſuetudinem
nõ.n.aliter debemus:⁊ dicamꝰ ante
mõtẽ priuſꝙ mors accedat:ſicut ſcrip
tũ ẽ:añ mortem ne laudes hoieꝫ quẽ
ꝙ. Dicamꝰ etiam cum acceſſerit: poſt
moꝛtẽ illius vel illius factum eſt illud
vel illud. Dicamus ⁊ de preſẽti tp̄e vt
poſſumus:uelut cum ita loq̄mur:mo
riens:ille teſtatus eſt:⁊ illis atq; illis
illud atq; illud moriẽs dereliq̄t:ꝙuis

hoc niſi viuens ſolo facere non poſſz: ⁊ potius hoc ante mortem fecerit nõ in morte. Loquamur etiam ſicut loq̃t ſcriptura diuina: que mortuos quoqꝫ ñ poſt mortẽ ſed in morte eſſe non dubitat dicere. Hinc enim ẽ illud. Qm̃ ñ ẽ in morte qui memor ſit tui. Donec enim reuiuiſcant: recte eſſe dicuntur ĩ morte: ſicut in ſomno eſſe quiſqꝫ dõec euigilet dicitur. Quamuis in ſomno poſitos dicamꝰ dormiẽtes: nõ tñ eo mõ poſſumus dicere eos q̃ iam ſunt mortui morientes. Non enim adhuc moriunt̃ qui q̃tũ attinet ad corporis mortẽ dõ qua nũc diſſerimꝰ: iã ſũt a cõporibus ſeparati. Sed hoc eſt quod dixi explicari aliqua locutiõe ñ poſſe: quõ uel morientes dicantur viuẽ: vel iam mortui ẽt poſt mortem adhuc eẽ dicantur in morte. Quõ.n. poſt mortem ſi adhuc in morte: preſertim cum eos nec morientes dicamꝰ: ſicuti eos q̃ in ſõno ſunt dicimꝰ dormientes ⁊ q̃ in languore languentes: ⁊ q̃ in dolore vtiqꝫ dolentes ⁊ q̃ in vita viuẽtes. At vero mortui prius q̃ reſurgant eſſe dicuntur in morte: nec tamen poſſunt apellari morientes. Uñ ñ importune neqꝫ incongrue arbitror dicere ⁊ ſi non hũana iduſtria iudicio fortaſſe diuina vt hoc vbũ qd̃ eſt morit̃. in latia lingua nec grãmatici decliare potuerint ea regula qua cetera talia declinant̃. Nãqꝫ ab eo qd̃ eſt orit̃ fit vbum p̃teriti tp̃is ortꝰ ẽ: ⁊ ſi qua ſimilia ſunt que p tp̃is preteriti participia declinantur. Ab eo võ quod ẽ moritur ſi querãmꝰ preteriti tẽporis vbum: reſponderi ſolet mortuus ẽ vt littera gemiata. Sic eniz dicitur mortuus quomodo fatuus: arduus: carduꝰ: cõſpicuꝰ: ⁊ ſi qua ſimilia que non ſũt preteriti tp̃is: ſed qm̃ noia ſunt ſine tempore declinãt̃. Illud autem quaſi vt declinetur qd̃ declinari non poteſt: p participio preteriti temporis ponitur nomen. Conuenienter itaqꝫ factum ẽ: vt quẽadmodum id quod ſignificat nõ poteſt agẽdo: ita ipſũ uerbuz ñ poſſet loquẽdo declinari. Agi tñ põt in adiutorio gr̃e redemptoris noſtri: vt ſaltem ſecundã mortem declinare poſſimus. Illa.n. eſt grauior ⁊ omniuz maloꝝ peſſima que non fit ſeparatione anime ⁊ corporis: ſed in eternam penam potius vtriuſqꝫ complexu. Ibi econtrario nõ erunt homines ante mortem atqꝫ pꝰ mortem: ſed ſẽper in morte: ac p hoc nunq̃ viuentes: nunq̃ mortui: ſed ſiñ fine morientes. Nunquã enim erit homini peius in morte: q̃ vbi erit mors ipſa ſine morte.

Quaz mortẽ primis hoĩbus deus ſi mandatum eius tranſgrederentur fuerit comminatus. c. xij.

Cum ergo requiritur: quã mortẽ deꝰ primis hoibꝰ fuerit cõminatus ſi ab eo mandatum tranſgrederent̃ acceptum: nec obedientiam cuſtodirent: vtrum anime an corporis: an totius hominis: an illã q̃ appellat̃ ſa. Reſpondendũ ẽ: õẽs. Prima enim cõſtat ex duabus: ſecunda ex omnibus tota. Sicut.n. vniuerſa terra ex mł̃tis terris: ⁊ vniuerſa eccleſia ex multis ꝯſtat eccl̃ijs: ſic vniuerſa mors ex omnibus conſtat: quoniaz prima ex duabus: vna aĩe altera corporis: vt ſit p̃ma totius hominis mors: cũ aĩa ſine deo ⁊ ſine cõpoꝛ penas luit: ſa võ vbi aĩa ſiñ deo cũ cõpore penas et̃nas luit. Quãdo ergo dixit deꝰ prĩo illi hõi quẽ in paradiſo conſtituerat: de cibo vetito: quacũqꝫ die ederitis ex eo morte moriemini: non tm̃ prime mortis ptem priorez vbi anima priuatur deo: nec tantum poſteriorem vbi corpus priuatur anima: nec ſolam ipſam totam primã vbi aĩa ⁊ a deo ⁊ corpoꝛ ſeparata punitur: ſꝫ q̃cquid mõtis ẽ vſꝫ

ad nouiſſimam q̄ ſa dicitur:qua ē nulla poſteriō cōminatio illa cōplexa ē.

Preuaricatio primorū hoīnū quā primā ſenſerit penam.c.xiiij.

n Am poſteaq̄ precepti facta trāſgreſſio ē:cōfeſtim gr̄a deſerēte diuina ō copoꝝ ſuoꝝ nuditate confuſi ſunt:vnde ēt folijs ficulneis que forte a perturbatis pena cōperta ſūt pudenda texerūt. Que prius eadē mēbra erant ſed pudenda ñ erāt: ſenſerūt.n. nouum motū iobedientis carnis ſue: tāq̄ reciprocā penā iobediētie ſue. Jā q̄ppe aīa libertate in peruerſū ꝑpria delectata:⁊ deo dedignata ſeruire:priſtino corporis ſeruitio deſtituebat̄. Et qr ſupiorē dūm ſuo arbitrio deſuerat:inferiorē famulū ad ſuū arbitriū ñ tenebat:nec ōimō hēbat ſbditā carnem ſicut ſemper hīe potuiſſet: ſi deo ſubdita ipſa manſiſſet. Tūc ergo caro cepit concupiſcere aduerſus ſpm:⁊ ſpſ aduerſus carnē. Cū qua ꝯtrouſia nati ſum᷑:trahētes originē mōtis i mēbris nr̄is vitiatāq; naturā:cōtentionē ei᷒ ſiue victōiā ō p̄ia p̄uaricatōe geſtātes.

Qual'hō ſit fact᷒ a deo:⁊ in quaʒ ſortē deciderit ſue volūtatis arbit̄o.c.xiiij.

d Eus enim creauit hoīeʒ rectū: naturarū auctor nō vtiq; vitiorꝫ ſed ſpōte deprauat᷒ iuſteq; dānat᷒ deprauato dānatoſq; generauit. Omnes.n.fuimus in illo vno:quādo omnes ille vnus corrupit qui per feminā lapſus eſt in peccatum:que de illo facta eſt ante peccatum. Nondum erat nobis ſigillatim creata ⁊ diſtributa fōma in qua ſinguli uiueremus:ſed iaʒ natura erat ſemialis ex qua purgaremur:q̄ ſcilicet propter peccatum vitiata ⁊ vinculo mōtis obſtricta iuſteq; dānata:non alterius ꝯditiōis homo ex hoīe naſceretur:ac p hoc a liberi arbitrij malo vſu ſies calamitatis huius exorta eſt:que humanum gen᷒ origie deprauata velut radice corrupta: vſq; ad ſecunde mortis exitū que non hꝫ fineʒ: ſolis eis exceptis qui per dei gr̄aʒ liberāt̄:miſiaꝝ ꝯnexiōe ꝑducit.

Quod adam peccās prius reliq̄rit deū q̄ ē linquēt̄ a deo: ⁊ primā fuiſſe aīe mortē a deo receſſiſſe.c.xv.

q Uamobrem etiaʒ in eo quod dictū eſt morte moriemini:qm̄ non eſt dictum mortibus eam ſolam intelligamus que fit cum anima deſitur ſua vita quod illi deus eſt:non.n. deſerta eſt ut deſereret:ſed ut deſereretur deſeruit. Ad malum quippe eius prior eſt voluntas eius:ad bonum vero eius prior eſt voluntas creatoris eius:ſiue ut eaʒ faceret que nulla erat: ſiue ut reficiat que lapſa perierat: etiā ſi hanc intelligamus deum denunciaſſe mortem in eo q̄ ait:qua die ederitis ex illo morte moriemini:tanq̄ diceret:qua die me deſerueritis per inobedientiam deſeram uos per iuſtitiam: profecto in ea morte etiam cetere denunciate ſūt:que proculdubio fuerāt ſecuture. Nam in eo q̄ inobediēs motus in carne ex motu anime inobedientis exortus eſt:propter quem pudēda texerunt:ſenſa eſt mors vna in q̄ deſeruit animam deus:ea ſignificata eſt verbis eius:quando timore deambulantis ſeſe abſcondenti homini dixit: Adam vbi es? Non vtiq; ignorando querens:ſed increpādo admonēs: vt attenderet vbi eſſet:inquo non eſſꝫ deus. Cum vero iam corpus aīa ipſa deſeruit etate corruptum ⁊ ſenectute confectum:venit in experimentum mors altera de qua deus peccatū adhuc puniēs homini dixerat. Terra es

⁊ in terrã ibis:vt ex his duabus mõs illa pria que totius ē hominis cõple retur:quam ſecunda in vltimo ſequit̃ niſi bono per gratiam liberetur. Ne ꝗ enim corpus quod de terra eſt redi ret in terram:niſi ſua mõte que illi ac cidit cum deſeritur ſua vita id eſt ani ma.Unde conſtat īter chriſtianos ve raciter catholicam tenentes fidem etiam ipſam nobis corporis mortem non lege nature qua nullam mortem homini deus fecit:ſed merito ĩflictam eſſe peccati:qm̃ peccatum vindicans deus dixit homini in quo tũc ões era mus:terra es ⁊ in terram ibis.

De philoſophis qui aĩe ſeparatio nē a corpore ñ putant eē penalē: cum plato inducat ſũmum deũ minorib' ꝑ mittentem:ꝙ nunꝙ ſint corporib' ex uendi.c.xvi.

q Uāobrem nullus prudens rerꝫ exiſtimator dubitauerit cain n̄ ſolū aliquā:verū ēt magnam potuiſſe condere ciuitatē:quando in tālongu₃ tp̄us protendebatur vita mortalium: niſi forte infidelium quiſpiā ex ip̄a numeroſitate annorum nobis ingerat queſtiōem:qua vixiſſe tūc hoīes ſcriptum eſt in auctoritatibus noſtris: et hoc neget eē credendum. Jta quippe non credunt etiam magnitudines corporum longe ampliores tūc fuiſſe q̄ nunc ſunt. Unde ⁊ nobiliſſimus coꝝ virgilius de ingenti lapide quem in agrorum limite infixum vir fortis illorum temporum pugnans ⁊ rapuit:⁊ cucurrit ⁊ intorſit ⁊ immiſit. Uix illū inq̄t lecti bis ſex ceruice ſbirent. Qualia nunc hominum producit corpora tellus:ſignificans maiora tunc corpora producere ſolere tellurem. Quanto magis igitur temporibus recentioribus mundi:ante illud nobile diffamatūq₃ diluuiū. Sed de corporū magnitudine plerūq₃ incredulos nudata p vetuſtatē ſiue per vi₃ fluminū varioſq₃ caſus ſepulcra conuicūt:vbi apparuerūt vel vnde ceciderūt incredibilis magnitudinis oſſa mortuorū. Uidi ipſe n̄ ſolꝰ ſed aliqui mecum i vticēſi littore molare₃ hōis dente₃ tam ingentem:vt ſi i noſtrorum dentiū modulos minutatī concideretur:centum nobis videretur facere potuiſſe. Sed illum gigantis alicuius fuiſſe crediderimus. Na₃ preter quod erant omnium mlto maiora q̄ n̄ra tunc corpora gigantes ante longe ceteris antecibāt. Sicut alijs deīn n̄riſq₃ temporibus rari quidem:ſ₃ nunq̄ ferme defuerūt q̄ modū aliorum plurimum excederēt. Plinius ſus doctiſſimus homo q̄to magis magiſq₃ preterit ſecl'i excurſus minora cōpora naturā ferre teſtatur. Quod etiam homerum cōmemorat ſepe carmine fuiſſe conqueſtum: non hec uelut poetica figmēta deridēs: ſ₃ ita hiſtoricam fidem tanq̄ miraculo

rū̃ naturaliū̃ ſcriptoꝛ aſſumēs. Ueruꝫ
vt dixi antiquorū̃ magnitudies coꝛpo
rum: inuenta plerunqꝫ oſſa quoniam
diuturna ſunt etiā multo poſterioꝛibꝰ
ſeculis produnt: annoꝝ aūt numeꝛoſi
tas cuiuſqꝫ hōinis qui tp̄ibus illꝰ fuit:
nullꝰ nunc talibus documētis vēire i ex
pimētū̃ pōt. Nec tñ iō fides ſacre huic
hiſtoꝛie derogāda eſt cuiꝰ tanto impu
dētiꝰ narrata ñ credimꝰ: quāto ipleri
certius pꝛenū̃ciata conſpicimus. Dicit
tñ etiaꝫ ideꝫ pliniꝰ eē adhuc gentē vbi
ducentos ānos viuitur. Sic ergo hū̃a
narū̃ vitarū̃ diuturnitates quas exp
ti non ſumꝰ: hodie hēe credūtur inco
gnita nobis loca: cur nō hūiſſe credātꝰ
⁊ tp̄a: An vō eſt credibile alicubi eſſe
quod hic non eſt: ⁊ icredibile aliqñ fu
iſſe quod nunc non eſt?

De differentia q̄ intꝰ hebreos ⁊ no
ſtros codices videntꝰ annorū̃ numeri
diſſonare. c. x.

q Uo circa ⁊ſi itꝰ hebreos ⁊ nr̄os
codices de ipſo nū̃ero annoruꝫ
nonnulla videtꝰ eē diſtātia: qȯ ignoro
qua rōne ſit fc̄um: non tamen tāta ē:
ut illos hoies tā longeuos fuiſſe diſ
ſētiant. Nam ipſe hō primꝰ adam añ
q̄ꝫ gigneret filium q̄ ē appellatus ſeth
ducentos triginta vixiſſe annos repitꝰ
in codicibus nr̄is: in hebreis aūt cētū̃
triginta perhibetꝰ. Sꝫ poſteaq̄ꝫ eū̃ gēu
it ſeptingentos vixiſſe legitꝰ in nr̄is: oc
tingentis vero in illꝰ. Atqꝫ ita in vtriſ
qꝫ vniuerſitatis ſumma concoꝛdat: ac
deinde per conſequētes generatiōs ā
teq̄ꝫ gignatꝰ qui gigni cōmemoratur:
minus vixiſſe apud heberos pater eiꝰ
inuenitur centum ānos: ſed poſteaq̄ꝫ ē
genitus: idē ipſe centum minꝰ q̄ꝫ i he
breis inueniuntur i nr̄is. Atqꝫ ita hic
⁊ inde numeri vtriuſqꝫ vniuerſitas cō
ſonat. In ſexta auteꝫ geneꝛatione nuſ
q̄ꝫ vtriqꝫ codices diſcrepant. In ſepti
ma vero vbi ille qui natus eſt enoch:
ñ moriuꝰ ſed q̄ꝫ deo placuerit trāſlatꝰ
eē narratur: eadē diſſonātia ē que in
ſuperioꝛibus quinqꝫ de centum annis
añq̄ꝫ gigneret eum qui ibi cōmemoꝛa
tus eſt filium atqꝫ ita in ſūma ſimilis
conſonantia. Uixit enim ānos anteq̄ꝫ
tranſferretur ſꝫ vtroſqꝫ codices trecē
tos ſexagintaquinqꝫ. Octaua genera
tio habet quidem nōnullā diuerſitatē
ſed miorem ac diſſimileꝫ ceteris. Ma
tuſalem quippe quē genuit enoch: añ
q̄ꝫ gigneret eum qui in ipſo oꝛdine q̄
rurſus in noſtris poſteaq̄ꝫ eū̃ genuit ī
periuntur additi: ⁊ in vtriſqꝫ ſibi ſum
ma vniuerſi numeri occurrit. In ſola
nona generatione. i. in annis lamech
filij matuſalē patris aūt noe: ſumma
vniuerſitatis diſcrepat: ſed non pluri
mum. Uiginti enim ⁊ quatuō annos
plus vixiſſe in hebreis q̄ꝫ in noſtꝛis co
dicibus inuenitur. Nā anteq̄ꝫ gigneꝛet
filium qui vocatus eſt noe: ſex minus
hꝫ in hebreis q̄ꝫ in nr̄is: poſtea vero q̄ꝫ
eum genuerit: triginta āplius in eiſdē
q̄ꝫ in nr̄is. Unde ſex illis detractis reſ
tant viginti quatuor vt dictum eſt.

De annis matuſalem: cuius etas. x
iiij. annis videtꝰ diluuiū̃ excedē. c. xi.

p Eer hanc aūt diſcrepātiā hebꝛe
orū̃ codicū̃ atqꝫ nr̄oꝝ exoꝛitur
illa fāoſiſſima q̄o: vbi matuſaleꝫ qua
tuoꝛdecim annos vixiſſe poſt diluuiū̃
computatꝰ: cū̃ ſcriptura ex ōibus qui i
terra tunc fuerāt ſolos octo hoies in
arca exitum commemoꝛet euaſiſſe di
luuij: in quibus matuſalem non fuit.
Secundum codices enim nr̄os matu
ſalem enim priuſq̄ꝫ gigneꝛet illum quē
vocauit lamech: vixit annos cētū̃ ſexa
gita ſeptē: deiñ ipſe lamech āteq̄ꝫ ex il
lo natus eſſet noe vixit annos centuꝫ
octogitaocto: q̄ ſilꝰ fiunt tercētiquiqua
giutaq̄nqꝫ. His addūturꝰ ſexcenti noe

quoto eius anno diluuiũ factum ē:q̃ fiunt nongenti quinquagintaquinq̧: ex quo matuſalem nat⁹ eſt uſq̧ ad annum diluuq. Omnes aũt ãni vite matuſalem nongenti ſexagintanouē computantur. Quia cũ vixiſſet annos centum ſexagintaſeptē ⁊ genuiſſet filium qui eſt appellatus lamech: poſt eum genitum uixit ãnos octigētos duos. Qui omnes vt dixim⁹ nongenti ſexagintanouē fiunt. Unde detractis nongentis quinquagitaq̃nq̧ ab ortu matuſalem vſq̧ ad diluuiũ remanēt quatuordeci quib⁹ vixiſſe credit᷑ p⁹ diluuium. Propter qđ ñnulli ⁊ ſi eũ in tra vbi õem carnem: quã uiuē i aquis natura non ſinit: cõſtat fuiſſe deletaꝫ cũ pře ſuo qui tranſlatus fuerat aliquantum fuiſſe: atq̧ ibi donec diluuiũ ꝑteriret vixiſſe arbitrantur. Nolentes derogare fidem codicibus quos in auctoritatem celebriorem ſuſcepit eccl'ia: ⁊ credentes iudeoꝝ potius q̃ iſtos ñ hře qđ verũ ē. Non.n.admittũt ꝙ magis hic eſſe potuerit error interꝑtuꝫ: quã in ea lingua eſſe falſuꝫ vñ in nřaꝫ per grecam ſcriptura ipſa tranſlata ē. Sed inquiunt nõ eſſe credibile ſeptuaginta iterpretes qui vno ſil' tempore vnoq̧ ſenſu ĩꝑpretati ſunt errare potuiſſe: aut ubi nihil eoꝝ ĩterat uoluiſſe mentiri: iudeos vero dum nobis inuident ꝙ lex ⁊ prophete ad nos ĩtꝑtando tranſierunt: mutaſſe quedã i codicibus ſuis vt in nřis minueretur auctoritas. Hanc opinionē vel ſuſpicionem accipiat quiſq̧ vt putauerit certum eſt tñ ñ vixiſſe matuſalē poſt diluuium: ſed eodem anno fuiſſe defũctuꝫ ſi verum eſt qđ de numero annoꝝ in hebreis codicibus inuēitur. De ill' aũt .lxx. interpretibus quid mihi videat᷑: ſuo loco diligentius inſerendũ eſt: cuꝫ ad ipſa tempora q̃tum neceſſitas huius operis poſtulat cõmemoranda adiuuante dño venerimus. Pñti enim ſufficit queſtioni: ſecunduꝫ vtroſq̧ codices tam longas hũiſſe vitas illius eui homines: vt poſſet etate vnius qui de duobus quos ſolos terra tunc parentibus primus eſt natus: ad cõſtituendam etiam ciuitatem multiplicari genus humanum.

De opinione eoꝝ qui primoꝝ tp̃ꝫ hoĩes tã lõgeuos q̃ ſcribitur fuiſſe ñ credunt. c. xij.

n Eq̧.n. ullo modo ſũt audiendi: q̃ putant alit᷑ annos ill' tp̃ibus computatos. i. tante breuitatis vt unus ann⁹ noſter deceꝫ illos hũiſſe credatur. Quapropter inquiunt cũ audierit quiſq̧ uel legerit nongētos ãnos quenq̧ vixiſſe: debet intelligere nonagita. Decē quippe illi anni unus ann⁹ eſt nř ⁊ decē ãni nři centuꝫ illi fuerũt. Ac per hoc ut putant vigintitrium annorum fuit adaꝫ qñ genuit ſeth. Et ipſe ſeth viginti habebat ⁊ ſex mēſes qñ ex illo natus eſt enos: quos appellat ſcriptura ducentos ⁊ quiq̧ ãnos. Quoniã ſic iſti ſuſpicantur quoruꝫ exponimus opinionem: vnũꝫ annũ qualem nunc habemus in decem partes illi diuidebant: ⁊ eaſdem partes ãnos vocabant. Quarum partium hꝫ vna quadratum ſenarium: eo ꝙ deus ſex diebus perfecerit opera ſua ut in ſeptimo requieſceret. De qua re i libro vndecimo ſicut potui diſputaui. Sexties aũt ſeni qui numer⁹ quadratũ ſenariũ fac᷑: triginta ſex dies fiũt: qui multiplicati decies ad trecentos ſexagita ꝑueiunt. i. duodeciꝫ mēſes lunares. Propť quiq̧ dies. n. reliquos quibus ſolaris annus implet᷑: ⁊ diei quadrantem ꝓpť quem quater ductum eo anno quo biſextũ uocãt vnus dies adq̃citur: addebantur a veteribus poſtea dies vt occurreret numerus annorũ: quos dies rõani intercalares vocabant. Proide

etiã enos quẽ genuit ſeth:decẽ et nouẽ
agebat annos quando ex illo natus ē
filius eius cainã: quos ãnos dic̃ ſcrip
tura centum nonaginta. Et deinceps
per omnes generationes in quibꝰ ho
minuꝫ anni cõmemorantur ante dilu
uium:nullus fere in noſtris codicibꝰ i
uenitur:qui cm eſſet centum annoꝝ
vel infra:vel etiam centuꝫ viginti aut
non multo amplius genuerit filium:
ſed qui minia etate genuerũt annorũ
centum ſexaginta ⁊ quod excreſcit fu
iſſe referuntur:quia nemo inquiunt ꝺ
cem annorum homo poteſt gignere fi
lios:qui numerus centuꝫ appellaban
tur anni ab illis hominibus:ſed in an
nis ſexdecim eſt matura pubertas et
poli iam idonea procreande:quos cẽ
tum ⁊ ſexaginta annos illa tempora
nuncupabant. Ut aũt aliter annum
tunc fuiſſe cõputatũ ñ ſit icredibile:a
diciũt ꝙ apꝺ pleroſqꝫ ſcriptõꝛes hiſto
rie repit̃ egyptios habuiſſe annũ qua
tuor mẽſiũ:acarnanas ſex menſiũ: la
uinios tredeci menſiuꝫ. Plinius ſus
cũ cõmemoraſſet relatũ fuiſſe in lr̃as
quendã vixiſſe centum q̃nquagita du
os annos:alium decẽ amplius: alios
ducentorum annoꝝ hũiſſe uitam:ali
os trecentorum:quoſdam ad quingẽ
tos:alios ad ſexcentos:nonnullos ad
octingentos etiam perueniſſe:hec oĩa
propter initia temporuꝫ accidiſſe arbi
tratus eſt. Alij q̃ppe inquit eſtate det̃
minabant annũ:⁊ alij hieme:alij qua
driptitis tẽporibus ſicut arcades iq̃t
quorum anni trimẽſes fuerunt. Adie
cit etiam aliquando egyptios quorũ
paruos annos quaternoꝝ menſiũ fu
iſſe ſupra diximus:luneqꝫ fine eorum
limitaſſe annũ. Itaqꝫ apꝺ eos inquit
⁊ ſingula milia annoꝝ uixiſſe ꝓdunt̃.
His uelut probabilibus argumentis
quidam nõ deſtruentes fidẽ ſacre hu
ius hiſtorie:ſed aſtruere nitẽtes ne ſit
incredibile ꝙ tã multos ãnos uixiſſe
referuntur antiqui:perſuaſerunt ſibi
nec ſe ſuadẽ iprudẽt̃ exiſtimant:tã exi
guũ ſpacium tp̃is tũc ãnũ vocatũ:⁊ il
li decẽ ſint vnus nr̃:⁊ decẽ nr̃i centum
illoꝝ. Hoc aũt falſiſſimũ eẽ documẽto
euidentiſſimo oñdit̃. Quod añq̃ faci
am ñ mihi tacendũ videtur:que credi
bilior poſſit eſſe ſuſpicio. Poteramus
certe hanc aſſeuerationem ex hebreis
codicibus redarguere atqꝫ cõuincere:
vbi adam non ducentorum trigita:
ſed centũ triginta annorum fuiſſe re
peritur qñ tertiũ genuit filium:qui an
ni ſi tredecim noſtri ſunt proculdubio
primum genuit qñ duodecim vel nõ
multo amplius annorum fuit. Quis
poteſt hac etate generare uſitata iſta
nobiſqꝫ notiſſima lege nature? Sed
hũc omittamus:q̃ fortaſſe ẽt qñ crea
tus eſt potuit. Non.n.cum taꝫ paruũ
q̃ꝫ infantes noſtri ſunt factum fuiſſe
credibile eſt. Seth filius eius non du
centoruꝫ q̃nqꝫ fuit qñ genuit enos:ac
per hoc ſm iſtos nondũ hẽbat vndeci
annos etatis. Quid dicam de cainan
eius filio:qui cum apud nos centum
ſeptuaginta reperiatur annorum apꝺ
hebreos ſeptuaginta legit̃ fuiſſe qñ ge
nuit malalehel? Quis generat homo
ſeptennis:ſi tunc anni ſeptuaginta nũ
cupabantur q̃ ſeptem fuerunt.

An in dinumeratione ãnoꝝ hebre
oꝝ magis q̃ꝫ .lxx. interp̃tũ ſit ſequẽda
auctoritas. c. xiij.

ſ Ed cũ hoc dixero:cõtinuo refe
ret̃ illud iudeorũ eẽ mendaciuꝫ
de quo ſupius ſatis factũ ē. Nam ſep
tuaginta ĩſ̃ptes laudabilit̃ celebratos
viros potuiſſe mẽtiri difficile ē. Ubi ſi
queram quid ſit credibilius: iudeorũ
gentem taꝫ longe lateqꝫ diffuſã:i hoc
conſcribendum mendacium vno con
ſilio conſpirare potuiſſe:⁊ dum alijs
inuideant auctoritateꝫ: ſibi abſtuliſſe

veritatem:an.lxx.hoies q̄ ēt ipſi iudei erant in vno loco poſitos:quoniā rex egypti ptolomeus eos ad hoc opꝰ aſci uerat: ipſam veritatem gentibus aliē genis inuidiſſe:⁊ cōmunicato iſtud tc̄ feciſſe conſilio:quis non uideat q̄d ꝓ cliuius faciliuſq; credatur. Sꝫ abſit vt prudens quiſpiā vel iudeos cuiuſli bet peruerſitatis atq; malicie tantum potuiſſe credat:in codicibus tam mul tis ⁊ tā longe lateq; diſperſis vel.lxx. illos memorabiles viros hoc de iuidē da gentibus veritate vnum cōmuni caſſe conſiliū. Credibilius ergo quis dixerit:cum primum de bibliotheca ptolomei deſcribi iſta ceperūt: tunc a liq̄d tale fieri potuiſſe in codice vno.ſ. primitꝰ iñ de ſcripto:vnde iam latiꝰ e manaret:vbi potuit quidē accidere ēt ſcriptoris error. Sed hoc in illa q̄one de vita matuſalem non abſurduꝫ ſuſ picari eſt:⁊ in illo alio vbi ſuperātibꝰ uigintiquatuor annis ſumma non cō uenit. In his aūt i quibus continuatͬ ipſius mendoſitatis ſimilitudo:ita ut ante genitum filium qui ordini inſeri tur:alibi ſupſint centū āni alibi ōſint: poſt genitum autē vbi deerāt ſupſint: vbi ſupererant deſint:vt ſumma con ueīat:⁊ hoc in prima:ſecunda: tertia: quarta:quinta:ſeptimaq; generatiōe inuēitur:videtur habere quandā ſi di ci pōt error ipſe conſtantiam:nec caſū redolet ſed induſtriam. Itaq; illa divͬ ſitas numerorū aliter ſe habentium i codicibus grecis ⁊ latinis:aliter in he breis vbi nō eſt iſta de centum ānis ꝑ us additis ⁊ poſtea detractis per tot generationis cōtinuata parilitas: nec malicie iudeorū:nec diligentie vel pru dētie ſeptuagita interp̄tū:ſꝫ ſcriptoris tribuatur errori qui de bibliotheca ſu pradicti regis codicem deſcribendū ꝑ mus accepit. Nam etiaꝫ nunc:ubi nu meri non faciūt intentum ad aliquid qđ facile poſſit intelligi uel qđ appare

at utiliter diſci:⁊ negligenter deſcribū tur ⁊ neglīgētius emēdātur. Quis.n. exiſtimet ſibi eſſe diſcendum quot mi lia hōinum tribus iſrael ſigillatiꝫ hr̄e potuerūt:quoniam prodeſſe aliquid non putatur:⁊ quotus quiſq; hōinuꝫ eſt cui profunditas utilitatis huiꝰ ap pareat. Hic vero vbi per tot cōtextas generationis centū āni alibi adſunt a libi deſunt:⁊ poſt natū q̄ cōmēorandꝰ fuerat filiū:deſūt vbi abfuerūt:abſūt vbi defuerūt:vt ſumma ꝯcordet nimi rū cū vellet perſuadē qui hoc fecit iō nūeroſiſſimos annos vixiſſe ātiquos q̄ eos breuiſſimos nūcupabāt:⁊ hoc de maturitate pubertatis q̄ idonea fi lijs gignrentͬ conaretur oñdē:atꝫ iō i il lis centum annis deceꝫ nr̄os inſinuan dos putaret incredulͥ:ne homines tā diu vixiſſe recipere infidem nollēt:ad didit centum vbi gignendis filijs ha bilē ñ inuenit etatem:eoſdēq; poſt gēi tos filios vt congrueret ſumma detra xit:ſic quippe voluit credibiles facere idonearū generande prolͥ cōueniētias etatū: ut tamen numero:ñ fraudaret vniuerſas etates uiuentiū ſinglͥoruꝫ. Quod autē in ſexta generatione id ñ fecit: hoc ipſum ē quod magis mouet illum deo feciſſe cuꝫ res quam dicimꝰ poſtulauit:quia non fecit vbi non po ſtulauit. Inuenit nanq; in eadeꝫ gene ratione:apud hebreos vixiſſe iſrael ā teq̄ genuiſſet enoch centum ſexagita duos annos:qui ſecundum illā rōneꝫ breuiū annorū fiunt āni ſexdecim:⁊ a liquid minus q̄ menſes duo:que iam etas apta eſt ad gignenduꝫ:⁊ iō addē centū annos breues vt nr̄i vigitiſex fi erent neceſſe ñ fuit:nec pꝰ natū enoch eos detrahere quos non addiderat ā te natum. Sic factum eſt vt hinc nul la eſſet iter codices vtroſq; varietas. Sed rurſus mouet cur in octaua ge neratione anteq̄ de matuſale naſcere tur lamech:cum apud hebreos legan

tur centum octoginta duo anni:vigin
tiduo anni minus inueniuntur i codi
cibus noſtris:vbi poti⁹ addi centū ſo-
lent:⁊ poſt genitum lamech complen
dā reſtituuntur ad ſūmā que in codici
bus vtriſq; non diſcrepat.Si enim cē
tum ſeptuaginta annos ꝓpē puberta
tis maturitatem decē ⁊ ſeptē volebat
intelligi:ſicut nihil addere:ita nihil ḋ
trahere iam debebat:q: inuenerat eta
tem idoneam generationi filioꝝ:ꝓpē
quam in alijs centum annos vbi eam
non inueniebat addebat hoc aūt ḋ vi
ginti annis merito putaremus cā mē
dacitatis accidere potuiſſe:niſi eos ſic
prius detraxerat reſtituere poſtea cu-
raret:vt ſumme cōueniret integritas.
An forte aſtutius factum extimandū
ē:ut illa qua centū āni prius ſolēt adi
ici ⁊ poſtea detrahi occultaretur induſ
tria:cum ⁊ illic vbi neceſſe non fuerat
non quidēꝫ de centum annis:veruntā
men de quantocunq; numero prius ḋ
tracto poſt āddito tale quid fieret.Sꝫ
quolibet iſtud accipiatur:ſiue credat̄
ita eſſe factum:ſiue non credatur ſiue
poſtremo ita:ſiue non ita ſit:recte fie-
ri nullo modo dubitauerim:vt cuꝫ di
uerſum aliquid in vtriſq; codicib⁹ iue
nitur:qn̄ quidem ad fidem rerum geſ
tarū vtrūq; eē non poteſt:verum ei li
gue potius credatur:vn̄ ē in aliam ꝑ i
terpretes facta tranſlatio.Nam in q̄-
buſdā etiam codicibus grecis tribus
⁊ vno latino ⁊ vno ēt ſyro inter ſe cō-
ſentiētib⁹:inuent⁹ ē matuſalē ſex ānis
ante diluuium fuiſſe defunctus.

De parilitate annoꝝ: qui hiſdē q̄
bus nunc ſpacijs ⁊ in prioribus ſecul̄
concurrerunt.c.xiiij.

n Unc iam videam⁹ quonā mō e
uidenter poſſit oſtendi:non taꝫ
breues vt illi decē vnus eēt nr̄:ſed tan
te prolixitatis annos quante nunc hē
mus quos vtiq; circuitus cōficit ſol:-
in illoꝝ hōinum vita prolixiſſima cō
putatos.Sexcenteſimo nempe anno
noe ſcriptum eſt factum eſſe diluuiū.
Cur ergo ibi legitur:⁊ aqua diluuij fa
cta ſuper terram ſexcenteſimo āno vi-
te noe:ſecundi menſis ſeptima ⁊ vice
ſima die menſis:ſi annus ille minim⁹
quales decem faciunt vnum noſtrum
trigintaſex dies habebat:Tantill⁹ q̄p
pe annus ſi antiquo more hoc nomen
accepit:aut non habet menſes: aut m̄
ſis eius eſt triduum vt habeat duode
cim menſes.Quomodo igitur hic di
ctum eſt:ſexcēteſimo āno ſecūdi mēſis
ſeptima ⁊ uiceſima die menſis:niſi q:
tales quales nunc ſunt etiam tunc e-
rant menſes:Nam quo pacto aliter
viceſimo ⁊ ſeptimo die ſecundi mēſis
diceretur ceptū eſſe diluuium:Deīn
poſtea in fine diluuij ita legitur.Et ſe
dit arca in menſe ſeptimo: ſeptima ⁊
viceſima die menſis ſuper mōtes ara
rach.Aqua autem minuebatur vſq;
ad vndecimum menſem. In vndecio
aūt menſe prima die menſis apparue
runt capita montium.Si igī tales m̄
ſes erant:tales profecto ⁊ anni erant
quales nunc hēmus.Menſes quippe
illi triduani viginti ⁊ ſeptem dies hēe
n̄ poterāt.Aut ſi pars triceſima ėdui
tunc appellabantur dies vt omnium
proportiones minantur:ergo nec to-
to quatriduo nr̄o factum eſt illud taꝫ
grande diluuium:qḋ memoratur ſcḋm
quadraginta diebus ⁊ quadraginta
noctibus.Quis hāc abſurditatem ⁊
uanitateꝫ ferat:Proinde remoueat̄ hic
error:qui coniectura falſa ita vult aſ-
truere ſcripturarū fidē:vt alibi deſtru
at.Prorſus tāt⁹ ēt tunc dies fuit quā
t⁹ ⁊ nunc ē:quē viginti ⁊ quatuor hoī
diurno curriculo nocturnoq; determi
nant:tāt⁹ menſis quāt⁹ ⁊ nunc ē:queꝫ
luna cepta ⁊ finita cōcluſit.Tant⁹ an-
nus quāt⁹ ⁊ nunc ē: quem duodecim

menſes lunares additis propter curſū ſolarē quinqꝫ dieb⁹ ⁊ quadrante ꝯſūmant. Tāt⁹ āni ſexcēteſimi vite noe ſ̄us erat menſis: ciuſqꝫ menſis uiceſimus ⁊ ſeptimus dies: qñ cepit eſſe diluuium: in quo dieſ quadragita ꝯtinuate igentes pluuie memorātur: q̄ dies non binas ac paulo amplius horas habebāt: ſꝫ uicenas ⁊ quaternas die noctuqꝫ tranſactas. Ac per hoc tam magnos annos vixerūt illi antiqui uſqꝫ amplius q̄ nōgētos: quantos poſt ea uixit abraā centū ſeptuagintaquinqꝫ: ⁊ poſt eū filius eius iſaac centū octoginta: ⁊ filius eius iacob prope centum quinquagita: ⁊ quātos interpoſita aliquanta etate moyſes centū vigiti: ⁊ quantos ēt nunc uiuūt hoīes ſeptuaginta vl' octoginta: uel non multo amplius de q̄b⁹ ēt dictū eſt. Et ampli⁹ eorum labor ⁊ dolor. Jlla uero numerorū varietas que īter codices hebreos iuenitur ⁊ nr̄os: neqꝫ de hac antiq̄ longeuitate diſſentit: ⁊ ſi quid habet ita diuerſum: vt uerum eē vtrunqꝫ nō poſſit: rerū geſtarū fides ab ea ligua repetenda eſt: ex qua interpretatum ē quod habemus. Que facultas cū volentibus vbiqꝫ gentium preſto ſit: nō tamen vacat q̄ ſeptuaginta interp̄tes in plurimis que diuerſa dicere videt̄: ex hebreis codicibus emendare auſus eſt nemo. Non enī eſt illa diuerſitas putata mendoſitas: nec ego vllo mō putandā exiſtio. Sꝫ vbi non eſt ſcriptoris error: aliquid eos diuio ſp̄u vbi ſenſus eſſet conſentaneus veritati ⁊ p̄dicans veritatem: non interpretātium more ſed prophetantiū libertate alit̄ dicere uoluiſſe credendum eſt. Unde merito non ſolum hebreis: verum ēt ipſis cum adhibet teſtimonia de ſcripturis vti apoſtolica inuenitur auctoritas. Sed hinc me opportuniore loco ſi adiuuerit dn̄s promiſi diligentius locuturū: nunc quod inſtat expediā.

Non. n. ambigendū ē ab hoīe qui ex primo homine primus eſt natus qñ tandiu viuebant potuiſſe conſtitui ciuitatem ſane terrenam: non illā que dr̄ ciuitas dei: de qua ut ſcriberem⁹ laborem tanti huius operis in manus ſumpſimus.

An credibile ſit primi ſeculi viros vſqꝫ ad eam etatē qua filios generaſſe īferunt a concubitu ꝯtinuiſſe. c. xv.

d Icet ergo aliquis ita ne credendū ē hoīem filios inceſſāt generaturum: nec habentem propoſitum cōtinentie centū ⁊ amplius vel ſ̄m hebreos non multo minus. i. octoginta ſexaginta annos a concumbendi ope uacauiſſe: aut ſi non uacaret nihil p̄lis gignere potuiſſe. Hec queſtio duobus modis ſoluitur. Aut. n. tanto ſerior fuit proportione pubertas: quāto vite totius maiō annoſitas: aut quod magis uideo eſſe credibile: ñ hic priogeniti filij cōmemorati ſunt: ſed quos ſucceſſionis ordo poſcebat vt perueniretur ad noe: a quo rurſus ad abraā videmus eſſe peruentum: ac deiñ uſꝫ ad certum articulum temporis: quantum oportebat ſignari etiam generationibus cōmemoratis curſum glorioſiſſime ciuitatis in hoc mundo peregrinantis ⁊ ſupernam p̄riam reqrentis. Q̄d. n. negari non poteſt: prior ōium cain ex coniunctione maris ⁊ femine nat⁹ ē. Neqꝫ. n. illo nato dixiſſet adā quod dixiſſe legitur acq̄ſiui hoīem p̄ deum: niſi illis duobus ipſe fuiſſet homo naſcendo additus primus. Hunc ſecutus abel quem maior frater occidit: prefiguratione quadam peregrinantis ciuitatis dei q̄ eſſet ab impijs ⁊ quodāmō terrigenis id eſt terrenā originem diligentibus: ⁊ terrene ciuitatis terrena felicitate gaudentibus: perſecutiones iniquas paſſura p̄mus

oſtendit. Sed quot annorũ erat adaꝫ
cũ eos genuit non apparet. Exĩn dige
runtur generationes alie de cain: alie
de illo quem genuit non adã i eiꝰ ſuc-
ceſſione quem frater occidit: ⁊ appel
lauit nomẽ illius ſeth dicens ut ſcrip
tũ ẽ. Suſcitauit.n.mihi deus ſemẽ ali
ud pro abel: quem occidit cain. Cuꝫ
itaqꝫ iſte due ſeries generationũ una
de ſeth altera de cain: has duas de q̄
bꝰ agimꝰ diſtinctis ordinibꝰ inſinuẽt
ciuitates unam celeſtem in terris pere
grinantẽ: alterã terrenam terrenis tã
ꝙ ſola ſint gaudijs inhiantem uel in-
herentem: nullus de progenie cain cũ
dinumerata ſit cõnumerato adã vſqꝫ
ad octauaꝫ generationem quotãnoꝝ
fuiſſet expreſſus ẽ: quando genuit cũ
qui cõmemoratur poſt euꝫ. Noluit.n.
ſpiritus dei in terrne ciuitatis genera
tionibus tp̄a notare ante diluuium: ſꝫ
in celeſtis maluit tanꝙ eſſẽt mẽoria di
gniores. Porro autem ſeth qñ natus
eſt non quidẽ taciti ſunt ãni pr̄is eiꝰ:
ſeth iam genuerat alios: ⁊ vtrũ ſolos
cain ⁊ abel quis affirmaꝛ̃ audeat? Nõ
.n. qꝛ ſoli noĩati ſunt propter ordines
generationum quas commemorari o
portebat: ideo conſequens videri dꝫ
ſolos fuiſſe tunc generatos ex adam.
Cum.n.ſilencio coopertis omium no
mibus ceterorum: legatur eum genu-
iſſe filios ⁊ filias: quota fuerit iſta p̄-
les eius quis preſumat aſſerere: ſi cul
pam temeritatis euitat? Potuit q̄ppe
adam diuinitus admonitus dicẽ poſt
caꝙ ſeth natus ẽ. Suſcitauit eniꝫ mi-
hi deus ſemen aliud pro abel: qñ talꝭ
erat futurus qui impleret illius ſanc-
titatem: non ꝙ ipſe prior poſt eũ tem-
poris ordĩe naſceretur. Deĩn qḋ ſcrip-
tum eſt vixit autem ſeth quinqꝫ ⁊ du-
centos annos: vel ſm hebreos quinqꝫ
⁊ centum annos ⁊ genuit enos: quis
poſſit niſi inconſideratus aſſeuerare
hunc eius primogenitum fuiſſe: ut ad
mirantes merito ĩq̄ramus: quomo
do per tot annos imunis fuerit a con
nubio ſine ullo propoſito cõtinentie: ꝟl
non genuerit cõiugatus. Quando q̄-
dem ẽt de ipſo legitur ⁊ genuit filios
⁊ filias: ⁊ fuerũt ões dies ſeth duode
ci ⁊ ñgenti anni ⁊ mortuus eſt: atꝫ ita
deinceps quorum anni cõmemorãtꝭ:
nec filios filiaſqꝫ genuiſſe reticentur.
Ac per hoc non apparet omnis: utrũ
qui nominatur genitus ipſe fuerit pri
mogenitus: immo vero quoniam cre-
dibile non eſt patres illos etate taꝫ lõ
ga aut impubes fuiſſe: aut coniugibꝰ
caruiſſe vel fetibus: nec illos coꝝ fili-
os p̄mos eis natos fuiſſe credibile ẽ.
Sed cum ſacre ſcriptor hiſtorie ad or
tum vitãqꝫ noe: cuius tempore diluui
um factum eſt per ſucceſſiones genera
tionũ notatis temporibus itendẽt per
uenire: eas vtiqꝫ cõmemorauit non q̄
prime ſuis parentibus fuerint ſꝫ que
in propagationis ordine uenerit. Exẽ
pli gratia quo id fiat apertius aliquid
interponam: vñ nullus ambigat fieri
potuiſſe quod dico. Euangeliſta mat-
theus generationem dñice carnis per
ſeriem parentum volens cõmendare
ordiens a patre abraaꝫ atqꝫ ad dauid
primitus vt perueniret intendens. A-
braam inquit genuit iſaac. Cur nõ di
xit iſmael quem primitꝰ genuit? Iſaac
autẽ inquit genuit iacob. Cur non di
xit eſau qui eius primogenitus fuit?
Quia ſcilicet per illos ad dauid puẽi
re non poſſet. Deinde ſequitur. Iacob
autem genuit iudam ⁊ fratres eius.
Nunquid iudas primogenitus fuit?
Iudas inquit genuit phares ⁊ ʒaraꝫ.
Nec iſtorum geminorum aliquis fuit
primogenitus iude: ſed ante illos iam
tres genuerat. Eos itaqꝫ tenuit in or-
dine generatiõum: per quos ad dauid
atqꝫ inde quo intenderat perueniret.
Ex quo intelligi poteſt: veteres quoqꝫ
homines ante diluuium nõ primogẽi

tos ſed eos fuiſſe cõmemoratos: per quos oꝛdo ſuccedentium generationū ad noe pꝛiarcham duceretur:ne ſerie pubertatis illorum obſcura nõ neceſſaria queſtio nos fatiget.

De iure coniugioꝝ: ꝙ diſſimiliter a ſubſequētibus matronis hūerint p̄ma connubia.c.xvi.

c Um igĩ genus hūanū p⁹ priam copulā viri facti ex puluere ⁊ ꝯiugis eius ex viri latere:mariū femiarūq; coniūnctione opus haberet vt gignendo multiplicarēt: nec eſſent vlli hoīes niſi qui ex illis duobus nati fuiſſent:uiri ſoroꝛes ſuas coniuges acceperunt.Quod profecto quanto ē āntiquius cõpellente neceſſitate:tāto poſtea factum eſt dānabilius religione ꝓhibente:Habita eſt enim rõ rectiſſima caritatis:ut hoīes quib⁹ eſſet vtilis atq; honeſta concoꝛdia:diuerſarum neceſſitudinum uinculis necterētur:nec vnus in vna multas haberet:ſed ſingule ſpargerentur i ſingulos ac ſic ad ſocialem vitam diligenti⁹ colligandaꝫ plurime plurimos obtinerent. Pater quippe ⁊ ſocer duaruꝫ ſūt neceſſitudinum noīa.Ut ergo alium quiſq; hēat patrem aliū ſocerū:numeroſius ſe caritas poꝛrigit.Utrunq; autem vnus adam eſſe cogebatur:⁊ filijs ⁊ filiab⁹ ſuis:quando fratres ſoroꝛeſq; connubio iūgebantur. Sic ⁊ eua vxoꝛ eius vtriq; ſexui filiorū fuit ⁊ ſocrus ⁊ mater.Que ſi due femine fuiſſent:mr̄ altera ⁊ ſocrus altera: copioſius ſe ſocialis dilectio colligaret.Ipſa deniq; iā ſoroꝛ ꝙ etiam vxor fiebat duas tenebat vna neceſſitudines: quib⁹ per ſingl'as diſtributis vt altera eſſet ſoroꝛ: altera vxoꝛ:hoīnum numero ſocial'ꝓpinquitas augeretur.Sed hoc vnde fieret tūc ñ erat:qñ niſi frēs ⁊ ſoroꝛes ex illis duob⁹ pꝛimis nulli hoīes erāt.

Fieri ergo debuit quando potuit:ut exiſtente copia inde ducerent vxoꝛes q̄ non erant iam ſoroꝛes:⁊ non ſolū illō ut fieret nulla neceſſitas eſſet:veruꝫ ēt ſi fieret nefas eſſet.Nā ſi nepotes primoꝝ hoīum q̄ iam cõſobrinas poſſāt accipere cõiuges:ſoroꝛibus mr̄imõio iungerentur:non iam due ſed tres in hoīe vno neceſſitudines fierēt:que ꝓpter caritatem numeroſioꝛe ꝓpinq̄tate nectendam diſſeminari per ſingl'os ſingule debuerunt.Eſſet enim vnus hō filijs ſuis fratri ſcilicet ſoroꝛiq; coniugibus:⁊ pater ⁊ ſocer ⁊ auūculus:ita ⁊ ſoroꝛ eius eiſdem cõmunibus filijs ⁊ mater ⁊ amita ⁊ ſocrus.Idemq; int̄ ſe filij eoꝛum non ſolum eſſent frēs atq; coniuges:verum etiam conſobrini quia ⁊ fratrum filij.Omnes auteꝫ iſte neceſſitudies que vni homini tres homines connectebant:noueꝫ connecterēt ſi eſſent in ſingulis ſingule:vt vn⁹ homo haberet alterā ſoroꝛem: alterā vxoꝛem:alteram conſobrinam:alterū patrem ⁊ alterum auunculum:alterū ſocerum:alteram matrem:alteram amitam:alteram ſocrum: atq; ita ſe ñ in paucitate coartatum ſed latius atꝫ numeroſius propinquitatib⁹ crebris uinculum ſociale diffunderet. Quod humano genere creſcēte ⁊ multiplicato:etiam inter impios deorum multorum falſoꝛūq; cultores ſic obſeruari cernimus: vt etiam ſi peruerſis legib⁹ permittātur fraterna coniugia:meliō tamen conſuetudo ipſam malit exhōrere licentiam.⁊ cum ſorores accipere in mr̄imoniū primis humani generis tempoꝛibus omnino licuerit:ſic adūſetur quaſi nunq̄ licere potuerit.Ad humanum enim ſenſum vel alliciendum vel offendenduꝫ: mos valet plurimū. Qui cuꝫ in hac cauſa immoderatiōeꝫ concupiſcentie coerceat:eum deſignari atq; coꝛrumpi merito eſſe nefariuꝫ iudicatur.Si enim eſt iniquū auiditate

poſſidendi tranſgredi limitẽ agrorum: quanto eſt iniquius libidine concũbẽdi ſubuertẽ limitẽ morum? Experti autem ſumus in connubijs conſobrinarum etiam noſtris temporib⁹: propter gradum propinquitatis fraterno gradui proximũ: quã raro per mores fiebat: quod fieri p leges licebat qr id nec diuina prohibuit: ⁊ nondum ꝓhibuerat lex hũana. Uerũtñ factum etiam licitum propter vicinitatem horrebatur illiciti: ⁊ qđ fiebat cuꝫ conſobrina pene cũ ſorore fieri videbatur: qr ⁊ ipſi inter ſe propter tam propinquam conſanguinitatem fratres vocantur: ⁊ pene germani ſunt. Fuit autem ãtiquis prĩbus religioſe cure: ne ipſa propinquitas ſe paulatim propagium ordinib⁹ dirimẽs longius abiret: ⁊ propinquitas eſſe ꝺ ſiſteret: eam nondum longe poſitam rurſus mrimonij vinculo colligare: et quodammodo reuocare fugientem. Unde iam pleno hõibus orbe terrarũ non quidem ſorores ex patre vel mre: uel ex ambobus ſuis parentibus natas: ſed tñ amabant de ſuo genere ducere vxores. Ueruntamen quis dubitet honeſtius hoc tempore etiam conſobrinarum ꝓhibita eſſe coniugia: ñ ſolum ſecundum ea que diſputauim⁹ propter multiplicãdas affinitates: ne habeat duas neceſſitudines vna pſõa cum due poſſint eas hr̃e ⁊ numerus propinquitatis augeri: ſed etiam qr neſcio quomodo ineſt humane verecundie quiddam naturale atꝫ laudabile: vt cui oꝫ cauſa propinquitatis uerecũdum honorem: ab ea contineat q̃uis generatricem tamen libidinem: ꝺ qua erubeſcere videmus ⁊ ipſam pudicitiam coniugalem. Copulatio igr̃ maris ⁊ femine quantũ attĩet ad genus mõtalium: quoddaꝫ ſeminarium ẽ ciuitatis: ſed terrena ciuitas generatiõe tm̃modo: celeſtis autem etiam regeneratiõe opus habet: ut noxam generationis euadat. Utruꝫ auteꝫ aliq̃d fuerit: vel ſi fuit quale fuerit corporale atꝫ viſibile regenerationis ſignum añ diluuium: ſicut abrae circunſio poſtea eſt imperata ſacra hiſtoria tacet. Sacrificaſſe tamen deo etiam illos antiquiſſimos hoĩes non tacet quoꝺ ⁊ in duobus primis frĩbus claruit ⁊ noe poſt diluuium cum ꝺ arca fuiſſet egreſſus hoſtias deo legitur imolaſſe. De qua re in precedentibus libris iaꝫ dixim⁹: ñ ob aliud demones arrogantes ſibi diuinitatem deoſq ſe credi cupiẽtes: ſibi expetẽ ſacrificiũ ⁊ gaudẽ huiuſcemodi honoribus: niſi quia verum ſacrificiuꝫ deo vero deberi ſciunt.

De duobus ex vno genitore ꝓcreatis patribus atꝫ pricipibus. c. xvij.

c Um ergo eſſet adaꝫ ũtriuſq generis paṫ. i. ⁊ cuius ſeries ad ẽrenaꝫ: ⁊ cuius ſeries ad celeſtem ptĩet ciuitatem: occiſo abel atq in eius interfectione commendato mirabili ſacramento: facti ſunt duo patres ſinglorũ generum cain ⁊ ſeth: in quorum filijs quos cõmemorari oportebat: duaruꝫ iſtarum ciuitatum in genere mortaliũ euidentius indicia clarere ceperũt. Cain quippe genuit enoch: in cuius noĩe condidit ciuitatem. ſ. ñ peregrinanteꝫ in hoc mũdo: ſed in eius temporali parte ac felicitate quieſcente. Cain aũt interpretatur poſſeſſio: vnde dictuꝫ ẽ quando natus eſt ſiue a patre ſiue a matre eius acquiſiui hominem per deum. Enoch vero dedicatio. hic eniꝫ ꝺ dicatur terrena ciuitas vbi conditur: quoniam hic habet eum quem intendit ⁊ appetit finem. Porro ille ſeth ĩpretatur reſurrectio: ⁊ enos filius ei⁹ interpretatur homo: non ſicut adaꝫ. Et ipſum enim nomen interpretatur homo: ſed commune perhibetur eſſe in illa lingua id eſt hebrea maſculo et

femine. Nã ſic ỏ illo ſcriptum ẽ. Maſculum ꝛ feminã fecit eos: ꝛ benedixit illos cognominauit eoꝝ nomẽ adã. Unde non ambigitur ſic appellatam fuiſſe feminam euam proprio nomĩe: vt tamen adam quod ĩterpretatur homo nomen eſſet amborum. Enos autem ſic interpretatur homo: ut hoc ñ poſſe feminam nuncupari periti lĩgue illius aſſeuerent: tanꝙ filius reſurrectionis: vbi non nubẽt neqꝫ vxores ducent. Non enim erit ibi generatio: cuꝫ illuc perduxerit regeneratio. Quare ꝛ hoc non in caſſum notanduꝫ arbitrõ: ꝙ in his generationibus que propagantur ex illo qui eſt appellatus ſeth: cum genuiſſe filios filiaſqꝫ dicatur: nl'la ibi genita nominatim femina expſſa eſt: in his auteꝫ que propagant̃ ex cain: in ipſo fine quouſqꝫ protendunt̃ nouiſſima femina genita nominatur. Sic enim legitur. Matuſabel genuit lamech. Et ſumpſit ibi lamech duas vxores. Nomen vni ada: ꝛ nomen ſe ſella: ꝛ peperit ada iabel: hic erat pat̃ habitantium in tabernaculis pecoꝛari orum: Et nomẽ fratris eius iubal: hic fuit qui oſtendit pſalteriuꝫ ꝛ citharã. Sella autem peperit ꝛ ipſa tubalcain ꝛ erat erarius ꝛ melleatõ cramẽti ꝛ ferri. Soroꝛ autem tubalcain noema. Huculqꝫ põrecte ſũt omnes generationes cain: que ſunt omnes ab adam octo annumerato ipſo adam: ſepteꝫ. ſ. uſqꝫ ad iamech: qui duarum maritus vxoꝛum fuit: ꝛ octaua eſt generatio in filijs: in quibus ꝛ femina commemoratur. Ubi eleganter ſignificatum eſt: terrenam ciuitatem vſqꝫ in ſui finem carnales habituram generationes: q̃ marium feminarũqꝫ coniunctione ꝑueniunt. Unde ꝛ ipſe quod preter eas nuſꝙ reperitur ante diluuium: nominibus proprijs exprimuntur vxoꝛes illius hominis: qui nominatur hic nouiſſimus pater. Sicut autem cain q̃ interpretatur poſſeſſio terrene conditoꝛ ciuitatis: ꝛ filius eius i cuius nomine condita eſt enoch qui interpretatur ỏdicatio: indicat iſtam ciuitatem ꝛ initium ꝛ finem habere terrenũ: vbi nihil ſperatur amplius ꝙ quod in hoc ſeculo cerni non poteſt: ita ſeth qui interpretatur reſurrectio: cum ſit generationum ſeorſum commemoꝛatarum pater quid de filio eius ſacra hiſtoꝛia dicat intuendum eſt.

Quid ſignatum ſit ĩ abel ꝛ ſeth ꝛ enos: quod apparet ad chriſtum ꝛ cõpus eius. i. eccleſiam pertinere. c. xviij.

e T ſeth inquit natus eſt filius: ꝛ nominauit nomen eius enos. Hic ſpauit inuocare nom̃ dñi dei. Nẽpe clamat atteſtatio veritatis. In ſpe igitur viuit homo filius reſurrectõis: in ſpe uiuit ꝙdiu peregriatur hic ciuitas dei: que gignitur ex fide reſurrectiõis chriſti. Ex duobus nãqꝫ illis hõibus abel qui inpretat̃ luct⁹: ꝛ ei⁹ fře ſeth qui interpretatur ĩſurrectio mõs chriſti ꝛ vita eius ex moꝛtuis figurat̃. Ex qua fide gignituꝛ hic ciuitas dei. i. homo qui ſperauit inuocare nomen domini dei. Spe eniꝫ ſalui facti ſum⁹ ait apoſtolus. Spes autem que uidet̃ non eſt ſpes. Quod enim uidet quis: quid ſpẽrat? Si autem quod non viđmus ſperamus: per patientiam expectamus. Nam quis vacare hoc exiſtimet ab altitudine ſacramenti? Nũqđ enim abel non ſperauit inuocare nom̃ dñi dei: cuius ſacrificiũ ſcꝛiptura tam acceptuꝫ deo fuiſſe commemoꝛat? Nũquid ipſe ſeth non ſperauit nom̃ dñi dei de quo dictum eſt. Suſcitauit eim mihi deus ſemen aliud pro abel? Cur ergo huic proprie tribuitur quod piorum omnium ĩtelligitur eſſe cõmũe: niſi quia opoꝛtebat in eo qui de patre generationum in melioꝛem partẽ hoc

eſt ſuperne ciuitatis ſeparataruꝫ:pm⁹ commemoratus exortus prefigurari hoiem id eſt hominum ſocietatem:q̄ non ſecundum uires terrene felicitatis:ſed ſecundum deum viuit i ſpe felicitatis eterne.Nec dictum ē hic ſperauit in dñm deuꝫ.aut hic inuocauit nomen dñi dei:ſed hic ſperauit inquit inuocare vbiq; prophetia eſt exorturuꝫ populum qui ſecundum electionē grãe inuocauit nomen domini dei:hoc eſt quod per aliū prophetā dc̄m eſt:apl's de hoc populo intelligit ad dei gratiā pertinere.Et erit omnis quicunq; iuocauerit nomen dñi:ſaluus erit.hoc.n. ipſum quod dicitur ⁊ nominauit nomen eius.Enos quod interpretatur homo:ac deinde additur hic ſperauit inuocare nomen dñi dei:ſatis oſtenditur q̄ non in ſeipſo ſpem ponere debeat homo.Maledictus enim omnis ſicut alibi legitur qui ſpem ſuam ponit in homine.Ac per hoc i ſe ut ſit ciuis alterius ciuitatis que non ſolum ſecūdum filiuꝫ cain dedicatur hoc tempore:hoc eſt mortalis huius ſeculi labēte tranſcurſu:ſed in illa immortalitate beatitudinis ſempiterne.

De ſignificatione que i enoch trāſlatiōe monſtratur.c.xix.

n Am ⁊ iſta ꝓpago cuius ē pater ſeth in ea generatiōe hꝫ dedicatiōis nomen:que ſeptima eſt ex adam annumerato adam.Septim⁹.n.ab illo natus eſt enoch:qui interp̄tat̄ dedicatio:ſed ipſe eſt ille tranſlat⁹ qui placuit deo:⁊ inſigni numero i ordine generationum quo ſabbatum conſecratum eſt ſeptim⁹.ſ.ab adaꝫ:ab ipſo aūt patre iſtarum generationum que diſcernuntur a generatōe cain:id eſt ſeth ſextus eſt:quoto die factus eſt homo: ⁊ conſumauit omnia opera ſua. Sed huius enoch tranſlatio noſtre dedicatiōis prefigurata dilatio.Que quideꝫ iam facta eſt in chriſto capite noſtro: qui ſic reſurrexit vt non moriatur ulterius:ſed etiam ipſe tranſlatus ē.Reſtat aūt alia dedicatio vniuerſe dom⁹ cuius ipſe chriſt⁹ ē fundamentum: q̄ differtur i finem:qn̄ erit omniū reſurrectio non morituroruꝫ ãplius. Siue autem domus dei dedicatur:ſiue templum dei:ſiue ciuitas dei: id ipſuꝫ eſt: nec abhorret a latini eloquij conſuetudine.Nam ⁊ virgilius imperioſiſſimam ciuitatem domum appellat aſſaraci:romanos volens intelligi qui de aſſaraco per troianos originē ducūt: ⁊ domum enee eoſdem ipſos:quia eo duce troiani cum italiaꝫ veniſſent:ab eis condita eſt roma.Imitatus nanq; eſt poeta ille litteras ſacras: in quib⁹ dicitur domus iacob iam ingens populus hebreorum.

De eo q̄ cain ſucceſſio i octaua ab adam generatione clauditur:⁊ in poſteris ab eodem p̄re adam noe decim⁹ inuenitur.c.xx.

d Icet aliquis:ſi hoc intendebat ſcriptor hui⁹ hiſtorie i cōmēorādis generationibus ex adā per filium eius ſeth:vt p illas pueīret ad noe ſb̄ quo fc̄um ē diluuiū:a quo rurſus contexeretur ordo naſcentium:quo perueniret ad abraam:a quo mattheus euangeliſta generatiōes quib⁹ ad chriſtum peruenit eternum regem ciuitatis dei:quid intendebat in generatiōi h⁹ex cain:⁊ quo eas perducē uolebat? Reſpondetur vſq; ad diluuium quo totuꝫ illud genus terrene ciuitatis abſumptum eſt:ſed reparatum eſt ex filiis noe.Neq; enim deeſſe poterit hec t̄rena ciuitas ſocietaſq; hoium ſecūdū hominem viuentium:vſq; ad huius ſeculi finem de quo dn̄s ait: filij hui⁹ ſeculi generant ⁊ generant̄. Ciuitateꝫ

vero dei peregrinantē in hoc ſeculo re
generatio perducit ad alterum ſecu-
lum: cuius filij nec generant nec gene
rantur. Hic ergo generari et generare
ciuitati vtriq; commune eſt: q̃uis dei
ciuitas habeat ⁊ iam hic multa ciuiū
milia: que ab opere generādi ſe abſtie
ant. Sed h; etiam illa ciues nonnul-
los iſti ſimiles: ex imitatione quadā
l; errantes. Ad eam nanq; pertinent:
etiam qui deuiantes ab huius fide di
uerſas hereſes condiderūt: ſecundum
hominem quippe viuunt: non ſm de-
um. Et indorum gymnoſophiſte qui
nudi perhibentur philoſophari in ſo-
litudinibus indie: ciues eius ſunt et a
generando ſe cohibent. Non enim eſt
hoc bonum: niſi cum fit ſecundum fi-
dem ſummi boni qui deus eſt. Hoc tñ
nemo feciſſe ante diluuium reperit:
quando quidem etiam ipſe enoch ſep
timus ab adam: qui tranſlatus refert
eſſe non mortuus: gēuit filios ⁊ filias
anteq̃ transferretur: in quib' fuit ma
tuſalem per quem generationum me-
morandarū ordo tranſcurrit. Cur er-
go tanta paucitas ſucceſſionū cōmē
ratur in generationibus ex cain: ſi eas
vſq; ad diluuium perduci oportebat:
nec erat diuturna etas preueniens pu-
bertatem: que centum vel amplius ā-
nos vacaret a fetibus. nā ſi non inten
debat auctor libri huius aliquem ad
quē neceſſario perducēt ſeriem gene-
rationum: ſicut in ill' qui ueniunt de ſēi
ne ſeth: intendebat puenire ad noe: q̄
rurſus ordo neceſſarius ſequēt: q̃d
opus erat pretermittere primoſgeni-
tos filios vt perueniretur ad lamech:
in cuius filijs finitur illa contexio oc
taua generatione ſcilicet ex adā: ⁊ ſep
tima ex cain: quaſi eſſet inde aliquid
deinceps connectendum: vnde peruēi
retur l' ad iſraeliticū populum: i quo
celeſti ciuitati etiam terrena hieruſalē
figuram propheticam prebuit: vl' ad
chriſtum ſecundum carnem qui eſt ſu
per omnia deus benedictus in ſecula:
ſuperne hieruſalem fabricator atq; re
generator: cum tota progenies cai di-
luuio ſit deleta? Unde videri pōt in eo
dem ordine generationum: primoſge-
nitos fuiſſe commemōatos. Cur ergo
tam pauci ſunt? Non enim vſq; ad di
luuium tot eſſe potuerunt non vacan
tibus vſq; ad centenariam pubertatē
pr̄ibus ab officio generandi: ſi nō erat
tunc proportione longeuitatis illius
etiam ſera pubertas. Ut. n. pereque t̄-
ginta ānorū fuerit cū filios generare
ceperunt octies tricenī: qm̄ octo ſunt
generatiōes cum adam ⁊ cū eis quos
genuit lamech: ducenti ⁊ quadragita
ſunt anni. Nam itaq; toto deide tem
pore uſq; ad diluuium non generaue-
runt? Qua tādem cauſa qui hec ſcrip
ſit generationes commemorare nolu-
it que ſequuntur? Nam ex adam vſq;
ad diluuium computantur anni ſecū-
dum codices nr̄os duo milia ducēti ſe
xagintaduo: ſ; hebreos aūt mille ſex
cēti q̄nquagitaſex. Ut ergo iſtū nūez
minorem credam' eē vˀiorem: de mille
ſexcentis q̄nquagitaſex ānis ducenti
quadraginta detrahūt. Nunq̄d credi
bile ē p mille quadrigētos ⁊ quot ex
currit annos qui reſtant ad diluuium
progeniē cain a generationibus vaca
re potuiſſe? Sed qui ex hoc mouetur
mēinerit cū quererē quō credendum
ſit: antiquos illos homines per tā mul
tos annos a gignendis filijs ceſſare
potuiſſe duobus modis iſtam ſolutā
eſſe queſtionem: aut de ſera puberta-
te proportione tam longe vite: aut de
filijs qui commemorantur in genera-
tionibus q non fuerint primogeniti:
ſed hi per quos ad eum quem inten-
debat auctor libri poterat perueniri ſic
ad noe in generationibus ſeth. Proi-
de in generationibus cain ſi non occū
rit qui deberet intendi: ad quem per-

miſſis primogenitis ꝑ eos q̃ cõmẽoꝛa
ti ſunt peruẽiri opoꝛtebat ſera puber-
tas intelligenda reſtabat: vt aliquáto
poſt centum ãnos puberes habileſqꝫ
ad gignendum facti fuerit: vt oꝛdo ge
nerationum per primogenitos curre
ret: ⁊ vſqꝫ ad diluuium ad numeꝛum
annoꝛum tante quantitatis occurrẽt.
Quãuis fieri poſſit vt ꝓpteꝛ aliquã
ſecretioꝛem cauſam que me later vſqꝫ
ad lamech ⁊ eius filios generationuꝫ
peruenicnte cõtextu cõmẽdaret̃ hec ci
uitas quã dicimus terrenã: ac deinde
ceſſaret ſcriptoꝛ libri comemoꝛare ce-
teras: que vſqꝫ ad diluuium eẽ potue
rũt. Põt ⁊ illa eſſe cauſa cur nõ oꝛdo
generationum per primogenitos du-
ceretur: vt neceſſe ĩ illis hõibꝰ ñ ſit tã
ſeram credere pubertatẽ: ꝙ ſcilicet ea-
dem ciuitas quã cain in nomĩe enoch
filij ſui: condidit: longe lateqꝫ regnare
potuerit: ⁊ reges habere non ſimꝉ plu
res: ſed ſuis etatibus ſingulos: quos
genuiſſent ſibi ſucceſſuꝛos quicunqꝫ
regnaſſent. Hoꝛum regũ primus eſſe
potuit ipſe cain: ſecundus eius filius
enoch in cuius nomine vbi regnaret̃
condita eſt ciuitas: tertius. Irad quẽ
genuit enoch: quaꝛtus manihel queꝫ
gẽuit irad: q̃ntꝰ matuſael quẽ genuit
manihel. ſextus lamech quem genuit
matuſael: qui eſt ſeptimꝰ ab adã ꝑ ca-
in. Non aũt erat per conſequens vt ꝓ
mogeniti ĩ regnũ regnãtibꝰ ſuccedẽnt
pꝛ̃ibus: ſꝫ quos regnandi meritũ ꝓpt̃
virtutem terrene vtilẽ ciuitati: vel ſoꝛs
aliqua reperiret: vel ille potiſſimũ ſuc
cederet patri hereditario quodam iu-
ꝛe regnandi: quem pre ceteris filijs di
lexiſſet. Potuit aũt viuente adhuc la
mech atqꝫ regnante fieri diluuiũ: vt ip
ſũ cũ aliis õibus hõibus exceptis qui
in arca fuerunt queꝫ perderet iuẽiret.
Neqꝫ enim miranduꝫ eſt: ſi varia quã
titate numeroſitatis annorum inter-
poſita: per tam longam etateꝫ ab adã
vſqꝫ ad diluuium non equalis nume
ri generationes habuit vtraqꝫ proge-
nies: ſed per cain ſeptem: per ſeth aũt
decem: ſeptimus eſt enim vt iam dixi
ab adaꝫ vſqꝫ ad lamech: decimꝰ noe.
Et ideo non vnus filius lamech ſicͭ in
ceteris ſuperius: ſed plures cõmemo-
rati ſunt: quia incertũ fuerat quis ei
fuiſſet moꝛtuo ſucceſſurus: ſi regnãdi
tempus inter ipſum ⁊ diluuium ꝛemã
ſiſſet. Sed quoquomodo ſe habeat ſi
ue per primogenitos ſiue per reges
ex cain generationum oꝛdo decurrẽs:
illud mihi nullo pacto prereundũ ſilẽ
tio videtur: ꝙ cum lamech ſeptimꝰ ab
adam fuiſſet inuentus: tot eius annu-
merati ſunt filij donec vndenarius nu
merꝰ impleretur: quo ſignificatur pec
catum. Adduntur enim tres filij ⁊ v-
na filia. Vxores autem aliud poſſunt
ſignificare: non hoc quod nunc cõmẽ
dandum videtur. Nunc enim de ge-
nerationibus loquimur: ille vero vnõ
ſint genite tacitum eſt. Quoniam er-
go lex denario numero predicatur vñ
eſt memoꝛabilꝉ ille decalogus: profec-
to numerus undenarius numerꝰ q̃m
tranſgredit̃ denarium: tranſgreſſionẽ
legis ac ꝑ hoc peccatũ ſignificat. Hic
eſt ꝙ in tabernaculo teſtimonij quod
in itinere populi dei velut templum ã-
bulatorium vndecim vela cilicina fie-
ri precepta ſunt. In cilicio quippe re-
coꝛdacio eſt peccatoꝛum: propter he
dos ad ſiniſtram futuros: quia confi
tentes in cilicio proſternimur tanq̃ di
centes quod in pſalmo ſcriptuꝫ ẽ: pec
catum meuꝫ ante me eſt ſemper. Pro
genies ergo ex adam per cain ſcelera-
tum vndenario numero finitur: quo
peccatum ſignificatur: ⁊ ipſe numerꝰ
a femina clauditur: a quo ſexu initiuꝫ
factum ẽ peccati per quod omnes mo
rimur. Commiſſuꝫ eſt autem vt ⁊ vo
luptas carnis que ſpiritui reſiſteret ſe
queretur. Nam ⁊ ipſa filia lamech no

ema voluptas interpretatur. Per ſeth autem ab adam vſ ad noe denarius inſinuatur legitimus nūerus. Cui noe tres adjciuntur filij: vnde vno lapſo duo benedicuntur a patre: vt remoto reprobo ⁊ probatis filijs ad numerū additis: etiam duodenarius numer⁹ intimetur: q̄ ⁊ in patriarcharum ⁊ in apoſtolorū numero inſignis eſt: ꝓpē ſeptenarij partes alteram per alteram mltiplicatas. Nam ter quaterni l' quater terni ipſum faciunt. His ita ſe hñtibus: video conſiderandum ⁊ cōmemorandum: iſta vtraq progenies q̄ diſtictis generatiōibus duas iſinuat ciuitates: vnam terrigenarum: alterā regeneratoꝝ: quō poſtea ſic cōmixta fuerit atq confuſa: vniuerſū gen⁹ humanū exceptis octo hōib⁹ pire merēt diluuio.

Qua rōne cōmemorato enoch: q̄ fuit filius cain: totius generatiōis ei⁹ vſq ad diluuium ſit cōtinuata narratio: cōmemorato aūt enos q̄ fuit fili⁹ ſeth ad conditiōis hūane ꝑncipiū ſit reditum. c. xxi.

P Rimo autem intuendu ē: quēadmodum cū ex cain generationes enumerantur: cōmemorato añ ceteros poſteros eius illo i cuius noie ꝯdita eſt ciuitas id eſt enoch: contexti ſunt ceteri vſq ad illum finem de quo locut⁹ ſum. donec illud gen⁹ atq illa vniuerſa propago diluuio delerēt: cum vero filius ſeth vnus cōmemoratus fuiſſet enos: nondum vſq ad diluuium additis ceteris: articulus q̄dam interponitur ⁊ dicitur: hic liber natiuitatis hōinū qua die fecit deus adam ad imaginem dei fecit illūm: maſculū ⁊ feminā fecit eos: ⁊ benedixit illos: ⁊ cognominauit nomen eorū adā: qua die fecit illos. Quod mihi videtur ad hoc interpoſitum vt hinc rurſus inciperet a ipſo adam dinumeratio temporum: quam voluit facere qui hec ſcripſit in ciuitate terrena: tanq̄ eam deus ſic cōmemoraret vt non computaret. Sed quare hinc reditur ad iſtam recapitulationem: poſteaq̄ cōmemoratus eſt filius ſeth homo qui ſperauit inuocare nomen domini dei niſi q: ſic oportebat iſtas duas ꝓponē ciuitates: vnā p homicidā vſ ad hōicidā. nam ⁊ lamech duab⁹ vxorib⁹ ſuis ſeſe perpetraſſe homicidium confitet: alteram per eum qui ſperauit inuocare nomen domini dei. Hoc eſt quippe i hoc mūdo peregrinātis ciuitatis dei totum atq ad ſummū in hac mortalitate negociū: qḋ p vnū hoiem quē ſane occiſi reſurrectio genuit: cōmendādum fuit. Homo quippe vnus totius ſuperne ciuitatis eſt vnitas nondum quidem completa: ſed premiſſa iſta ꝓphetica prefiguratione complenda. Filius ergo cain hoc eſt filius poſſeſſionis: cuius: niſi terrene ciuitatis hēat nomen: in ciuitate terrena que in eius nomine condita eſt: De his eſt enim ḋ quibus cantatur in pſalmo: iuocabūt nomina eorum in terris ipſorum ꝓpē quod ſequitur eos quod in alio pſalmo ſcriptū eſt: domine in ciuitate tua imaginem eorum ad nihilū rediges. Filius aūt ſeth hoc eſt filius reſurrectionis ſperet iuocare nomen dñi dei. Eam quippe ſocietatem hōinum ꝑſigurat q̄ dicit: ego autem ſic̄ oliua fructifera in domo dei ſperaui in miſericōdia dei. Uanas autem glias famoſi in terra nominis non requirat. Beatus enim vir cuius eſt nomen domini ſpes eius ⁊ non reſpexit in uanitates ⁊ iſanias falſas. Propoſitis itaq duabus ciuitatibus: vna in re hui⁹ ſeculi: altera in ſpe dei: tanq̄ ex communi que aperta eſt in adam ianua mortalitatis egreſſis: vt percurrant ⁊ diſcurrāt ad diſcretos ꝓpos et debitos fines: ici

pit dinumeratio tempoꝝ i qua ⁊ alie
generationes adijciuntur:facta recapi
tulatione ex adam:ex cuius oꝛigie dā
nata veluti maſſa vna merite dānatio
ni tradita fecit deus alia in contumeli
am vaſa ire:alia in honorem vaſa mi
ſericoꝛdie:illis reddens quod debet̃ in
pena:iſtis donans quod non debetur
in gr̄a:vt ex ipſa etiam cōparatiōe va
ſorum ire:ſuperna ciuitas diſcat que
peregrinatur i terris non fidē liberta
te arbitrij ſui:ſed ſperet inuocare no
men dn̄i dei:quoniam voluntas in na
tura que facta eſt bona a bono deo:ſ3
mutabilis ab imutabili:ex nihilo ab
eo q̄ eſt:⁊ a bono pōt decliare vt faci
at malū:qō fit libero arbitrio: ⁊ a
malo ut faciat bonum:quod non fit
ſine diuino adiutorio.

De lapſu filioꝛum dei alienigenaꝝ
mulieruꝫ amore captorū vnde ōes ex
ceptis octo hōibus diluuio perire me
ruerunt.c.xxij.

h Oc itaqꝫ libero volūtatis arbi
trio:generatiōe hūana ꝑgrediē
te atqꝫ creſcente facta eſt pmixtio:⁊ in
iquitate participata q̄dā vtriuſqꝫ con
fuſio ciuitatis:qō malū a ſexu femieo
cām rurſus inuenit nō quidē illo mō
quo ab initio. Non enim cuiuſq̄ꝫ etiaꝫ
tunc fallacia ſeducte ille femine perſu
aſerunt peccatū viris:ſed ab initio q̄
prauis moribus fuerant in t̃rena ciui
tate.i.in terrigenarum ſocietate ama
te ſunt a filijs dei ciuibus ſcilicet pegri
An iferiorẽ ptẽ t̃re q̃ nr̃e hitatiõi ꝯ traria ẽ ãtipodas hĩe credẽda ſit.c.ix.

q Uod vero ⁊ ãtipodas eẽ fabu lãt.i.hoĩes a cõtraria parte t̃re vbi ſol oritur qñ occidit nobis:aduer ſa pedibꝰ noſtris calcare veſtigia:nul la ratione credendum ẽ. Neq hoc vl la hiſtorica cognitiõe didiciſſe ſe affir mant:ſꝫ quaſi rõcinanda coniectãt:eo ꝙ intra conuexa celi terra ſuſpẽſa ſit: eundẽq locum mundus hẽat ⁊ ĩfimũ ⁊ medium:⁊ ex hoc opinantur alterã terre partẽ que infra eſt habitatione hominum carere non poſſe. Nec attẽ dunt etiam ſi figura conglobata ⁊ ro tunda mundus eſſe credatur:ſiue ali qua rõne monſtretur:non tamen eſſe conſequens vt etiam ex illa parte ab aquarum congerie nuda ſit terra. De inde etiam ſi nuda ſit:neq hoc ſtatim neceſſe eſſe vt homies habeat qm̃ nul lo modo ſcriptura iſta mentitur q̃ nar ratis preteritis facit fidem:eo qd eius predicta complentur. Nimiſq abſur dum eſt vt dicatur aliquos homines ex hac in illam partem oceani imenſi tate traiecta:nauigare ac peruenire po tuiſſe vt etiam illic ex vno illo primo hoĩe genꝰ inſtitueret̃ humanuꝫ. Qua propter inter illos tunc hõinũ popu los:qui perſeptuagitaduas gẽtes ⁊ to tidem linguas colligũt̃ fuiſſe diuiſi:q̃ ramus ſi poſſumus inuenire illam in terris peregrinantem ciuitatem dei q̃ uſq ad diluuium arcãq perducta ẽ: atq in filijs noe per eorum benedicti ones perſeueraſſe monſtratur: maxie in maximo qui eſt appellatus ſem:qñ qdẽ iaphet ita benedictus eſt vt i eiuſ dem fr̃is ſui domibus habitaret.

De generatione ſeꝫ in cuius ꝓgenie tendens ad abraam ciuitatis dei õdo dirigitur.c.x.

t Enenda eſt igĩ ſeries generatio nũ ab ipſo ſeꝫ:vt ipſa oñdat pꝰ diluuium ciuitatẽ dei:ſicut eam ſeries generationũ ab illo qui ẽ appellatus ſeth oñdebat ante diluuium. Propter hoc ergo ſcriptura diuina cum t̃renã ciuitatem in babylone hoc ẽ i ꝯfuſiõe eſſe monſtraſſet:ad patriarcham ſem recapitulando reuertitur:⁊ orditur iñ generationes vſq ad abraam comme rato etiam numero annorum: quãto quiſq ad hanc ſeriem pertinentem fi lium genuiſſet:quãtoq vixiſſet. Ubi certe agnoſcendum eſt quod ante pro miſeram:ut appareat quare ſit dictuꝫ de filijs heber nomem illius phalech: quia in diebus eius diuiſa eſt terra. Quid enim aliud intelligendum eſt t̃ ram eſſe diuiſam:niſi diuerſitatem lin guarum? Omiſſis igitur ceteris filijs ſem ad hanc rem non pertinentibus: illi connectuntur in ordine generatio num:per quos poſſit ad abraam per ueniri:ſicut illi cõnectebantur añ di luuium per quos peruenitur ad noe: generationibus que propagate ſunt ex illo adaꝫ filio qui appellatꝰ ẽ ſeth. Sic ergo incipit generationum iſta ꝯ textio. Et he generationes ſem. Sem

filius noe centum annorum erat cum
genuit arfaxat ſecūdo anno poſt dilu⸗
uium. Et uixit ſem poſtꝙ̄ genuit arfa
xat quingentos annos: ⁊ genuit filios
⁊ filias: ⁊ mortuus eſt. Sic exequitur
ceteros: dicens quoto quiſqꝫ anno vi⸗
te ſue filium genuerit ad iſtum genera
tionum ordinē ptinētē: qui pertendit
ad abraam: ⁊ quot annos poſtmodū
vixerit: intimans eū filios filiaſqꝫ gēu
iſſe: vt intelligamus vnde potuerit po
puli acreſcere: ne in paucis qui cōme⸗
morantur hominibus occupati pueri
liter: heſitemus vnde tanta ſpacia ter
rarum atqꝫ regnorū repleri potuerit
de genere ſem: maxime propter aſſyri
orum regnum: vnde ninus ille orienta
lium dominator vſqꝫquaqꝫ populoꝝ
ingenti proſperitate regnauit ⁊ latiſſi
mum ac fundatiſſimum regnum qđ
diuturno tempore duceretur ſuis po⸗
ſteris propagauit. Sed nos ne diuti⁹
quam opus ē immoraremur: nō quot
annos quiſqꝫ in iſta generationum ſe
rie vixerit: ſed quoto anno vite ſue ge
nuerit filium hoc ordine memorādū
tantummodo ponimus: ut et numeꝝ
annorum a tranſacto diluuio vſqꝫ ad
abraam colligamus: ⁊ preter illa in q̄
bus cogit neceſſitas immorari: breuit̄
alia curſimqꝫ tangamus. Secundo igī
anno poſt diluuium ſem cum eſſet cē⸗
tū annoꝝ genuit arfaxat. Arfaxat au
tem cum eſſet centum trigintaquinqꝫ
annorum genuit chaynā. Qui cū eēt
centum trigita ānoꝝ genuit ſala. Por
ro ēt ipē ſala totidem annoꝝ erat qñ
gēuit heber. Centum vero ⁊ triginta
⁊ quatuor agebat annos heber cū ge⸗
nuit phalech: in cuius diebus diuiſa ē
terra. Ipſe autem phalech uixit centū
triginta ānos ⁊ genuit ragau: ⁊ ragau
centū ⁊ trigintaduos: ⁊ genuit ſeruch
⁊ ſeruch centum ⁊ triginta: ⁊ genuit
nachor: ⁊ nachor ſeptuagintanouem
⁊ genuit tharam. Thara autē ſeptu⸗
ginta ⁊ genuit abram: quē poſtea no⸗
minauit de⁹ mutato vocabulo abra⸗
am. Fiunt itaqꝫ anni a diluuio vſqꝫ ad
abraam mille ſeptuaginta ⁊ duo ſecū
dum vulgatam editionem: hoc eſt int̄
pretum ſeptuaginta duorum. In he⸗
breis autem codicibus longe paucio
res annos perhibent inueniri: de qui⸗
bus rationem aut nullā aut difficilli
mam reddunt cum ergo querimus in
illis ſeptuagintaduabus gentibus ci⸗
uitatem dei: non poſſumus affirmare
illo tempore quo erat illis labium v⸗
num: id eſt loquela vna: tunc iā gen⁹
humanum alienatū fuiſſe a cultu vī
dei: ita vt in ſolis iſtis generationib⁹
pietas vera remaneret: que deſcendūt
de ſemine ſem per arfaxat: ⁊ tendunt
ad abraā. Sed ab illa ſuperbia edifi
cande turris vſqꝫ ad celū: qua impia
ſignificatur elatio: terrena apparuit ci
uitas: hoc eſt ſocietas impiorū. Utrū
itaqꝫ ante noe fuerit an latuerit: an
potius vtraqꝫ permanſerit: pia. ſ. i du
obus filijs noe qui benedicti ſunt eo⸗
runqꝫ poſteris: impia vero in eo qui
maledict⁹ ē atqꝫ eius progenie: vbi e⸗
tiam exortus eſt gigas venator cōtra
dominum: non eſt diiudicatio facilis.
Fortaſſis enim quod profecto eſt cre⸗
dibilius: ⁊ in filijs duorum illoꝝ iam
tunc antequam babylonia cepiſſet
inſtitui: fuerunt contemptores dei: ⁊ i
filijs cham cultores dei: vtrunqꝫ tamē
hominum genus terris nunꝙ̄ defuiſ⸗
ſe credendum eſt. Si quidem ⁊ quan
do dictum eſt omnes declinauerūt fil̄
inutiles facti ſunt: nō eſt qui faciat bo
num non eſt uſqꝫ ad vnum: in vtroqꝫ
pſalmo vbi hec verba ſunt: ⁊ hec legū
tur: nonne cognoſcent omnes qui ope
rantur iniquitatem: deuorant plebem
meam ſicut eſcam panis: erat ergo eti
am tunc populus dei: vnde illud qđ
dictum eſt: non eſt qui faciat bonum
non eſt vſqꝫ ad vnum: de filijs hōinū

dictum eſt nō de filijs dei. Nam premiſſum eſt: deus de celo proſpexit ſuper filios hominum: vt videret ſi eſt itelligens aut requirens deum. Ac deinde illa ſubiūcta: que omnes filios hominuȝ. i. ad ciuitatem pertinētes que uiuit ſecundum hominē ⁊ non ſecundū deuȝ: reprobos eē demōſtrant.

Qđ ea primitꝰ lingua i uſu hōinū fuerit: q̄ poſtea hebrea ab heber noīe nuncupata ē: ⁊ i cuiꝰ familia remāſit cū diuerſitas eēt facta linguaꝝ. c. xi.

q Uamobrem ſicū lingua vna cuȝ eēt oīū: non iō filij peſtilētie defuerunt. nam ante diluuiū vna erat ligua: ⁊ tamen omnes preter vnaȝ noe iuſti domū deleri diluuio meruerūt: ita quando merito elationis ipietatis gentes linguarum diuerſitate punite atq̧ diuiſe ſunt: ⁊ ciuitas impiorum confuſionis nomen accepit: hoc ē appellata eſt babylon: non defuit domꝰ heber vbi ea que antea fuit omnium lingua remanēt. Unde ſicut ſupra memoraui cū cepiſſēt enumerari filij ſeȝ: qui ſinguli gētes ſingulas procrearūt primus commemoratꝰ heber: cum ſit abnepos ipſius hoc eſt ab illo quintꝰ inueniatur exortus. Quia ergo i eius familia remanſit hec lingua: diuiſis ꝑ alias linguas ceteris gentibus: que ligua prius humano generi non immerito creditur fuiſſe communis: ideo deinceps hebrea eſt nuncupata. Tunc enim opus erat eam diſtingui ab alijs linguis nomine proprio: ſicut alie q̧ vocate ſūt nominibus proprijs. Quādo autem erat vna: nihil aliud q̄ hūana ligua vel humana locutio vocabatur: qua ſola vniuerſum genus hominum loquebatur. Dixerit aliquis. Si in diebus phalech filij heber diuiſa ē terra per linguas: id eſt homines qui tunc erant in terra: ex eius nomie potius debuit appellari lingua illa que fuit omnibus ante communis. Sed itelligendum eſt ipſum heber propter ea tale nomen impoſuiſſe filio ſuo: vt uocaretur phalech quod interpretatꝰ diuiſio: quia tunc ei natus eſt quando per linguas terra diuiſa eſt id eſt ipſo tempore: vt hoc ſit quod dictum ē. In diebus eius diuiſa terra eſt. Nam niſi adhuc heber viueret: quando linguarum facta eſt multitudo: non ex eius nomine nomen acciperet lingua que apud illum potuit permanere. Et iō credēda ē ipſa fuiſſe pria cōmūis: quoniam de pena venit illa multiplicatio mutatioq̧ linguarum: ⁊ vtique preter hanc penam eſſe debuit populus dei Nec fruſtra linguam iſtam hoc ē quā tenuit abraam. Nec in omnes filios tranſmittere potuit: ſed in eos tantuȝ qui propagati per iacob ⁊ inſignius atȝ eminentius in dei populum coaleſcentes dei teſtamenta ⁊ ſtirpem chriſti habere potuerunt. Nec heber ipſe eandeȝ linguam in vniuerſam progeniem ſuam refudit: ſed in eam tantum cuius generationes perducuntur ad abraam. Quapropter etiam ſi nō euidenter expreſſum eſt: fuiſſe aliquod pium genus hominum quando ab impijs babylonia cōdebatur: nec ad hoc valuit hec obſcuritas: vt q̄rentis fraudaretūr: ſed potius vt exercētur intentio. Cum enim legitur vnam fuiſſe linguam primitus omnium: ⁊ ante ōnes filios ſem commendatur heber q̄uis ab illo quintus oriatur: ⁊ hebrea vocatūr lingua: quaȝ patriarcharuȝ ⁊ ꝓphetarū non ſolū i ſermonibus ſuis: verum etiam in litteris ſacris cuſtodiuit auctoritas. Profecto itaq̧ cum queritur in diuiſione linguarum vbi lingua illa remanere potuerit que fuit ante communis: que ſine ulla dubitatione ubi remanſit non ibi fuit illa pena que facta eſt mutatione liguaꝝ:

quid aliud occurrit niſi ꝙ in huiuſmo di gente remanſit a cuius noie nomē accepit ⁊ hoc iuſtitie gentis huius nō paruum apparuiſſe veſtigium: ꝙ cuꝫ alie gentes plecterentur mutatione lin guarum:ad iſtam non peruenit tale ſupplicium.?Sed ſi adhuc illud mouꝫ quomodo potuerūt ſingulas gentes facē potuiſſe heber ⁊ fili⁹ ei⁹ phalech: ſi vnā lingua permanſit ābob⁹ ⁊ certe vna eſt hebrea gens ex heber ꝓpaga ta vſꝫ ad abram:⁊ per eum deinceps donec magn⁹ fieret ppl's iſrael. Quo modo igitur omnes filij qui cōmemo rati ſunt trium filiorum noe fecerunt ſingulas gētes: ſi heber ⁊ phalech ſin gulas non fecerunt.?Nimirū illud eſt probabili⁹ quod gigas ille nemroth fecerit etiam gentem ſuam:ſed propē excellentiam dominationis ⁊ cōporis ſeorſum eminentius noiat⁹ eſt: vt ma neat numerus ſeptuagintaduaruꝫ gē tium atꝫ linguarum.Phalech autem propterea cōmemorat⁹ ē:non ꝙ gēteꝫ fecerit.nā eadem ipſa eſt eius gens he brea eadēq; lingua:ſed propter tp̄us inſigne ꝙ in diebus eius terra diuiſa ē.Nec mouē nos oꝫ:quomodo potu erit gigas nemroth ad illud tempus etatis occurrere :quo babylon condi ta ē:⁊ confuſio facta linguarum: atq; ex hac diuiſio gentium.Non enim qꝛ heber ſext⁹ eſt a noe:ille auteꝫ quart⁹: ideo non potuerunt ad idem tempus conuenire viuendo. Hoc enim conti git cum plus viuerent vbi paucio:es ſūt generatiōes:min⁹ vbi pl'es:aut ſeri us nati eſſent vbi pauciores: maturi⁹ vbi pl'es.Sane intelligendum ē:quan do terra diuiſa eſt non ſoluꝫ iā natos fuiſſe ceteros filios filiorum noe:q̄ cō memorāt̄ pr̄es gentiuꝫ:ſed etiam eius etatis fuiſſe:vt iā vniuerſi fāilias ha berent ſuas:que digne fuiſſent noib⁹ gentiuꝫ vn̄ nequaꝙ̄ putandū ꝙ eo fue rint ordine geniti quo commemorati leguntur.Alioquin duodecim filij iec tan qui erat filius alius heber frater phalech quomodo potuerunt iā gen tes facere ſi poſt phalech fratrem ſuū iectā nat⁹ ē:ſic poſt eū cōmemorat⁹ ē: qn̄ quidem tp̄e quo nat⁹ ē phalech di uiſa eſt terra.?Proin̄ intelligenduꝫ eſt priorem quidem phalech noiatū ſed longe poſt frēm ſuum iectan fuiſſe na tum:cuius iectan duodecim filij tam grandes iam familias haberent:vt i linguas proprias diuidi poſſent.Sic enim potuit prior commemorari qui erat etate poſterior:queādmodū pus commemorati ſunt ex trib⁹ filijs noe procreati filij iaphet qui erat minim⁹ eorum:deinde filij cham qui erat me dius:poſtremo filij cham q̄ erat medi us:poſtremo filij ſem qui erat prim⁹ ⁊ maximus.Illarum autem gentium vocabula partim māſerūt:ita vt ho die appareat vn̄ fuerit deriuata:ſicut ex aſſur aſſyrij:⁊ ex heber hebrei:par tim tp̄is vetuſtate mutata ſunt ita vt vix homines doctiſſimi ātiquiſſimas hiſtorias perſcrutantes:nec ōium ſed aliquantarū ex iſtis origines gentium potuerint reperire.Nā ꝙ ex filio chaꝫ qui vocabatur meſrem phibent̄ egyp tij exorti nulla hic reſonat origo voca buli:ſicut nec ethiopū qui dicūt̄ ad eū filium cham pertinere:q̄ chus appel latus ē.Et ſi oīa conſiderēt̄:plura mu tata ꝙ̄ manentia noīa apparent.

De artic'lo tp̄is i abraā:a q̄ ſce ſuc ceſſionis nou⁹ ordo cōtexit̄.c.xij.

n Unc iam videam⁹ ꝓcurſum ci uitatis dei ēt ab illo artic'lo tp̄is q̄ fact⁹ ē in pr̄e abraam:vn̄ incipit eſſe noticia eius euidentior:⁊ vbi clariora leguntur promiſſa diuina: que nunc i chriſto videmus impleri. Sicut ergo ſcriptura ſancta indicante didicimus: in regione chaldeoꝝ natus ē abraam

que terra ad regnum pertinebat aſſy-
rioꝝ. Apud chaldeos aũt iam ẽt tunc
ſuperſtitiones ipie preualebant: quem
admodũ per ceteras gentes. Una igĩ
thare domus erat de qua nat⁹ ẽ abra
am ĩ qua vnius veri dei cult⁹: ⁊ quan
tũ credibile ẽ in qua iã ſola ẽt hebrea
lingua remanſerat: q̄uis ⁊ ipſe ſic iaʒ
manifeſtioꝛ dei populus in egypto: ita
ĩ meſopotamia ſeruiſſe dñs alienis ie
ſu naue narrante refertur: ceteris ex ꝓ
genie illius heber in linguas paulatĩʒ
alias ⁊ in nationes alias poſteris de-
fluentibus. Proinde ſicut per aquaꝝ
diluuiuʒ vna dom⁹ noe remanſerat ad
reparandũ genus humanum: ſic in di
luuio multaꝝ ſuperſtitionum ꝑ vniu̾-
ſum mundum vna remanſerat dom⁹
thare in qua cuſtodita ẽ plantatio ciui
tatis dei. Deniq; ſicut illic enumeratis
ſupra generationib⁹ ab adam uſq; ad
noe ſimul cum annoꝛum numeris:
⁊ expoſita diluuij cauſa: priuſq̄ deus
inciperet de arca fabricanda loqui ad
noe dr̄: he aũt generationes noe: ita et
hic enumeratis generationibus ab il-
lo qui eſt appellatus ſem filio noe vſʒ
ad abraam: deinde inſignis articulus
ſimiliter ponitur vt dicatur: he ſũt ge
nerationes thare thare genuit abram
⁊ nachoꝛ ⁊ aram: ⁊ aram genuit loth.
Et moꝛtuus eſt aram coꝛam thare pa
tre ſuo in terra in qua natus in regiõe
chaldeoꝛum. Et ſumpſerunt abram ⁊
nachoꝛ ſibi vxoꝛes: nomen mulieris a
brã ſarai: ⁊ nomen mulieris nachor
melcha filia aram. Iſte arã pr̄ melche
fuit: ⁊ pater ieſche: que ieſcha credit̃
ipſa eſſe etiam ſara vxor abrae.

Que rõ feciſſe videat̃ vt in trãſmi-
gratione thare qua chaldeos deſerẽs
ĩ meſopotamiã tranſiuit nulla filij ei⁹
nachoꝛ facta ſit mentio. c. xiij.

d Einde narratur quemadmodũ
thare cũ ſuis regionẽ reliquerit
chaldeoꝝ: ⁊ venerit ĩ meſopotamiã ⁊
hitauit in charrã. Tacetur autem de
vno filio eius qui vocabatur nachoꝛ:
tanq̄ eum non duxerit ſecum. Nã ita
Narratur. Et ſumpſit thare abram fi
lium ſuuʒ ⁊ loth filiũ arã filij ſui: ⁊ ſa-
rai nurum ſuam vxoꝛem abram filij
ſui: ⁊ duxit illos de regione chaldeo-
rum vt iret in terram chanaan: ⁊ vẽit
in charram ⁊ habitauit ibi. Nuſq̄ hic
nominatus ẽ nachoꝛ: ⁊ vxoꝛ eius mel
cha. Sed inuenimus poſtea cum ſer-
uum ſuum mitteret abraaʒ ad accipi
endaʒ vxoꝛẽ filio ſuo iſaac: ita ſcriptũ.
Et accepit pueꝛ decẽ camelos ď came
lis domini ſui: ⁊ ď omnibus bonis do
mini ſui ſecũ: ⁊ exurgẽs profectus eſt
in meſopotamiaʒ ciuitateʒ nachor. Iſ
to ⁊ alijs ſacre huius hiſtoꝛie teſtimo-
nijs oſtenditur etiaʒ nachoꝛ frater a-
brae exiſſe de regione chaldeoꝛuʒ: ſe-
deſq; conſtituiſſe in meſopotamia vbi
cũ patre ſuo habitauerat abraaʒ. Cur
ergo eũ ſcriptura ñ cõmẽoꝛauit quan
do ex gente chaldeoꝛuʒ cuʒ ſuis pro-
fectus eſt thare: ⁊ habitauit in meſo-
potamia: vbi non ſolũ abrã filius ei⁹:
veruʒ etiaʒ ſara nurus eius ⁊ loth ne-
pos eius cõmemoꝛantur: q̄ eos duxe
rit ſecuʒ? Cur putamus: niſi foꝛte q̄ a
paterna ⁊ fraterna pietate deſiuerat ⁊
ſuperſtitioni adheſerat chaldeoruʒ: et
poſtea inde ſiue penitẽdo ſiue perſecu
tioneʒ paſſus q̄ ſuſpect⁹ haberetur: ⁊
ipſe emigrauit? In libro enim qui ĩſcri
bitur iudith cum quereret holopher-
nes hoſtis iſraelitaruʒ: quenã illa gẽs
eſſet vtruʒ aduerſus eaʒ bellanduʒ fu
iſſet: ſic ei reſpondit achioꝛ dux amõi-
taruʒ. Audiat dominus noſter verbũ
ex ore pueri ſui: ⁊ referam tibi verita
tem de populo qui habitat iuxta mõ
tanã hãc: ⁊ non exibit mendacium de
oꝛe ſerui tui. Hec enim pꝛogenies ppl̾i

eſt chaldeoꝝ:⁊ antea hitauerūt meſopotamiā:quia noluerunt ſequi deos patrū ſuoꝝ qui fuerūt in terra chaldeorū glorioſi:ſed declinauerūt de uia parētū ſuorū ⁊ adorauerunt deū celi queȝ cognouerunt ⁊ proiecerunt eos a facie deorum ſuorū:⁊ fugerunt ī meſopotamiaȝ ⁊ habitauerunt ibi dies multos. Dixitq̧ illis deus eorū vt exirent de habitatione ſua:⁊ irent i trāȝ chanaā:⁊ illic habitauerunt: ⁊ cetera que narrat achior amonites. Unde manifeſtū eſt domuȝ thare perſecutioneȝ paſſā fuiſſe a chaldeis:pro vera pietate qua vnus ⁊ verus ab eis colebatur deus.

De ānis thare qui i charra vite tēpus impleuit.c.xiiij.

d Efūcto aūt tharē i meſopotāia: vbi vixiſſe perhibet̄ ducentos q̄nq̧ ānos iā incipiunt indicari ad abraā facte promiſſiōes dei:q̄ ita ſcriptū ē. Et fuerūt dies thare i charra q̄nq̧ ⁊ ducēti āni:⁊ mortuus ē i charra. Nō ſic aūt accipiēdū ē quaſi ōes hos dies ibi egerit:ſed q2 ōes hos dies vite ſue q̄ fuerūt āni ducēti quīq̧ ibi cōpleuerit. Alioqui neſciret̄ quot annos vixit thare in charra:q̄m non legitur quoto āno vite ſue in charrā venerit: ⁊ abſurdū ē exiſtimare in iſta ſtie generationū vbi diligent̄ commemoratur quot annos quiſq̧ vixerit: hu9 ſoli9 numerū ānoꝝ vite nō cōmēdatū eſſe memorie. Quod eniȝ quorūdā quos eadē ſcriptura cōmemorat tacent̄ āni: nō ſūt i hoc ordine quoꝝ tpuȝ dinūeratio de ceſſione gignentiū ⁊ gēitoruȝ ſucceſſiōe cōtexitur. Jſte aūt ordo qui dirigitur ab adam vſq̧ ad noe ⁊ inde vſq̧ ad abraā ſine numero ānoꝝ vite ſue neminem cōtinet.

De tp̄e ꝓmiſſionis abrae:qua ſum preceptū dei exiuit de charra.c.xv.

q Uod vō cōmēorata morte thare pr̄is abraā: deiñ legitur ⁊ dixit dn̄s ad abram. Exi de terra tua et de cognatione tua ⁊ domo pr̄is tui:et cetera.non q2 hoc ſequitur in ſermōe libri:hoc etiam in rerum geſtarum tēpore ſequi exiſtimādū ē. Erit quippe ſi ita eſt indiſſolubilis queſtio. Poſt hec enim verba dei que ad abram facta ſunt:ſcriptura ſic loquitur. Et exijt abram quēadmodum locutus ē illi deus:⁊ abijt cum illo loth. Abraā autē erat quinq̧ ⁊ ſeptuagita annoꝝ cū exiret ex charra. Quō poteſt hoc vm̄ eſſe ſi p9 mortē pr̄is ſui exijt d charra? Cum enim eſſet thare ſeptuagita ānorū ſicut ſupra intimatū ē:genuit abrā Cui numero additis ſeptuagintaquinq̧ annis quos agebat abram quādo egreſſus eſt de charra:fiunt anni centum ⁊ quadragintaquinq̧. Tot igit̄ annorum erat thare quando exijt abram de illa meſopotamie ciuitate. Agebat.n.ānū etatis ſue ſeptuageſimū q̄ntū:ac per hoc pater eius q̄ eum ſeptuageſimo anno ſuo genuerat agebat vt dictū ē centeſimū ⁊ quadrageſimū ⁊ quītuȝ annum. Non ergo inde poſt mortē pr̄is.i.p9 ducentos quinq̧ annos quibus pater eius vixit egreſſus eſt:ſed ann9 de illo loco ꝓgreſſiōis eius:quoniam ipſius ſeptuageſimuſquintus erat. proculdubio patris ei9 qui eum ſeptuageſimo ſuo anno gēuerat centeſimus quadrageſimuſq̄nt9 fuiſſe colligitur. Ac per hoc intelligendū ē more ſuo ſcripturā rediſſe ad tēpus quod iam narratio illa tranſierat:ſicut ſuperius cū filios filioꝝ noe commemoraſſet:dixit illos in linguis fuiſſe ⁊ in gentibus ſuis:⁊ tam̄ poſtea quaſi hoc etiam i ordīe ſequēt̄ tēporū ⁊ erat inquit omnis terra labiuȝ vnū ⁊ vox vna omnibus. Quomodo ergo

ſm ſuas gentes ⁊ ſm ſuas linguas erant ſi erat vna omnibus:niſi quia ad illud quod iam tranſierat recapitulando eſt vniuerſa narratio? Sic ergo ⁊ hic cum eēt dc̄m ⁊ fuerunt dies thare in charra q̄nq₃ ⁊ ducenti anni ⁊ mortuus eſt thare in charra. Deinde ſcriptura redeundo ad id quod ideo p̄ter miſerat vt prius de thare id quod inchoatum fuerat compleretur. Et dixit inquit dn̄s ad abram exi de terra tua ⁊ cetera. Poſt que dei verbū ſbiūgit. Et exijt abram queadmodū locutus ē illi dn̄s:⁊ abijt cum illo loth. Abraꝫ erat quinq₃ ⁊ ſeptuaginta annoꝝ cuꝫ exijt ex charra. Tūc itaq₃ hoc factum eſt quando pater eius centeſimū quadrageſimum ⁊ quintum annū agebat etatis. tunc enim huius ſeptuageſim⁹ ⁊ quintus annus. Soluta eſt aūt iſta queſtio ⁊ aliter:vt ſeptuaginta quinq₃ anni abrae qn̄ egreſſus eſt de charra: ex illo computarent̄ ex quo de igne chaldeorum liberatus eſt: nō ex quo nat⁹ ē:tāq̄ tūc potius natus hn̄d⁹ ſit ſed beatus ſtephanus in actib⁹ apl'orum cū iſta narraret deus inquit glīe apparuit abrae patri nr̄o cū eſſet i meſopotamia priuſq̄ habitaret in charra. Et ait ad illum. Exi de terra tua et cognatione tua:⁊ domo pr̄is tui:⁊ veni in terram quam tibi ōmonſtrabo. Secundum hec verba ſtephani: non poſt mortem patris eius locutus ē deus abrae:qui vtiq₃ in charra mortu⁹ eſt: vbi cum illo ⁊ ipſe filius habitauit ſed priuſq̄ habitaret in eadē ciuitate iā tn̄ cum eſſet in meſopotamia. Iā ergo exierat a chaldeis. Quod itaq₃ adiungit ſtephanus: tunc abram egreſſus eſt de terra chaldeorum ⁊ hitauit in charra:non demonſtrat q̄ ſit fc̄m poſteaq̄ locutus eſt illi deus. Neq₃.n. p⁹ illa dei verba egreſſus ē de t̄ra chaldeorum:cū dicat ei locutuꝫ deuꝫ eſſe in meſopotamia. ſed ad totum illud temp⁹ pertinet quod ait:tunc.i. ex q̄ egreſſus ē a chaldeis ⁊ habitauit in charra. Item quod ſequitur ⁊ in̄ poſtq̄ mortuus eſt pater eius collocauit illum in terra hac:in qua vos nunc hitatis ⁊ p̄res veſtri:non ait poſtq̄ mortuus eſt pater eius exijt de charra:ſed inde poſtq̄ mortuus eſt pater eius hic eum collocauit. Intelligendum eſt igr̄ locutum deum fuiſſe cum abram cuꝫ eſſet in meſopotamia priuſq̄ habitaret in charra:ſed cum in charram perueniſſe cum patre retento apud ſe precepto dei: ⁊ in̄ exiſſe ſeptuageſimo ⁊ quinto ſuo:pr̄is ſui centeſimo quadrageſimoquinto anno. collocationē vero eius in terra chanaan. non profectōeꝫ de charra poſtq̄ mortem patris eius factam eſſe dicit:q: iam mortuus erat pater eius qn̄ emit terram cuius ibi iam ſue rei cepit eſſe poſſeſſor. Quod aūt iaꝫ in meſopotamia cōſtituto hoc ē iā egreſſo de terra chaldeorū dixit ōus exi de terra tua ⁊ ō cognatiōe tua ⁊ de domo pr̄is tui:non vt corpus in̄ eijceret quod iam fecerat:ſed vt aium auelleret oī. Non eniꝫ exierat inde animo ſed ſpe redeundi ⁊ deſiderio tenebat̄ q̄ ſpes ⁊ deſideriū deo iubente ac iuuante ⁊ illo obediēte fuerat āputādū. Nō ſane incredibl'r exiſtiat̄:cum poſtea ſecutus eſſet nachor pr̄em ſuū tunc abrā preceptū dn̄i impleuiſſe ut cuꝫ ſara cōiuge ſua ⁊ loth filio fratris ſui exiret de charra.

De ordīe ⁊ qualitate ꝓmiſſionū dei q̄ ad abraam facte ſunt.c.xvi.

i Am ꝯſiderāde ſt̄ ꝓmiſſiōes dei facte ad abraā. In his enim aptiora dei noſtri ieſu chriſti hoc ē dei vi oracula apparere ceperūt de pplo piorū quē ꝓphetica prenūciauit auctas: harum prima ita legit̄. Et dixit dn̄s

ad abram:exi de terra tua ⁊ de cogna tione tua ⁊ de domo pr̄is tui:⁊ uade i terrā quā tibi demōſtrauero:⁊ faciaꝫ te i gentem magnam ⁊ benedicam te ⁊ magnificabo nomen tuuꝫ ⁊ eris benedict⁹. Et benedicā benedicētes te: et maledicam maledicētes te:⁊ bn̄dicentur in te omnes tribus terre. Aduertē dum ē igr̄ duas res promiſſas abrae: vnam.ſ.ꝙ terram chanaan poſſeſſuꝝ fuerat ſemen eius: quod ſignificatur vbi dictum eſt:vade in terram quam tibi demonſtrauero ⁊ faciaꝫ te in gentem magnam:aliam v̄o longe preſtantiorem non de carnali ſed ḋ ſpirituali ſemine:p qḋ pr̄ eſt non vnius gentis iſraelitice ſed omnium gentium que ſi dei eius veſtigia conſequuntur. Qḋ ꝓmitti cepit his verbis. Et benedicent̄ in te omnes tribus terre. Hanc ꝓmiſſionem factam arbitratur euſebius ſeptuageſimoquinto etatis anno abrae tanꝙ mox vt facta ē de charra exierit abram:qm̄ ſcripture cōtradici n̄ pōt vbi legitur. Abraam erat quiqꝫ ⁊ ſeptuagita ān̄oꝝ cum exijt ḋ charra. Sꝫ ſi eo anno fc̄a ē iſta promiſſio:iā vtiqꝫ in charra cū pr̄e ſuo ḋmorabat̄ abrā. Neqꝫ.n.exire in̄ poſſet:niſi prius ibi hitaſſet. Nunquidnaꝫ ergo contradr̄ ſtephano dicenti:deus glorie apparuit abrae pr̄i noſtro cum eēt in meſopotamia priuſꝙ habitaret i charra? Sꝫ intelligendum eſt ꝙ eodem anno fc̄a ſunt omnia:⁊ dei promiſſio anteꝙ in charra habitaret abram: ⁊ in charra habitatio eius ⁊ inde profectio:nō ſolum quia euſebius i chronicis ab ān̄o huius promiſſionis computat ⁊ oſtēdit poſt quadringentos ⁊ triginta annos exitum eſſe de egypto:qn̄ lex data:verum etiaꝫ quia id commemorat apoſtolus paulus.

De trib⁹ excellentiorib⁹ gētiū regnis quorum.i.aſſyriorum iam abraā ſublimius eminebat.c.xvij.

P Er idem tp̄s eminētia erāt regna gentiuꝫ: i qb⁹ terrigenaruꝫ ciuitas hoc eſt ſocietas hoīum ſm hoiem viuentiū:ſub dn̄atu angeloruꝫ deſertorū inſignius excellebat: regna uidelicet tria:ſicyoniorū:egyptioꝝ:aſſyrioꝝ:ſed aſſyriorum mlt̄o erat potenti⁹ atqꝫ ſblimius.nam rex ille nin⁹ beli filius excepta india vniuerſe aſie populos ſubiugauerat. Aſiam v̄o dico non illam parteꝫ q̄ huius maioris aſie vna prouincia eſt:ſed eam q̄ vniv̄ſa aſia nuncupatur:quam quidam in alteram duarum:pleriqꝫ aūt in tertiā totius orbis partem poſuerūt vt ſint omnes:aſia:europa:⁊ africa: qḋ non equali diuiſione fecerūt. Nanqꝫ iſta q̄ aſia nuncupatur:a meridie per oriētē vſqꝫ ad ſeptentrionem peruenit europa vero a ſeptētrione vſqꝫ ad occidentē:atqꝫ in̄ africa ab occidente vſqꝫ ad meridiem. Unde videntur orbeꝫ dimidiū due tenē:europa ⁊ africa: aliḋ v̄o dimidium ſola aſia. Sed ideo ille due partes facte ſunt:qꝛ inter vtrāqꝫ ab oceano ingredit̄ quicquid aquaꝝ t̄ras interluit:⁊ hoc mare magnū nobis facit. Quapropter ſi in duas partes orbem diuidas orientis ⁊ occidētis:aſia erit in vna:i altera vero europa ⁊ africa. Quāobrē vnū trium regnorū q̄ tūc precellebant regnum.ſ. ſicyoniorū nō erat ſub aſſyrijs:quia in europa erat: Egyptiorum aūtem quomodo eis nō ſubiacebat: a quibus tota aſia tenebatur:ſolis indis vt perhibetur exceptis in aſſyria igitur preualuerat dn̄at⁹ impie ciuitatis. Huius caput erat illa babylon cuius terrigene ciuitatis nomē aptiſſimum eſt.i.confuſio. Ibi autem ninus regnabat poſt mortem patris ſui beli:q̄ ꝑmus illic r̄gnauerat ſexagitaquinqꝫ annos. Filius vero eius nin⁹ qui defuncto patri ſucceſſit i regnū

quinquaginta duos regnauit annos. Et hëbat in regno quadragintatres ã nos qñ natus ē abraam: q̄ erat ann⁹ circiter mileſimus ducenteſimus ante conditam romam: veluti alteram i oc cidente babyloniam.

De iťato allocō dei ad abraã q̄ ei ⁊ ſemini ei⁹ chanaã ťra ꝑmittiť.c.xviij.

e Greſſus eſt ergo abraã de char ra ſeptuageſimoquito anno eta tis ſue: centeſimo aũt quadrageſimo ⁊ quito p̃ris ſui cũ loth filio f̃ris ſui ⁊ ſara coniuge: ⁊ prexit i terrã chana an ⁊ peruenit vſq; ad ſychem: vbi rur ſus diuinum accepit oraculum: de q̊ ita ſcriptuȝ eſt. Et apparuit dñs abrae ⁊ dixit illi ſemini tuo dabo terrã hãc. Nihil hic de illo ſemine ei ꝑmiſſuȝ ē. i quo pr̄ factus eſt omnium gentium: ſed de illo ſolo de quo pater eſt vnius iſraelitice gẽtis. Ab hoc enim ſemine terra illa poſſeſſa eſt.

De ſare pũdicitia in egypto p̄ dñȝ cuſtodita: q̄ abraã nõ vxorē ſuã eſſe dixerat: ſed ſororem.c.xix.

d Einde edificato ibi altari ⁊ in nouato deo abraã ꝑfect⁹ ē iñ: ⁊ hitauit in heremo: atq; iñ ire in egyp tũ famis neceſſitate compulſus ē: vbi vxorem ſuã dixit ſororem ſuam nihil mentitus. Erat.n. ⁊ hoc q̄ propiqua erat ſanguine: ſicut etiam loth eadē ꝑ pinqtate cũ f̃ris eius eēt filius fr̄ eius ē dictus. Itaq; vxorem tacuit non ne gauit: coniugis tuendã pudicitiam cõ mittēs deo: ⁊ humanas cauēs iſidias vt homo. Quoniam ſi periculuȝ quã tum cauere poterat non caueret: ma gis tentaret deum q̄ ſperaret in deo. De qua re ꝯ calumniantē fauſtũ ma nicheum ſatis diximus. Deniq; factũ eſt quod de domino preſumpſit abra am. Non pharao rex egypti qui eam ſibi vxorem acceperat: grauiter afflic tus marito reddidit. Ubi abſit vt cre damus alieno ꝯcubitu fuiſſe pollutã. Q̄ mľto credibili⁹ hoc pharaonē fa cē afflictõib⁹ magnis ñ fuiſſe ꝑmiſſũ.

De seceſſione loth ⁊ abrae: q̄ illis ſalua caritate cõplacuit.c.xx.

r Euerſo igr̄ abrã ex egypto i lo cũ vñ venerat: tunc loth f̃ris fili us ab illo in terrã ſodomorũ ſalua ca ritate diſceſſit: Diuites quippe facti e rant paſtoreſq; multos pecoꝝ hĩe ce perant: quib⁹ inter ſe rixantib⁹ eo mõ familiarum ſuarum pugnantē diſcor diam uitauerunt. Poterat quippe hic vt ſunt humana ⁊ iter ipſos aliqua ri xa conſurgere. Proinde hoc malũ p̃ cauentis abrae uerba iſta ſũt ad loth. Non ſit rixa inter me ⁊ te: ⁊ inter paſ tores meos ⁊ tuos: q̄ omnes nos fra tres ſumus. Nam ecce tota terra ante te eſt: diſcede ame. Si tu i ſiniſtrã ego i dextraȝ: vel ſi tu in dextram: ego in ſi niſtraȝ. Hinc fortaſſis effecta eſt inter homines pacifica conſuetudo: vt qñ terrenoꝝ aliquid partiendũ ē: maior diuidat: minor eligat.

De tetra ꝑmiſſiõe dei qua ťrã cha naã abrae ⁊ ſemini ei⁹ i ppetuũ polli cetur.c.xxi.

c Um ergo diſgreſſi eēnt ſepatin q; hitarēt abrã ⁊ loth: neceſſita te ſuſtentande familie non feditate diſ cordie: ⁊ abraã in terra chanaan: loth autem eēt in ſodomis: oraculo tertio dixit dñs ad abrã. Reſpiciēs ocuľ tu is uide a loco i quo nč tu es adaqllo nē ⁊ africũ ⁊ orientē ⁊ mar: q̄ õeȝ terrã quã tu uides tibi dabo ⁊ ſemini tuo vſȝ i ſeculũ ⁊ faciã ſem̃ tuũ tãq̄ arenã ťre: ſi põt aliq̄s dinũerare arenam ťre

ꝛ ſemen tuū dínumerábitur. Surgēs perambula terram in longitudinē eiꝰ: ꝛ in latitudinē eius: qꝛ tibi dabo eam: In hac promiſſione vtrū ſit etiā illa qua pater factus ē oīum gētiū: nō eui dēter apparet: Poteſt.n.videri ad hoc pertinere: ꝛ faciam ſemen tuum tanꝗ arenam terre: quod ea locutione dēm eſt quam greci dicunt hyperbolen: ꝗ vtiqꝫ tropica eſt non propria quo tñ modo vt ceteris tropis vti ſolē ſcripturā nullus qui eam didicit ambigit. Iſte aūt tropus.i.modꝰ locutiōis fit: qñ id quod dicitur longe eſt amplius ꝙ quod eo dicto ſignificatur. Quis enim non videat: ꝙ ſit icomparabiliter amplior arene numerus: ꝙ poteſt eſſe oīū hoīnū ab ipſo adam vſqꝫ ad t̄minum ſeculi? Quanto ergo magis ꝙ ſemen abrae: non ſolum qđ pertinet ad iſraeliticam gentem: verū etiam qđ futurū eſt ſecundum imitationem fidei toto orbe terrarum in omnibus gentibus. Qđ ſemen.ſ.abrae i cōparatiōe multitudinis: ipſorꝫ profecto i paucis ē: ꝗuis ꝛ ipſi pauci faciant inūerabilē multitudinē ſuā: que ſignificata ē ſm hyperbolen per arenam terre. Sane iſta mltitudo ꝗ promittitur abrae: nō deo ē innumerabilis ſed hoībus: deo autem nec arena terre. Proiñ qꝛ non tantum gens iſraelitica ſed vniuerſū ſemen abrae: vbi eſt expreſſa ꝓmiſſio non ſecundum carnem ſed ſecundum ſpiritum plurimorum filiorum: congruentius arene multitudini comparatur poteſt hic intelligi vt iteretur ꝑ us facta promiſſio. Sed ideo diximꝰ ꝙ non euidenter appareat: quia ꝛ illius gentis vnius multitudo que ſecundum carnem nata eſt ex abraam: per eius nepotem iacob in tantum creuit vt pene omnes partes orbis impleuerit. Et ideo potuit ꝛ ipſa ſecundū hyperbolen arene multitudini comparari: quia ꝛ hec ſola inumera ē homini mlt

titudo: terram certe ſolam ſignificatā que appellata ē chanaan nemo ambigit. Sed quod dictum eſt tibi dabo eam ꝛ ſemini tuo vſqꝫ in ſeculum: poteſt mouē ñnullos: ſi vſqꝫ in ſeculum itelligant in eternū. Si aūt in ſeculum hoc loco ſic accipiant queadmodum fideliter tenemꝰ: initiū futuri ſeculi a fine pñtis ordiri: nihil eos mouebit qꝛ ꝛſi expulſi ſunt iſraelite de hieroſolymis: manent tamen in alijs ciuitatibꝰ t̄re chanaā: ꝛ vſꝫ i finē māebūt: ꝛ vniūſa terra illa cū a chriſtiāis inhitatur ēt ipſum ſemen ē abrae.

De ſuperatis ab abraā hoſtibꝰ ſodomorꝫ: qñ loth de captiuitate eripuit: ꝛ a melchiſedec ſacerdote benedictꝰ eſt.c.xxij.

b Oc rñſo ꝓmiſſiōis accepto migrauit abraam ꝛ manſit i alio eiuſdē terre loco.i.iuxta quercū mambre ꝗ erat ebron. Deide ab hoſtibus ꝗ ſodomis irruerāt: cū quinqꝫ reges aduerſus quatuor bellum gererent ꝛ victis ſodomitis etiam loth captꝰ eēt liberauit eum abraam adductis ſecum in prelium trecentis decē ꝛ octo vernaculꝰ ſuis: ꝛ victoriam fecit de regibꝰ ſodomorꝫ: nihilqꝫ ſpoliorū auferre voluit: cū rex cui uicerat obtuliſſet. Sed plane tunc benedictꝰ ē a melchiſedec qui erat ſacerdos dei excelſi: de quo i epiſtola que inſcribitur ad hebreos: quam plures pauli apoſtoli eſſe dñt: quidam vero negant: multa ꝛ magna conſcripta ſunt. Ibi quippe primū apparuit ſacrificium: quod nūc a chriſtianis offert deo toto orbe terrarꝫ: iplet qꝫ illud qđ longe poſt hoc factum per prophetam dicitur ad chriſtum ꝗ fuerat adhuc venturus in carnē: tu es ſacerdos in eternum ſm ordinē melchiſedec: non ſcilicet ſecundum ordinem aaron qui ordo fuerat auferendus:

illuceſcētibus rebus que illis umbris
prenotabantur.

De verbo dñi ad abraā: quo ei pro
mittitur ſecundum multitudinem ſtel
rū multiplicanda poſteritas: quod cre
dens iuſtificatus ē adhuc i p̄putio cō
ſtitutus. c. xxiij.

e T iam tñ fcꝫ ē v̄bū dñi ad abra
am i viſu. Qui cū ei protectiōēꝫ
mercedēꝙ ꝓmittēt valde multā: ille ō
poſteritate ſolicitus quendam eliezer
vernaculum ſuum futurum ſibi dixit
heredem. Cōtinuoꝙ illi ꝓmiſſus eſt
heres: ñ ille vernaculus ſed qui de ipſo
abraam fuerat exitur⁹: rurſuſꝙ ſemē
inūerabile ñ ſicut arena terre ſꝫ ſicut
ſtelle celi: vbi mihi magis videt̄ ꝓmiſ
ſa poſteritas celeſti felicitate ſb̄limis.
Nā quantū ad multitudiēꝫ ꝑtinet: q̄d
ſunt ſtelle celi ad arenam t̄re: niſi q̄s ⁊
iſtam cōparationē in tm̄ eē ſilēꝫ dicat:
in quantū ēt ſtelle dinumerari non va
lent: quia nec omnes eas videri poſſe
credendū ē. Nam quanto quiſꝙ acu
tius intuetur: tanto plures videt. Vñ
⁊ accerrime cernētibus aliquas occul
tas eē merito exiſtimat̄: exceptis eis ſi
derib⁹ q̄ in alia parte orbis a nobis re
motiſſima oriri ⁊ occidere perhibent̄.
Poſtremo quicunꝙ vniuerſū ſtellarū
numerū cōprehēdiſſe ⁊ ꝯſcripſiſſe iac
tantur: ſicut aratus ⁊ eudoxius: ⁊ ſi q̄
alij ſunt: eos libri huius cōtēnit auc
toritas. Hic ſane illa ſñia ponit̄ cuius
ap̄ls meminit ꝓpter dei grām cōmen
dandā. Credidit abraā deo ⁊ reputa
tū ē illi ad iuſtitiā: ne circunciſio glia
ret̄ genteſꝙ incircūciſas ad fidē chri
ſti nollet admitti. Hoc.n.qñ factū eſt
vt credenti abrae deputaret̄ fides ad
iuſtitiā: nondū fuerat circunciſus.

De ſignificatione ſacrificij qd̄ abra
am offerre p̄cept⁹ ē: cū popoſciſſet: vt
de his q̄ credē docēt. c. xxiiij.

i N eodē viſu cū loquētur ei de
us: ēt hoc ait ad illū. Ego deus
qui te eduxi de regione caldeoꝝ: vt dē
tibi terrā hanc vt heres ſis eius. Ubi
cum interrogaſſet abram ſm̄ quid ſci
ret ꝙ heres eius erit: dixit illi de⁹: Ac
cipe mihi iuuencā trimā: ⁊ capram tri
mam ⁊ arietem trimum: ⁊ turturem
⁊ columbam. Accepit aūt ille hec om
nia diuiſit illa media: ⁊ poſuit ea con
tra faciem alteꝝ alteri. Aues aūt non
diuiſit. Et deſcenderūt ſicut ſcriptum
eſt aues: ⁊ ſederūt ſuper corpora q̄ di
uiſa erant: ⁊ concedit illis abraā. Cir
ca ſolis aūt occaſū pauor irruit ſuper
abraā ⁊ ecce timor tenebroſus magn⁹
incidit ei. Et dictū eſt ad abraam. Sci
endo ſcias quia peregrinum erit ſemē
tuum in terra non propria: ⁊ i ſeruitu
tem redigent eos ⁊ affligent eos qua
dringentis annis: gentē aūt cui ſeruie
rint iudicabo ego. Poſt hec vero exi
bunt hinc cum ſupellectile multa. Tu
autē ibis ad patres tuos cuꝫ pace: nu
tritus in ſenecta bona. Quarta vero
generatiōe cōuertēt ſe huc. Nondum
.n. impleta ſunt peccata amorreoꝝ vſ
ꝙ adhuc. Cū autem iā ſol erat ad oc
caſū: facta ē flamma: ⁊ ecce fornax fu
mabunda ⁊ lāpades ignis: que ꝑtran
ſierūt per media diuiſa illa. In die illa
diſpoſuit dominus deus teſtamentuꝫ
ad abraam dicens: ſemini tuo dabo t̄
ram hāc a flumie egypti vſꝙ ad flum̄
magnuꝫ euphratē: ceneos ⁊ cenezeos:
⁊ cethmoneos ⁊ cetheos: ⁊ perezeos
⁊ raphaim: ⁊ amorreos ⁊ cananeos:
⁊ euos ⁊ gergeſeos ⁊ iebuſeos. Hec ō
nia in uiſu facta diuinitus atꝙ dicta
ſunt: de quibus ſingulis enucleate diſ
ſerere longum eſt: ⁊ intentionem ope
ris huius excedit. Quod ergo ſatis
eſt noſſe debemus: poſteaꝙ dictuꝫ eſt
credidiſſe abraam ⁊ deo deputatum

eſſe illi ad iuſtitiam:non eum in fide đ
feciſſe:vt dicẽt dñator dñe ſm quid ſci
am ꝙ heres eius ero. Terre quippe il
lius promiſſa erat hereditas. Non.n.
ait vnde ſciam quaſi adhuc non cređ
ret:ſed ait ſecundum quid ſciam:ut ei
rei quam crediderat aliqua ſimilitu-
do adhiberetur:qua eius modꝰ agno
ſcẽtur. Sicut nõ eſt virginis marie dif
fidentia ꝙ ait:quomodo fiet iſtud qm̃
virum non cognoſco. Quod enim fu-
turum eſſe certa erat:modum quo fie
ret iquirebat. Et hoc cuꝫ quęſiſſet au
diuit ſpiritꝰ ſanctus ſuperueniet in te:
virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Dẽi
ꝙꝫ ⁊ hic ſimilitudo data eſt de tribus
animalibus: iuuenca:capra ⁊ ariete:
⁊ duabus volucribus turture ⁊ colũ-
ba:vt ſecundum hec futuruꝫ ſciret qđ
futuꝝ eſſe iã non ambigeret. Siue er
go per iuuẽcã ſignificata ſit plebs po
ſita ſb iugo legis p caprã eadẽ plebs
ẽt peccatrix futa per arietẽ eadẽ plebs
etiã regnatura:que animalia propťea
trima dicuntur:quia cuꝫ ſint inſignes
articuli temporũ ab adã vſqꝫ ad noe:
⁊ inde vſqꝫ ad abraã:⁊ inde uſꝫ ad da
uid:qui reprobato ſaule primus in re
gno gentis iſraelitice eſt domini volũ
tate fundatus in hoc ordine tertio q̃
tenditur ex abraam vſqꝫ ad dauid:tã
ꝙ̃ tertiam etatem gerens ille populus
adoleuit:ſiue aliquid aliud conuenien
tius iſta ſignificent nullo modo tamẽ
dubitauerim ſpũales in ea typos pre-
figuratos additamento turturis ⁊ co
lumbe. Et ideo dictũm eſt aues auteꝫ
non diuiſit quoniam carnales inter ſe
diuiduntur:ſpirituales auteꝫ nllo mõ
ſiue a negocioſis conuerſationibꝰ ho
minum ſe ẽmoueant ſicut turtur:ſiue
inter illas degãt ſicut colũba. Utraqꝫ
tamen auis eſt ſimplex ⁊ inoxia:ſigni
ficans ⁊ in illo iſraelitico populo cui t̃
ra illa danda erat:futuros idiuiduos
filios promiſſionis ⁊ heredes regni in
eterna felicitate manſuros. Aues aũt
deſcendentes ſuper corpora que diui-
ſa erãt:ñ boni aliquid ſed ſp̃s indicãt
aeris huius paſtũ quendã ſuum đ car
nalium diuiſione querentes. Qđ aũt
illis cõcedit abraã:ſignificat ẽt inter il
las carnaliũ diuiſiones ſpũales eẽ nõ-
nullos veros vſqꝫ in finem ſeculi pſe-
ueraturos fideles. Et circa ſolis occa
ſum ꝙ pauor irruit i abraam ⁊ timor
tenebroſus magnus ſignificat circa
huius ſeculi finem magnã perturbati
onẽ ac tribulationẽ futurã fideliuꝫ:đ
q̃ dñs dixit in euangelio. Erit.n. tunc
tribulatio magna qualꝰ ñ fuit ab iitio.
Qđ vͦo dictum ẽ ad abraã:ſciẽdo ſci-
as qr peregrinũ erit ſemen tuuꝫ in ter
ra ñ ꝓpria:⁊ in ſuitutẽ redigẽt eos et
affligent eos quadringentis ãnis đ po
pulo iſrael q̃ fuerat in egypto ſuiturꝰ
apertiſſime prophetatũ ẽ. Nõ ꝙ i ea-
dem ſeruitute ſub egyptijs affligẽtibꝰ
quadringentos annos ille populꝰ fue
rat peractusꝰ:ſꝫ in ipſis quadrigẽtis ã
nis p̃nũciatũ eſt hoc futuruꝫ. Quẽad
modũ.n. ſcriptũ ẽ de thare pr̃e abrae
⁊ fuerunt dies thare in charra q̃nqꝫ ⁊
ducẽti ãni:ñ qr ibi omnes acti ſũt ſed
qr ibi completi ſunt:ita ⁊ hic propťea
iťpoſitũ eſt ⁊ in ſeruitutem redigent e-
os:⁊ affligent eos quadrigentis ãnis:
qm̃ iſte numerus in eadem afflictione
cõpletus ẽ:ñ qr ibi vniuerſus perfectꝰ
eſt. Quadringenti ſane dicuntur ãni
ꝓpter numeri plenitudinem: ꝙ̃uis ali
quanto amplius ſint:ſiue ex hoc tem
pore cõputenť quo iſta ꝓmittebãť a-
brae ſiue ex quo natus eſt iſaac ꝓpter
ſemen abrae de quo iſta predicũť. Cõ
putãtur enim ſicut ſuperius iã diximꝰ
ab anno ſeptuageſimo ⁊ q̃nto abrae:
quando ad eũ facta eſt prima ꝓmiſſio
vſqꝫ ad exituꝫ iſrael ex egypto quadri
gẽti ⁊ triginta ãni:quorũ apoſtolꝰ ita
meminit. Hoc aũt inquit teſtam̃tuꝫ ꝯ
firmatũ a đo:q̃ poſt quadringentos ⁊

triginta annos ẽ fcã lex:non ĩfirmata
ad euacuandam ꝓmiſſionẽ. Iaʒ ergo
iſti quadrigẽti ⁊ tginta ãni:quadrigẽ/
ti poterant nuncupari:q2 non ſunt mľ
to ãplius. Quanto magis cũ aliquot
iã ex iſto numero preteriſſẽt: qñ illa ĩ
viſu demonſtrata ⁊ dicta ſunt abrae:
vľ quando iſaac natus eſt centenario
pr̃i ſuo a pria ꝓmiſſiõe pᵒ vigitiquiꝗ
annos:cum iaʒ ex iſtis quadringentis
⁊ tgita:quadrigẽti ⁊ quiꝗ remanẽnt:
quos deus quadrigentos voluit noĩa
re.⁊ cetera que ſequuntur in verbis ꝑ
nunciantes dei:nullus dubitauerit ad
iſraeliticum populum pertinere. Qđ
vero cum adiungitur cuʒ aũt ſol erat
ad occaſum flamma facta ẽ:⁊ ecce for
nax fumabunda ⁊ lampades ignis q̃
tranſierunt per media diuiſa illa:ſigni
ficat iam in fine ſeculi per ignẽ iudicã
dos eẽ carnales. Sicut eĩm afflictio ci
uitatis dei qualis antea nunꝗ fuit q̃
ſb antichriſto futura ſperatur: ſignifi
catur tenebroſo timore abrae circa ſo
lis occaſum id eſt propinquante iam
fine ſeculi:ſic ad ſolis occaſuʒ.i. ad ip
ſũ iam fine ſeculi ſignificatur iſto igne
dies iudicij:dirimens carnales ꝑ ignẽ
ſaluandos:⁊ in igne damnandos. De
inde teſtamentum factum ad abraam
terrã chanaan proprie manifeſtat:et
nominat in ea vndeciʒ gentes a flumi
ne egypti vſꝗ ad flũ magnũ euphe
aten. Non ergo a flumie magno egyp
ti hoc eſt nilo:ſed a paruo quod diui/
dit inter egyptum ⁊ paleſtinaʒ vbi eſt
ciuitas ryrocũra.

De agar ancilla ſare quam eadẽ ſa
ra abrae voluit eẽ concubinã.c.xxv.

i Am hic tp̃a cõſequũť filioꝝ a/
brae:vnius de agar ancilla:alti
us de ſara libera:de qbᵒ in libro ſupe
riore iam diximus. Quod autẽ attiet
ad reʒ geſtaʒ:nullo modo eſt inferen/
duʒ de hac concubina crimen abrae.
Uſus eſt ea quippe ad generandaʒ ꝓ/
lem non ad explendam libidinem:nec
inſultans ſed potius obediens ꝯiugi:
que ſue ſterilitati credidit eſſe ſolatiuʒ
ſi fecundũ ancille vterum quoniã na/
tura non poterat voluntate faceret ſu
um:⁊ eo iure quo dicit apoſtolus ſi/
militer ⁊ vir non habet poteſtateʒ cor
poris ſui ſed mulier.vtens mulier ad
pariendũ ex altera quod non poterat
ex ſeipſo. Nulla eſt hic cupido laſciuie
nlľa neqtie turpitudo. Ab uxoꝛe cauſa
prolis ancilla marito traditur:a mari
to cauſa prolis accipitur:ab vtroꝗ ñ
culpe luxus:ſʒ nature fructus exq̃riť.
Deniꝗ cum ancilla grauida dñe ſteri
li ſuperbiret:⁊ hoc ſara ſuſpitiõe mľi/
bri viro potius ĩputaret:etiam ibi de/
monſtrauit abraaʒ non ſe amatorem
ſeruũ:ſed liberũ fuiſſe ſe genitoreʒ:⁊ ĩ
agar ſare cõiugi pudicitiã cuſtodiſſe:
nec voluptatem ſuã ſed voluntatẽ illi
us impleuiſſe:accepiſſe nec petiſſe:ac/
ceſſiſſe nec heſiſſe:ſẽinaſſe nec amaſſe.
Ait enim ecce ancilla tua ĩ manibᵒ tu
is:vtere ea quõ tibi placuerit. O virũ
viriliter vtentem feminis:ꝯiuge tẽpe/
rãter:ancilla obtẽperãť:nlľa ĩtẽperãť.

De teſtificatione ad abraã: qua ei/
dẽ ſeni de ſterili ſara filiũ ſpopondit:
partẽꝗ euʒ gẽtiũ ſtatuit ⁊ promiſſi fi
des ſacramento circunciſionis obſi/
gnatur.c.xxvi.

p Oſt hec natᵒ eſt iſmael ex agar
in quo putare poſſet ĩpletũ qđ
ei promiſſũ fuerat:cuʒ ſibi vernaculũ
ſuũ adoptare voluiſſet:dicente deo ñ
erit heres tuus hic:ſed qui exiet ď te:
ille erit heres tuus. Hoc ergo ꝓmiſſũ
ne in ancille filio putaret ĩpletuʒ:iã cũ
eſſet annoꝛum nonaginta ⁊ nouem
apparuit ei dominus ⁊ dixit illi. Ego
ſum deus:place in ꝯſpectu meo ⁊ eſto

ſine querela:⁊ ponam teſtamentũ me um inẽ me ⁊ inter te:⁊ implebo te val de. Et ꝓcidit abraam in faciẽ ſuã:⁊ lo cutus eſt illi deus dicens. Ecce ego et ecce teſtamẽtũ meũ tecũ:⁊ eris pater multitudinis gentium:⁊ non appella bitur nom̃ tuũ adhuc abraã: ſed erit nomen tuũ abraã:qui partẽ multarũ gentiũ conſtitui te. Et augebo te val de:⁊ ponã te i gentes:⁊ reges ex te exi bũt. Et ſtatuã teſtam̃tũ meũ inter me ⁊ te:⁊ inter ſemen tuum pꝰ te in gene rationẽs eorũ in teſtamentum eternũ: vt ſiꝫ ĩ deꝰ ⁊ ſemini tuo poſt te. Et da bo tibi ⁊ ſemini tuo poſt te terram in qua incola es:õem terrã chanaan in poſſeſſionẽ eẽnã:⁊ ero illi deus. Et di xit deus ad abraam. Tu auteꝫ teſtam̃ tũ meũ ꝯſeruabis:tu ⁊ ſemen tuũ pꝰ te in progenies ſuas: Et hoc eſt teſta mentũ meũ qđ cõſeruabitis inter me ⁊ vos ⁊ inter ſemen tuuꝫ poſt te in ge nerationes ſuas. Circũcidet̃ õe veſtrũ maſculinum:⁊ circũncidetis carnem preputĳ veſtri:⁊ erit in ſignum teſta menti inter me ⁊ uos. Et puer octo di eꝝ circuncidetur:⁊ veſtrũ õne maſcu linuꝫ in progenies veſtras. Uernaculꝰ ⁊ emptitius ab omni filio alienigena qui non eſt de ſemine tuo:circunſione circuncidetur:⁊ vernaculus domꝰ tue ⁊ emptitius. Et erit teſtamentuꝫ meũ in carne veſtra in teſtamentuꝫ eternũ: ⁊ qui non fuerit circunciſus maſculꝰ: qui non̄ circuncidet carnem preputĳ ſui octauo die:interibit anima illa de genere eius quia teſtamentum meum diſſipauit. Et dixit deus ad abraam. Sara vxoꝛ tua non appellabitur no men eius ſarai:ſed ſara erit nomen e ius. Benedicã autẽ illaꝫ ⁊ dabo tibi ex ea filium:⁊ benedicã illuꝫ ⁊ erit natio nes:⁊ reges gentium ex eo erũt:⁊ pro cidit abraaꝫ ſuper facieꝫ ſuam ⁊ riſit: ⁊ dixit in animo ſuo dicens. Si mihi centum annos habenti naſcetur filꝰ: ⁊ ſi ſara annorũ nonaginta pariet? Di cit autem abraam ad deũ iſmael hic viuat in conſpectu tuo. Deus autẽ di xit ad abraam ita ecce ſara vxoꝛ tua pariet tibi filium:⁊ vocabis nomẽ eiꝰ iſaac:⁊ ſtatuam teſtamentum meũ ad illũ in teſtamentũ eternũ:vt ſiꝫ tibi de us ⁊ ſemini eius poſt illum dem iſma el autem ecce audiui te. Ecce benedixi eum ⁊ ampliabo ⁊ multiplicabo illuꝫ ualde. Duodecim gentes generabit:⁊ dabo illum in magnã genteꝫ. Teſtam̃ tum autem meũ ſtatuã ad iſaac:queꝫ pariet tibi ſara in tempoꝛe hoc ad an nuꝫ ſequentẽ. Hic apertioꝛa promiſſa ſunt de vocatione gentiuꝫ i iſaac.i. in filo promiſſiõis:quo ſignificatur gr̃a non natura:quia de ſene ⁊ de anu ſte rili promittitur filius. Quãuis enim ⁊ naturalem procreationis:excurſum deus operetur:ubi tamen euidens o pus dei eſt vitiata ⁊ ceſſante natura:i bi euidentius intelligitur gr̃a. Et quia hoc non per generationem ſed per re generationem futurum erat:ideo nũc imperata eſt circunciſio quando ꝺ ſa ra promiſſus eſt filius. Et ꝙ omnes ñ ſolum filios:verũ etiam ſeruos verna culos ⁊ emptitios circuncidi iubet:ad omnes iſtam gratiam pertinere teſta tur. Quid enim aliud circũciſio ſigni ficat:ꝙ vetuſtate exuta naturaꝫ reno uatam. Et quid aliud ꝙ chriſtũ octa uus dies:qui in hebdomade cõpleta: hoc ẽ pꝰ ſabbatuꝫ reſurrexit? Parẽtũ mutantur ⁊ nomina:omnia reſonant nouitateꝫ:⁊ in teſtamento veteri obũ bratur nouum. Quid eſt enim quod dicitur teſtamentum vetus: niſi noui occultatio? Et quid eſt aliud quod di citur nouuꝫ niſi ueteris reuelatio? Ri ſus abrae exultatio eſt gratulantis:ñ irriſio diffidentis. Uerba quoqꝫ eius illa in animo ſuo:ſi mihi centum an nos habenti naſcetur filius: ⁊ ſi ſara annoꝛuꝫ nonaginta pariet: non ſunt

dubitantis ſed admirãtis. Si quẽ vo
mouet quod dictum eſt:⁊ dabo tibi et
ſemini tuo poſt te terram in qua tu in
cola es:omnem terram chanaan i poſ
ſeſſionem eternam.quomodo accipia
tur ipletũ ſiue adhuc expectetur iplen
dum:cuʒ poſſeſſio quecunq; terrena
eterna cuilibet genti eſſe non poſſit:
ſciat eternuʒ a noſtris interpretari qđ
greci appellant aeomon:quod a ſecu-
culo deriuatũ eſt. Aeon quippe grece
ſeculum nuncupatur. Sed non ſunt
auſi latini hoc dicere ſeculare: ne lon
ge in aliud mitterent ſenſum. Secula-
ria quippe dicuntur multa que in hoc
ſeculo ſic aguntur:vt breui etiam tp̃e
tranſeant. Aemon autem quod dicit
aut non habet finem:aut vſq; i huius
ſeculi tenditur finem.

De maſculo qui ſi octauo die non
fuerit circunciſus perit aĩa eius: quia
teſtamentum dei diſſipauit.c.xxvij.

Item põt mouẽ quõ intelligi o-
porteat quod hic dictuʒ eſt maſ
culus qui non circuncidet carnem pre
putij ſui octauo die interibit anima il
la de genere ſuo:quia teſtamentũ me
um diſſipauit:cum hec nulla culpa ſit
paruuli cuius dixit animaʒ periturã
nec ipſe diſſipauerit teſtamentum dei
ſed maiores qui euʒ circuncidere non
curauerunt:niſi quia etiaʒ paruuli nõ
ſecundum ſue vite proprietatem: ſed
ſecundum communeʒ generis humãi
origineʒ omnes in illo vno teſtamen-
tuʒ dei diſſipauerunt:in quo omnes
peccauerunt. Multa quippe appellan
tur teſtamenta dei exceptis illis duo
bus magnis vetere ⁊ nouo:quod liceʒ
cuiq; legendo cognoſcere. Teſtamen-
tum auteʒ primuʒ quod factuʒ eſt ad
hoieʒ primuʒ profecto illud ẽ. Qua
die ederitis morte moriẽini. Vñ ſcrip-
tum eſt in libro qui eccleſiaſticus ap-
pellatur. Omnis caro ſicut veſtis ve-
teraſcet. Teſtatũ eſt ergo a ſeculo mor
te mori eos qui tranſgrediuntur pre-
cepta dei. Cũ enim lex euidentior poſt
ea data ſit:⁊ dicat apoſtolus vbi autẽ
non eſt lex nec preuaricatio: quo pac-
to in pſalmo quod legitur verum eſt:
preuaricatores exiſtimaui omnes pec
catores terre:niſi quia omnes legis ali
cuius preuaricate ſunt rei:qui aliquo
peccato tenentur obſtricti. Quãobreʒ
ſi etiaʒ paruuli quod vera fides habet
naſcuntur non proprie ſed originalit̃
peccatores:vnde illis gratiam remiſſi
onis peccatoꝝ neceſſariã confitemur:
profecto eo modo quo ſt̃ peccatores:
ẽt preuaricatores legis illius que i pa
radiſo data eſt agnoſcuntur vt veruʒ
ſit vtrunq; quod ſcriptum ẽ:⁊ preua-
ricatores extimaui omnes peccatores
terre:⁊ vbi lex ñ eſt:nec preuaricatio.
Ac per hoc quia circuncisio ſignum re
generationis fuit non imerito paruu-
lum propter originale peccatuʒ quo
primum dei diſſipatum eſt teſtamen
tũ generatio diſperdet:niſi regenera
tio liberet. Sed intelligenda ſunt hec
verba diuina tanq̃ dictuʒ ſit:qui non
fuerit regeneratus interibit anima il
la de genere eius:quia teſtamentũ dei
diſſipauit quando in adaʒ cuʒ omni-
bus etiaʒ ipſe peccauit. Si eniʒ dixiſſʒ
quia hoc teſtamentuʒ meũ diſſipauit
non niſi de iſta circunciſione intelligi
cogeret. Nunc vero quoniam non ex
preſſit cuiuſmodi teſtamentuʒ paruu
lus diſſipauerit:liberum eſt intelligere
de illo teſtamento dictũ cuius diſſipa-
tio pertinẽ poſſit ad paruulũ. Si autẽ
quiſq̃ hoc non niſi de iſta circunſione
dictuʒ eſſe contendit:q̃ in ea teſtamẽ
tuʒ dei qui non eſt circunciſus diſſipa
uerit paruulus:quã erat locutionis a
liqueʒ modũ quo non abſurde poſſit
intelligi: ideo diſſipaſſe teſtamentuʒ:
q2 lʒ ñ ab illo tamen i illo ẽ diſſipatũ.

Uerum ſic quoqꝫ animaduertendũ eſt nulla in ſe negligentia ſua iuſte interire incircuncisi animam paruuli: niſi originalis obligatione peccati.

De cõmutatiõe nõĩnũ abrae ⁊ ſare q̃ cũ ob vnius ſterilitatẽ ob vtuſꝫ aũt ſenectutẽ generare nõ poſſẽt: mun⁹ fecunditatis adepti ſunt. c. xxviij.

us preparãs adinuentiones ſuas. Ar
cum potentiũ fecit infirmũ:⁊ infirmi
precincti ſunt virtute. Pleni panibus
minorati ſunt:⁊ eſurientes trãſierunt
terrã:qꝛ ſterilis peperit ſeptem ⁊ mlťa
in filijs infirmata eſt. Dominus morti
ficat ⁊ viuificat:deducit ad inferos et
reducit. Dominus pauperez facit ⁊ di
tat:humiliat ⁊ exaltat. Suſcitat a ter
ra pauperem:⁊ õ ſtercore erigit inopẽ
ut collocet euz cũ principibus populi:
⁊ ſedem glĩe hereditatẽ dãs eis: dans
votum vouenti:⁊ benedicẽs ãnos iuſ
ti. Qm̃ non in virtute potens eſt vir:
dominus infirmũ facit aduerſariũ ſu
um:dominus ſanctus:Non glťet pru
dẽs in prudẽtia ſua:⁊ ñ glietur potẽs
ĩ potẽtia ſua:⁊ ñ glťet diues ĩ diuitijs
ſuis. Sed in hoc glťet q̃ gliat intelligẽ
⁊ ſcire dominum:⁊ facere iudiciũ ⁊ iu
ſtitiã in medio terre. Dñs aſcendit ĩ ce
los tonuit:ipſe iudicabit extrema ťre
quia iuſtus eſt:⁊ dat virtutẽ regibus
noſtris:⁊ exaltauit cornu chriſti ſui.
Ita ne verba hec vnius putabunť eſſe
muliercule:de nato ſibi filio gratulan
tis. Tantuz ne mẽs hoĩnũ a luce vita
tis auerſa eſt:vt non ſentiat ſupgredi
moduz femie huius dicta q̃ fudit:Po
ro q̃ rebus ipſis que iam ceperunt ẽt
⁊ in hac terrena peregrinatione cõple

ri conuenienter mouetur:nonne inten
dit ⁊ aſpicit ⁊ agnoſcit:per hanc mlťe
rem cuius etiam nomen id ẽ anna gr͂a
eius interpretatur:ipſã religionẽ chri
ſtianam:ipſã ciuitatẽ dei cuius rex eſt
⁊ conditor chriſtus: ipſam poſtremo
dei gratiaz prophetico ſpiritu ſic locu
taz:a qua ſupbi alienãť vt cadant:q̃
hũiles ipleť vt ſurgãt qđ maxie hym
nus iſte pſonuit:Niſi q̃ſqꝫ forte dictu
rus ẽ nihil iſtam ꝓphetaſſe mlťerẽ: ſz
deum tm̃mõ propter filium quẽ p̃ca
ta ĩpetrauit exultanti p̃dicatione lau
daſſe:Quid ergo ſibi vult qđ ait: ar
cũ potentiũ fecit infirmũ:⁊ ĩfirmi pre
cincti ſunt virtute:pleni pãib⁹ minorati
ſunt:⁊ eſurientes trãſierũt terrã:⁊ ſte
rilꝭ peperit ſeptẽ:⁊ multa in filijs infir
mata ẽ:Nunqđ ſeptẽ ipſa pepererat:
Quãuis ſterilꝭ fuerit vnicũ hẽbat qñ
iſta dicebat. Sed nec poſtea ſeptem pe
perit ſiue ſex:q̃bus ſeptim⁹ eẽt ipſe ſa
muel:ſed tres mares ⁊ duas femias.
Deinde in illo populo cum adhuc ne
mo regnaret qđ in extremo poſuit ad
virtutem regibus noſtris: ⁊ exaltauit
cornu chriſti ſui:vñ dicebat ſi non ꝓ
phetabat: Dicat ergo ecclĩa chriſti ci
uitas regis magni:gr͂a plena:prole fe
cunda:dicat qđ tanto ante de ſe ꝓphe
tatum per hos huius pie mr̃is agno
ſcit. Cõfirmatum eſt cor meum ĩ dño:
⁊ exaltatũ eſt cornu meum ĩ deo meo.
Uere confirmatũ eſt cor ⁊ cornu vere
exaltatum:quia non in ſe ſed in dño
deo ſuo. Dilatatũ ẽ ſup inimicos me
os os meum:quia ⁊ in anguſtijs preſ
ſurarũ ſermo dei nõ eſt alligatus: nec
in p̃cõibus alligatis. Letata ſum inqꝫ
in ſalutari tuo. Chriſt⁹ ẽ ipe ieſus quẽ
ſymeon ſicut in euangelio legiť ſenex
amplectens paruuluz: agnoſcens ma
gnum:nunc dimittis inquit ſeruuz tu
um in pace quoniam viderunt oculi
mei ſalutare tuum. Dicat itaqꝫ eccle
ſia letata ſum ĩ ſalutari tuo. Quoniã

non eſt ſanctus ſicut dominus: ꝛ n̄ eſt iuſtus ſicut deꝰ noſter: tanq̄ ſanctꝰ et ſanctificans: ꝛ iuſtus ꝛ iuſtificās. Nō eſt ſanctus preter te: quia nemo fit niſi abs te. Deniqꝫ ſequitur. Nolite gl'ia ri ſuperbe: ꝛ nolite loqui excelſa: neqꝫ exeat magniloquium de ore veſtro: qm̄ deus ſcientiarum dominus ipſe ꝛ nemo ſcit quod ipe ſcit: qm̄ qui putat ſe aliquid eſſe cum nihil ſit: ſeipſuꝫ ſe ducit. Hec dicuntur aduerſarijs ciuitatis dei ad babyloniam pertinentibus: de ſua virtute preſumentibus: in ſe n̄ in domino gloriantibus: ex quibus ſūt etiam carnales iſraelite terrene hierusalem ciues terrigene: q̄ vt dicit ap'ſus ignorantes dei iuſtitiaꝫ. i. quā dat hōibus deus qui ſolus ē iuſtꝰ ꝛ iuſtificās ꝛ ſuam volentes conſtituere. i. velut a ſe ſibi paratam non ab illo impertitā: iuſtitie dei non ſunt ſubiecti. Itaqꝫ qꝛ ſuperbi ſe de ſuo putantes non de dei poſſe placere deo: qui eſt deus ſcientiarum atqꝫ ideo ꝛ arbitrer cōſcientiarū vbi uidens cogitationes hominū qm̄ vane ſunt ſi hominū ſunt ꝛ ab illo nō ſunt. Et preparans inquit adinuentiones ſuas. Quas adinuētiones putamꝰ: niſi vt ſupbi cadāt ꝛ humiles ſurgāt? Has quippe adiuentiōes exeqtur dicens. Arcus potentiū infirmatꝰ ē: et infirmi precincti ſūt virtute. Infirmatꝰ eſt arcus. i. intentio eorum: q̄ tā potentes ſibi videntur: vt ſine dei dono atqꝫ adiutorio humana ſufficiētia diuina poſſint implere mandata: Et p̄cigunt virtute: quoꝝ iterna vox ē. Miſerere mei domine qm̄ infirmus ſum. Pleni panibus inquit minorati ſunt: ꝛ eſurientes tranſierūt terrā. Qui ſūt intelligendi pleni panibus: niſi ijdem ipſi quaſi potētes. i. iſraelite: qbꝰ credita ſunt eloquia dei? Sed in eo pplo ācillie filij minorati ſūt. Quo verbo minus quidem latine bene tamen expreſſum: eſt q̄ ex maioribus miores fci ſt: quia ꝛ i ipſis panibus id ē diuinis eloquijs que iſraelite ſoli tūc ex omnibꝰ gentibus acceperunt. terrena ſapiūt. Gentes aūt quibus lex illa nō erat data: poſteaq̄ per nouum teſtamentum ad eloquia illa venerūt: ꝛ multum eſuriēdo trā trāſierūt: qꝛ in eis non terrena ſed celeſtia ſapuerūt. Et hoc velut quereret cā cur factum ſit: qꝛ ſterilis inquit peperit ſeptem: ꝛ multa in filijs infirmata eſt. Hic totum quod prophetabatur eluxit agnoſcentibus numeꝝ ſeptenarium: quo eſt vniuerſa eccleſie ſignificata perfectio. Propter quod ꝛ ioannes apoſtolus ad ſeptem ſcribit eccleſias: eo mō ſe oñdens ad vniꝰ plenitudinem ſcribere. Et in prouerbijs ſalomonis hoc antea prefigurans ſapientia inquit edificauit ſibi domū: et ſuffulſit colūnas ſepteꝫ. Steril'. n. erat in omnibus gentibꝰ dei ciuitas anq̄ iſte fetus per quem cā fcaꝫ fecundā cernimus oriretur. Cernimꝰ etiā que mltta in filijs erat nunc infirmata hieruſalē terrenam: qm̄ quicūqꝫ filij libere in ea erant: virtus erāt eius. Nunc vo ibi qm̄ lr̄a eſt ꝛ ſpiritus non ē: amiſſa virtute infirmata eſt. Dominus mortificat ꝛ viuificat: mortificauit illā que multa erat in filijs: ꝛ viuificauit hanc ſterilem que peperit ſeptē. Quāuis cōmodius poſſit intelligi eoſdem viuificare quos mortificauerit. Id enim velut repetiuit addendo deducit ad inferos ꝛ reducit. Quibus eniꝫ dicit apoſtolus ſi mortui eſtis cum chriſto: que ſurſum ſunt querite vbi chriſtus eſt i dextera dei ſedēs: ſalubriter vtiqꝫ mōtificant a dn̄o quibꝰ adiungit: que ſurſum ſunt ſapite: nō que ſup terram vt ipſi ſint illi qui eſurientes trāſierūt trā. Mortui enim eſtis inqt. Ecce quō ſalubriter mortificat deus. Deinde ſequit: ꝛ vita vr̄a abſcōdita ē cū chriſto in deo. Ecce quomodo eoſdē ipos viuificat deus. Sed nūqd eoſdē deduxit

ad inferos ⁊ reduxit?Hoc vtrunq; ſiñ
controuerſia fidelium:i illo poti⁹ uid
tur ipletū capite.ſ.noſtro:cum quo vi
tam noſtram in deo apoſtolus dixit
abſconditam.Nam qui proprio filio
non pepercit:ſed pro nobis oībus tra
didit eū:iſto modo vtiq; mortificauit
eū.Et quia reſuſcitauit eū a mortuis
eundem rurſus uiuificauit.Et qꝛ in ꝓ
phetia uox eius agnoſcitur:nō dereli
ques aiam meam in inferno: eundem
deduxit ad inferos ⁊ reduxit. Hac ei⁹
paupertate ditati ſumus. Domin⁹.n:
pauperes facit ⁊ ditat.Naꝫ quid hoc
ſit vt ſciamus qđ ſequit̄ audiam⁹.Hu
miliat ⁊ exaltat vtiq; ſuperbos humi
liat:⁊ humiles exaltat.Quod eniꝫ ali
bi legit̄:deus ſuperbis reſiſtit humili-
bus autem dat gratiam:hoc totus hꝫ
ſermo huius cuius nomen interpreta
tur gratia eius.Jam vero qđ adiungi
tur:ſuſcitat a terra pauperē: de nullo
melius q̄ de illo intell'o:q̄ ꝓpter nos
factus eſt pauper cū diues eēt:vt eius
paupertate ſicut paulo añ dictū eſt di-
taremur Ipſum.n.de terra ſuſcitauit
tam cito:vt caro eius non videret cor
ruptioneꝫ.Nec illud ab illo alienabo
qđ additū ē: ⁊ de ſtercoꝛ erigit inopē.
Inops quippe idem ē quod pauper.
Stercus vero vnde erect⁹ ē rectiſſime
itelligunt̄ perſecutores iudei. In quo
rū nūero cū ſe dixiſſet apl'us eccl'am
perſecutum:que mihi inquit fuerunt
lucra:hec ꝓpter chriſtū dāna:nec ſolū
detrimenta verum etiam ſtercora exi
ſtiaui eſſe:vt chriſtū lucrifaceꝫ.De ter
ra ergo ſuſcitatus eſt ſupra omnes di
uites ille pauper:⁊ de illo ſtercore erec
t⁹ ē ſupra omnes opulētos ille inops
vt ſedeat cum potentibus populi:q̄-
b⁹ ait.Sedebitis ſuper duodeci ſedes
Et ſedem gl'ie hereditatem dans eis.
Dixerant.n.potentes illi.Ecce nos re
liquimus oīa ⁊ ſecuti ſumus te.Hoc
votuꝫ potentiſſimi vouerant.Sed vñ
hoc eis :niſi ab illo de quo hic ꝯtinuo
dictum eſt dans votum vouenti?Alio
quin ex illis eſſent potentibus quoꝝ
infirmat⁹ eſt arc⁹ dans inquit votum
vouenti.Non.n dño quiſq̄ quicq̄ ra-
tum voueret:niſi qui ab illo acciperet
quod vouereret.Sequitur.Et benedi
xit annos iuſti:vt cum illo.ſ.ſine fine
viuat:cui dictū ē.Et anni tui non defi
cient.Ibi enim ſtant anni:hic aūt trā-
ſeunt:imo pereunt.Anteq̄ enim veni
ant non ſunt:cum autem venerint nō
erunt:quia cum ſuo fine veniunt. Ho
rum aūt duum.i.dans votum vouen
ti:⁊ benedicens annos iuſti:vnuꝫ ē qđ
facimus:alterum quod ſumimus.Sꝫ
hoc alterum deo largitore non ſumi
tur:niſi cum ipſo adiutore primum il
lud efficitur.Quia non in virtute po-
tens eſt vir.Dominus infirmum faci
et aduerſarium eius:illum ſcilicet qui
homini vouenti inuidet: ⁊ reſiſtit ne
valeat implere quod vouit.Poteſt ex
ambiguo greco intelligi aduerſarium
ſuuꝫ.Cum.n.dñs poſſidere nos cepe
rit:profecto aduerſarius qui noſter fu
erat ipſius fit: ⁊ vincetur a nobis:ſed
non viribus noſtris: quia non in vir-
tute ſua potens eſt uir. Dominus er-
go infirmum faciet aduerſarium ſuū:
dominus ſanctus vt uincatur a ſanc
tis:quos dñs ſanctus ſanctoꝝ effecit
ſanctos.Ac ꝑ hoc non gloriet̄ prudēs
in prudentia ſua:⁊ non glorietur i di-
uitijs ſuis diues:⁊ non gl'ietur potēs
iñ potentia ſua:ſꝫ in hoc gl'iet̄ qui gl'ia
tur:intelligere ⁊ ſcire dñm ⁊ facere iu
dicium ⁊ iuſtitiam i medio terre. Nō
parua ex parte itelligit ⁊ ſcit dominū
qui intelligit ⁊ ſcit hoc a domino ſibi
dari:vt intelligat ⁊ ſciat dōinū.Quid
enim habes ait apoſtolus quod non
accepiſti?Si auteꝫ ⁊ accepiſti: q̄d gl'ia
ris quaſi nō acceperis:i.quaſi a teipo
tibi ſit vnde gl'iaris? Facit autem iudi
ciū ⁊ iuſtitiā qui recte viuit.Recte aūt

uiuit qũi obtemperat precipienti deo
Et finis precepti id eſt ad quod refert
preceptũ caritas eſt de corde puro ⁊
conſcientia bona ⁊ fiđ non ficta. Por
ro iſta caritas ſicut ioannes apoſto
lus teſtatur ex deo ē. Facē igī iudiciũ
⁊ iuſtitiā ex deo ē. Sʒ quid eſt i medio
terre. Neqꝫ.n.non debent facere iudi
cium ⁊ iuſtitiā: qui habitāt in extrēis
terre. Quis hoc dixerit? Cur ergo ad‑
ditũ eſt in medio terre? Quod ſi non
adderetur ⁊ tātũmodo diceretur facē
iudiciuʒ ⁊ iuſtitiā: magis hoc precep‑
tũ ad vtroſqꝫ homines pertinēt: ⁊ me
diterraneos ⁊ maritimos. Sʒ ne quiſ
ꝗ putaret poſt fineʒ vite que in hoc a‑
gitur corpore ſupereſſe temp⁹ iudiciũ
iuſtitiāqꝫ faciendi que cum eſſet i car
ne non fecit: ⁊ ſic diuinuʒ euadi poſſe
iudiciuʒ: in medio terre mihi videtur
dictũ: cum quiſqꝫ uiuit in corpore. In
hac quippe vita ſuā quiſqꝫ terrā circũ
fert: quā moriēte homine recipit terra
communis: reſurgenti vtiqꝫ reditura.
Proinde in medio terre.i.cũ aīa noſ
tra iſto terreno clauditur corpore: faci
endũ eſt iudicium ⁊ iuſtitiaʒ: quod no
bis proſit in poſterum: quando recipi
et quiſqꝫ ſecundum ea que per corpus
geſſit: ſiue bonum ſiue maluʒ. Per cō
pus quippe ibi dixit apoſtolus: per tē
pus quo vixit in corpore. Non enim
ſi quis maligna mente atʒ impia cogi
tatione blaſphemet: neqꝫ id ullis mē‑
bris corporis opeꝛ: iō non erit re⁹ qꝛ
id non motu corporis geſſit: cũ hoc ꝑ
illud tempus geſſerit quo geſſit ⁊ cor
pus. Iſto mō cōgruenter intellī pōt ēt
illud quod i pſalmo legitur. Deus au
tem rex noſter ante ſecula operatus ē
ſalutem in medio terre: vt domin⁹ ie‑
ſus accipiatur deus noſter qui eſt an‑
te ſecula: qꝛ per ipſum facta ſunt ſcl'a:
operatus ē ſalutē noſtram i medio ter
re: cum verbũ caro factum ē: ⁊ terrēo
habitauit in corpore. Deinde poſteaꝗ̄
prophetatũ eſt in his verbis āne quo
modo gloriari debeat qui gloriatur ñ
in ſe vtiqꝫ ſed in domino propter reī‑
butionem que in die iudicij futura ē:
dñs inquit aſcendit in celos ⁊ tonuit:
ipſe iudicabit extrema terre: quia iuſ‑
tus ē. Prorſus ordinem tenuit con‑
feſſionis fidelium. Aſcendit.n. in celũ
dñs chriſt⁹: ⁊ inde venturus eſt ad vi
uos ⁊ mortuos iudicandos. Nā qs aſ
cendit ſicut dicit apl'us niſi qui ⁊ deſ‑
cendit in inferiores partes terre? Qui
deſcendit ipſe eſt ⁊ q aſcendit ſup ōes
celos: ut adimpleret ōnia. Per nubes
ergo ſuas tonuit: quas ſpiritu ſancto
cum aſcendiſſet impleuit: de quibus ā
cille hieruſalē hoc ē ingrate vinee cō‑
minatus eſt apud eſaiam prophetaʒ:
ne pluāt ſup eā ibrē. Sic aũt dictũ eſt
ipſe iudicabit extrēa terre ac ſi diceret
ēt extrēa t̄re. Non.n. alias t̄re partes
ñ iudicabit: q ōes hoīes proculdubio
iudicabit. Sed melius intelligunt ex‑
trēa terre extrēa hōis. qm̄ non iudica
buntur que in melius vl' deterius me
dio tp̄e cōmutantur: ſed in quibus ex
tremis inuētus fuerit qui iudicabit.
Propter quod dictum ē: q perſeuera
uerit vſqꝫ i finem hic ſaluus erit. Qui
ergo perſeueranter facit iudiciũ ⁊ iuſ
titiā ⁊ i medio t̄re: ñ dānabit cuʒ iudi‑
cabuntur extrema t̄re. Et dat inquit
virtutem regibus noſtris: vt non eos
iudicando condemnet. Dat eis virtu
tē qua carnē ſicut reges regāt: ⁊ i illo
mundum q propt eos fudit ſanguinē
vincant. Et exaltabit cornu chriſti ſui.
Quomodo chriſtus exaltabit cornu
chriſti ſui? ō q̊ .n. ſupradictũ ē: dñs aſ‑
cendit in celos: ⁊ intellectus eſt dñus
chriſt⁹: ipſe ſicut hic dicitur exaltabit
cornu chriſti ſui: qui eſt chriſtus. Chri
ſtus ergo chriſti ſui cornu exaltabit:
id eſt vniuſcuiuſqꝫ fidelis ſui: ſicut iſ‑
ta ipa i p̄ncipio huius hymni ait exal
tatum eſt cornu meum in deo meo.

Oēs q̄ppe unctos ei⁹ chriſmate recte chriſtos poſſumus dicē: Qò tñ totū cū ſuo capite corpus un⁹ ē chriſtus. Hec anna ꝓphetauit Samuelis ſancti uiri mater multumq; laudati: In quo quidē tūc figurata ē mutatio ueteris ſacerdotii: ⁊ nūc impleta qñ infirmata ē: que multa erat in filijs: ut nouum haberet i chriſto ſacerdotiū ſterilis que peperit ſeptem.

De his q̄ ad heli ſacerdotē hō dei ꝓphetice locutus ē ſignificās ſacerdotium quod ſecundū aaron inſtitutū fuerat auferendū. c. v.

S Ed hoc euidētius ad ipſū Heli ſacerdotē miſſus loqt̄ hō dei: cuius quidē nomē tacet̄: ſed itelligit̄ officio miniſterioq; ſuo ſine dubitatione ꝓpheta. Sic ſcriptū eſt. Et uenit homo dei ad Heli ⁊ dixit. Hec dicit dominus: Reuelans reuelatus ſum ad domum patris tui: cum eſſent in terra egypti fui i domo Pharaonis: ⁊ elegi domū p̄ris tui ex omnib⁹ ſceptris iſrael mihi ſacerdotio fūgi: ut aſcenderent ad altare meū ⁊ incēderēt incēſum: ⁊ portarent ephud. Et dedi domui patris tui ōnia que ſunt ignis filiorū in eſcam. Et tu quid reſpexiſti incēſum meum ⁊ in ſacrificium meū impudenti oculo: ⁊ glorificaſti filios tuos ſuper me: benedicere primitias omnis ſacrificij in iſrael in conſpectu meo: propter hoc hec dicit dominus iſrael. Dixi: domus tua ⁊ patris tui tranſibūt coram me uſq; ineternum. Et nunc hec dicit dn̄s: Nequaq̄: ſed glorificātes me glorificabo: ⁊ q̄ ſpernit me ſpernet̄. Ecce dies ueniūt: ⁊ exterminabo ſemē tuū ⁊ ſemen domus patris tui: ⁊ nō erit tibi ſenior in domo mea omnib⁹ diebus: ⁊ uirū exterminabo tibi ab altari meo: ut deficiāt oculi eius ⁊ defluat anima ei⁹. Et ōis qui ſupererit domus tue: decidet in gladio uirorū. Et hoc tibi ſignum q̄ ueniret ſup duos filios tuos Ophni ⁊ Phinees una die morietur ābo. Et ſuſcitabo mihi ſacerdotē fidelē: q̄ oīa que in corde meo ⁊ in anima mea ſūt faciet: ⁊ edificabo ei domū fidelem: ⁊ tranſibit coram chriſto meo omnib⁹ diebus. Et erit qui ſupererit i domo tua: ueniet adorare ei obolo argenti dicens: Iacta me in unā partem ſacerdotij tui manducare panē. Non ē ut dicatur iſtam prophetiā ubi ſacerdotij ueteris tāta manifeſtatione prenūtiata mutatio ē in Samuele fuiſſe cōpletā. Quanq̄ eīm nō eſſet ō alia tribu Samuel. q̄ que cōſtituta fuerat a domino ut ſeruiret altari: tamē nō erat de filijs Aaron: cuius ꝓgenies fuerat deputata: ut inde fierent ſacerdotes. Ac p hoc in ea quoq; re geſta eadem mutatio que p chriſtū ieſū fuerat futura adumbrata ē: ⁊ ad uetus teſtam̄tū ꝓprie: figurate uero pertinebat ad nouū ꝓphetia tam facto etiā ipſo q̄ uerbo. id ſcilicet facto ſignificans: qò uerbo ad Heli ſacerdotē dictū eſt p prophetam. Nam fuerunt poſtea ſacerdotes ex genere Aaron: ſicut Sadoch ⁊ Abiathar regnāte Dauid: ⁊ alij deinceps anteq̄ tēpus ueniret quo iſta que de ſacerdotio mutādo tanto añ predicta ſūt effici p chriſtū oportebat. Quis aūt nūc fideli oculo hec intuēs nō uideat eſſe cōpleta: quādo q̄dem nullū tabernaculū: nullū tēplū: nullū altare: nullū ſacrificiū: ⁊ iō nec ullus ſacerdos remāſit iudeis: q̄bus ut de ſemine Aaron ordinaretur in dei fuerat lege mandatū. Quod ⁊ hic cōmemoratū eſt illo dicēte ꝓpheta: hec dicit dominus deus iſrael: dixi: domus tua ⁊ domus patris tui trāſibunt corā me uſq; ineternū. Et nunc dicit dn̄s: Nequaq̄. ſ; glorificantes me glorificabo: ⁊ q̄ me ſpnit ſpernet̄.

Quod eím nominat domū patrís eí⁹
nō eū de ꝓximo patre dicere:ſed de il
lo Aaron qui primus ſacerdos ē iſti
tutus:de cuius ꝓgenie ceteri ſequerē
tur ſuperiora demonſtrāt:ubi ait Re
uelatus ſum ad domū patris tui: cū
eēnt ī terra Egypti ſui ī domo Pha
raonis:⁊ elegi domū pr̄is tui ex ōni
b⁹ ſceptris iſrael mihi ſacerdotio fū
gi. Quis pat̄ fuit huius ī illa egyptia
ſuitute. vñ cū liberati fuiſſent: elect⁹
ē ad ſacerdotiū niſi Aaron: De hui⁹
ergo ſtirpe iſto loco dixit futurū fuiſ
ſe nō ut eēnt ulteri⁹ ſacerdotes. Qđ
iam uidemus ipletū. Uigilet fides: p̄
ſto ſūt res:cernūtur:tenentur: ⁊ uide
re uolentiū oculis ingerūtur. Ecce in
quit dies ueniūt:⁊ exterminabo ſem̄
tuum ⁊ ſemen domus patris tui:⁊ n̄
erit tibi ſenior ī domo mea omnibus
diebus:⁊ uirū exterminabo tibi ab
altari meo:ut deficiāt oculi eius ⁊ de
fluat aīa eius. Ecce dies q̄ prenūciati
ſunt iā uenerūt: null⁹ ſacerdos ē ſm
ordinē Aaron. Et quicunqꝫ ex ei⁹ ge
nē ē hō:cū uideret ſacrificiū chriſtia
norū toto orbe pollere: ſibi autē ho
norē illū magnū eē ſubtractū: defici
unt oculi eius ⁊ defluit aia eius tabe
meroris. Proprie aūt ad hui⁹ domū
Heli cui hec dicebātur qđ ſeqtur pti
net:⁊ ōis qui ſupererit dom⁹ tue de
cidet in gladio uiroꝝ. Et hoc tibi ſi
gnū qđ ueniet ſup duos filios tuos
Ophni ⁊ Phinees. Die uno morient̄
ambo. Hoc ergo ſignū factū ē mutā
di ſacerdotij de domo huius: quo ſi
gno ſignificatū ē mutandū ſacerdoti
um domus Aaron. Mors q̇ppe fili
orū huius ſignificauit mortē nō ho
minū ſed ipſius ſacerdotij de filijs A
aron. Quod aūt ſequit̄ ad illum iā
pertinet ſacerdotē: cui⁹ figurā geſſit
huic ſuccedēdo Samuel. Proinde q̄
ſequūtur:de chriſto ieſu noui teſtam̄
ti uero ſacerdote dicūt̄. Et ſuſcitabo
mihi ſacerdotē fidelē:qui ōnia que ī
corde meo ⁊ que ī anima mea ſūt fa
ciat:⁊ edificabo ei domū fidelem. Ip
ſa ē eterna ⁊ ſuperna hieruſalem. Et
trāſibit inqt corā chriſto meo ōnibuſ
diebus. Tranſibit dixit cōuerſabit̄:
ſicut ſuperius dixerat de domo Aa
ron:dixi domus tua ⁊ domus patris
tui tranſibūt corā me in eternū. Qđ
aūt ait coram chriſto meo trāſibit: ď
ipſa utiqꝫ domo intelligēdū ē:non de
illo ſacerdote qui ē chriſtus ipſe me
diator atqꝫ ſaluator. Domus ergo e
ius corā illo trāſibit. Pōt ⁊ trāſibit
ītelligi de morte ad uitā: omnib⁹ die
bus q̄bus peragit̄ uſqꝫ in finē ſeculi
huius iſta mortalis. Quod autē ait
deus:qui ōia que ī corde meo ⁊ que ī
anima mea ſūt faciat:nō arbitremur
habere animā deū cum ſit conditor
anime:ſed ita hoc de deo tropice nō
proprie dicit̄:ſicut manus ⁊ pedes ⁊
alia corporis mēbra. Et ne ſecūdum
hoc credat̄ homo ī carnis hui⁹ effi
gie factus ad imaginē dei:addūtur ⁊
ale quas utiqꝫ nō habet homo: ⁊ di
citur deo:ſub umbra alarū tuarū ꝓ
tege me:ut intelligāt homies de illa
ineffabili natura:nō ꝓprijs ſed tran
ſlatis rerū uocabulis iſta dici. Quod
uero adiūgitur:⁊ erit q̄ ſupererit in
domo tua ueniet adorare ei: nō ꝓp̄e
dicit̄ de domo huius Heli:ſed illius
Aarō de qua uſqꝫ ad aduētū chriſti
homines remanſerūt:de quo genere
etiā nūc uſqꝫ nō deſūt. Nam de illa
domo huius Heli iam ſupradictum
erat. Et ōis qui ſupererit domus tue
decidet in gladio uirorū. Quomō er
go hic uere dici potuit:⁊ erit q̄ ſuper
erit ī domo tua uēiet adorare ei: ſi il
lud ē uerū ꝙ ultore gladio nēo inde
ſuperit:niſi q꞉ illos intelligi uoluit q̄
pertinēt ad ſtirpē: ſed illius totius ſa
cerdotij ſecundū ordinē Aaron. Er
go ſi ē de illis predeſtinatis reliquijs

de quibus alius ꝓpheta dixit: reliq̄e ſalue fiēt:vnde ⁊ apoſtolus: ſic ergo īquit ⁊ in hoc tēpore reliquie ꝑ electionem gratie ſalue facte ſūt: quia de talibus reliquījs bene intelligit̄ eſſe de quo dictū ē:qui ſupererit in domo tua profecto credit in chriſtū:ſicut tēporibus apoſtolorum ex ipſa gente plurimi crediderūt: neq̄ nūc deſunt q̄ licet rariſſime tamē credāt: ⁊ implet̄ in eo quod hic iſte homo dei ꝯtinuo ſecutus adiūxit:ueniet adorare ei obolo argenti:cui adorare niſi ſūmo illi ſacerdoti qui ⁊ deus ē: Neq̄ eim in illo ſacerdotio ſecundū ordinem aaron ad hoc ueniebāt hoīes ad tēplū uł altare dei:ut ſacerdotē adorarent. Quid ē aūt ꝙ ait obolo argēti: niſi breuitate v̄bi fidei: ḋ quo cōmemorat apł̄us dictū uerbū cōſumans ⁊ breuiāſ faciet dominus ſuꝑ terraȝ: Argentū aūt pro eloquio poni pſalmiſta teſtis eſt ubi canit̄. Eloquia domini eloquia caſta:argentū igne examinatū. Quid ergo dicit iſte: qui uenit adorare ſacerdoti dei ⁊ ſacerdoti deo? Iacta me in partē ſacerdotīj tui māducare panē. Nolo in patrū meorū collocari honore q̄ nullus ē. Iacta me in partē ſacerdotīj tui:elegi eiȝ abiectus eē i domo dn̄i. qualecūq̄ ⁊ ꝗtuluncūq̄ membrū eē cupio ſacerdotīj tui. Sacerdotiū q̄ppe hic ipſam plebē dicit:cuius plebis ille ſacerdos ē mediator dei ⁊ hominū hō chriſt᷒ ieſus. Cui plebi dicit apoſtolus petrus:plebs ſancta regale ſacerdotiū. Quāuis nōnulli ſacrificīj tui ſint interpretati nō ſacerdotīj tui. Quod nihilominus eundē ſignificat populuȝ chriſtianū:vnde dicit paulus apł̄us unus panis:unū corp᷒ multi ſumus. Et iterū exhibeatis corpora vr̄a hoſtiam uiuā. Quod ergo addidit manducare panē:etiā ipſū ſacrificīj genus elegāter expreſſit ḋ quo dic̄ ſacerdos ipſe. panis quē ego dedero:caro mea ē pro ſeculi uita. Ipſum eſt ſacrificiū nō ſecundū ordinē aaron:ſed ſecūdū ordinē melchiſedec:q̄ legit intelligat. Breuis itaq̄ ē iſta cōfeſſio ⁊ ſalubrit̄ humilis:qua dicitur. Iacta me ī partem ſacerdotīj tui māducare panem. Ipſe eſt obulus argenti:quia ⁊ breue eſt ⁊ eloquiū domini ē habitantis in corde credētis: Quia eim dixerat ſuperius dediſſe ſe domui aaron cibos de uictimis ueteris teſtamēti:ubi ait dedi domui p̄ris tui oīa q̄ ſūt filioruȝ iſrael i eſcā:hec q̄ppe fuerāt ſacrificia iudeoꝝ:iō hic dixit māducaꝛ panē:qḋ ē i nouo teſtamēto ſacficiū chriſtiāoꝝ.

De iudaico ſacerdotio ⁊ regno: q̄ cū in eternū dicātur:ſtatuta nō ꝑmanent:ut alia intelligātur que ſpondētur eterna cap. vi.

c Um igit̄ hec tāta tūc altitudine prenūciata ſint:quāta nunc manifeſtatione clareſcūt:non fruſtra tamen moueri quiſpiā pōt ac dicere: quomodo cōfidimus cōuenire ōia q̄ in libris illis uentura predicta ſunt: ſi hoc ipſum quod ibi diuinit᷒ dictū eſt domus tua ⁊ domus p̄ris tui trāſibunt corā me ineternū effectum habere nō potuit:quoniam uidemus illud ſacerdotiū fuiſſe mutatum: ⁊ qḋ illi domui promiſſum eſt nec ſperari aliquando complendum: quia illud quod ei reprobato mutatoq̄ ſucceddit:hoc potius predicatur eternum: hoc qui dicit:nōdum intelligit aut n̄ recolit etiā ipſū nec ſecūdū ordinē aaron ſacerdotiū:tanꝗ umbrā futuri eterni ſacerdotīj cōſtitutū:ac per hoc quādo ei eternitas promiſſa eſt: non ipſi umbre ac figure:ſed ei quod per ipſā adūbrabat̄ figurabat̄q̄ ꝓmiſſuȝ eſt. Sed ne putaret̄ ipſa umbra māſura:iō ēt mutatio ei᷒ debuit ꝓphetari.

Regnū quoqȝ iſto modo etiā ſaulis ipſius qui certe reprobatus atqȝ reiectus ē:futuri regni erat umbra in eternitate māſuri. Oleum qͥppe illud quo unctus ē:⁊ ab eo chriſmate chriſtus ē dictus:myſtice accipiendum ⁊ magnū ſacramentū intelligendū eſt. Quod in eo tantū ueneratus eſt ipſe dauid:ut percuſſo corde pauitauerit quādo i tenebroſo occultatus antro quo etiā ſaul urgēte intrauerat neceſſitate nature:exiguā particulā ueſtis eius retrorſū latēter abſcidit:ut haberet vnde monſtraret qm̄o ei pepercerit cū poſſet occidere:atqȝ ita ſuſpicionē de animo eius qua ſanctū dauid putans inimicū ſuum vehemēter perſequebatur auferret. Ne itaqȝ reus eēt tanti ſacramēti i ſaule uiolati: qͣ uel indumentū eius ſic attrectauerit expauit. Ita eīm ſcriptū ē: ⁊ pcuſſit cor dauid ſuper eū:quia abſtulit pennulam chlamydis eius. Uiri aūt qͥ cum illo erāt:⁊ ut ſaulem in manus ſuas traditū interimeret ſuadebāt: nō mihi iquit contingat a domino:ſi fecero hoc uerbū domino meo chriſto domini inferre manū meam ſuper eum: quia chriſtus domini eſt. Huic ergo umbre futuri:nō ꝓpter ipſam ſȝ ꝓpt̄ illud quod prefigurabat tanta ueneratio exhibebatur. Unde ⁊ illud qꝺ ait ſauli ſamuel:quoniam nō ſeruaſti mandatū meū quod mandauit tibi dominus:queāadmodū nunc parauerat dominus regnū tuū uſqȝ ieternū ſuper iſrael:⁊ nunc regnū tuū nō ſtabit tibi. Et queret dominus nūc ſibi hominē ſecundū cor ſuum: ⁊ mandabit ei dominus eſſe in principem ſuper populū ſuum:quia nō cuſtodiſti que mandauit tibi dominus:nō ſic accipiendum eſt ac ſi ipſum ſaulem deus i eternum preparauerit regnaturum: ⁊ hoc poſtea noluerit ſeruare peccanti. Neqȝ eiȝ eū peccaturꝫ eē neſciebat:

ſed preparauerat regnū eius i quo figura regni eſſet eterni. Ideo addidit: ⁊ nūc regnū tuū nō ſtabit tibi. Stetit ergo ⁊ ſtabit quod i illo ſignificatuȝ ē. Sed nō huic ſtabit:quia nō ineternū ipſe fuerat regnaturus nec ꝓgcies eius:ut ſaltem p poſteros altero alteri ſuccedente uideret̄ impleri qꝺ dcm̄ ē ineternū. Et queret iquit deus ſibi hominē:ſiue dauid ſiue ipſum mediatorem ſignificans teſtamēti: noui qͥ figurabatur i chriſmate etiā quo unctus ē ipſe dauid ⁊ ꝓgenies eius. Nō aūt quaſi neſciat ubi ſit ita deus hominem ſibi querit:ſed per hominem more hominū loquitur:quia ⁊ ſic loquendo nos querit. Non ſolū eiȝ deo patri uerū etiā ipſi quoqȝ unigenito eius qͥ uenit querere quod perierat: uſqȝadeo iā eramꝰ noti ut i ip̄o eſſemꝰ electi añ cōſtitutionē mūdi: Queret ſibi ergo dixit ꝓ eo ac ſi diceret: quē ſuū eē iā nouit:ſibi eē familiareȝ aliqͥs oñdet. Uñ i latia līgua hoc uerbū ſcilicȝ querit accipit prepoſitiōeȝ: ⁊ acqͥrit dicit̄:qꝺ ſatis apertū ē quid ſignificet. Quāq̄ ⁊ ſine additamento ꝑpoſitionis querere intelligat̄ acquirere:ex quo lucra uocātur ⁊ queſtus.

De diruptione regni iſraelitici: q̄ prefigurat̄ ꝑpetua diuiſio iſrael̄ ſpiritalis ab iſraele carnali cap. vij.

r Urſus peccauit ſaul p iobediētiā:⁊ rurſus ſamuel ait illi in v̄bo dñi:quia ſpreuiſti uerbū domini: ſpreuit te dñs: ut ñ ſis rex ſuper iſrael. Et rurſus ꝓ eodem peccato cū id cōfiteretur ſaul ⁊ ueniam precaretur rogaretqȝ ſamuelem ut reuerteret̄ cū illo ad placandū deum:non reuertar inquit tecū:quia ſpreuiſti uerbū dñi: ⁊ ſpreuit te dominus ut nō ſis rex ſuper iſrael. Et conuertit ſamuel facieȝ ſuam ut abiret:⁊ tenuit ſaul pennulā

diploidis eius ⁊ dirupit eã:⁊ dixit ad
eum ſamuel. Dirupit dominus regnũ
iſrael de manu tua hodie: ⁊ dabit ꝓ
ximo tuo bono ſup te. Et diuidetur
iſrael in duo:⁊ nõ cõuertet̃ nec peni
tebit eũ:quoniã non ẽ ſicut homo ut
peniteat eũ. Ipſe miatur ⁊ permanet.
Iſte cui dicitur ſpreuit te dominus
ut nõ ſis rex ſup iſrael:⁊ dirupit dñs
regnũ ab iſrael de manu tua hodie
quadraginta regnauit annos ſuper
iſrael:tãto ſcilicet ſpatio tp̃is q̃to et
ipſe dauid:⁊ audiuit hoc primo tp̃e
regni ſui:ut intelligamus ideo dictũ:
quia nullus de ſtirpe eius fuerat reg
naturus:⁊ reſpiciamus ad ſtirpẽ da
uid:vñ exortus ẽ ſecundũ carnẽ me
diator dei ⁊ hoium hõ chriſt⁹ ieſus.
Non aũt habet ſcriptura qḋ i pleriſ
q; latinis codicib⁹ legitur: dirumpet
dominus regnũ iſrael de manu tua:
ſed ſicut a nobis poſitũ ẽ inuentũ in
grecis:dirupit domin⁹ regnũ ab iſra
el de manu tua:ut intelligat̃ de manu
tua qḋ ẽ ab iſrael. Populi ergo iſrael
perſonã figurate gerebat homo iſte:
qui populus regnũ fuerat amiſſurus
chriſto ieſu domino noſtro per nouũ
teſtamentũ nõ carnaliter ſed ſp̃ualit̃
regnaturo. De quo cũ dicitur ⁊ dabit
illud ꝓximo tuo ad carnis cognatio
nem id refert̃. Ex iſrael eĩm chriſtus
ſecundũ carnẽ:vnde ⁊ ſaul. Quod ue
ro additũ ẽ bono ſuper te:poteſt qui
dem intelligi meliori te. Naz ⁊ quidã
ſic ſunt interpretati:ſed melius ſic ac
cipitur bono ſuper te:ut quia ille bo
nus ẽ ideo ſit ſuper te:iuxta illud ali
ud propheticũ. Donec ponã omnes i
imicos tuos ſub pedibus tuis. In q̃
bus ẽ ⁊ iſrael cui ſuo ꝑſecutori regnũ
abſtulit chriſtus. Quãuis fuerit illic
⁊ iſrael in quo dolus ñ erat: quoddã
quaſi frumentũ palearũ illarũ. Nam
utiq; inde erant apoſtoli:ĩde tot mar
tyres quorũ prior ſtephanus:ĩde tot

eccleſie quas ap̃l'us paulus cõmemo
rat ĩ cõuerſione eius magnificantes
deũ:de qua re nõ dubito ĩtelligendu;
eſſe quod ſequitur:⁊ diuidet̃ iſrael in
duo:in iſrael ſcilicet inimicũ chriſti:⁊
iſrael adherentem chriſto:in iſrael ad
ancillã:⁊ iſrael ad liberã pertinentez.
Nam iſta duo genera primum ſimul
erant:uelut abraaz adhuc adhereret
ancille:donec ſterilis per dei gratiam
fecũdata clamaret eijce ancillã ⁊ filiũ
eius:propter peccatum quidem ſalo
monis:regnãte filio eius roboã ſcim⁹
iſrael in duo fuiſſe diuiſum: atq; ita
perſeueraſſe habẽtibus ſingulis par
tibus reges ſuos:donec illa gẽs tota
a chaldeis eẽt ingenti uaſtatione ſub
uerſa:atq; tranſlata. Sed hoc q̇d ad
ſaulẽ cũ ſi tale aliq̇d cõminandũ eẽt:
ipſi dauid fuerit potius cõminandu;
cuius erat filius ſalomon. Poſtremo
nũc inter ſe gens hebrea diuiſa nõ ẽ:
ſed indifferẽter in eiſdẽ erroris ſocie
tate diſperſa ꝑ terras. Diuiſio uero
illa quã deus ſub ꝑſona ſaulis illius
regni ⁊ populi figurã gerentis eidem
regno populoq; minatus ẽ:eterna at
q; imutabilis ſignificata ẽ:ꝑ hoc qḋ
adiunctũ ẽ:⁊ nõ cõuertetur neq; peni
tebit eũ:quoniã non ẽ ſicut homo ut
peniteat eũ. Ipſe minatur ⁊ ꝑmanet.
Id eſt homo minat̃ ⁊ non permanet.
nõ aũt deus quẽ nõ penitet ſicẽ hoiez.
Ubi eĩm legitur ꝙ eũ peniteat muta
tio rerũ ſignificatur ĩmutabili preſci
entia manẽte diuina. Ubi ergo nõ pe
nitere dicitur:nõ mutare intelligitur.
Prorſus inſolubilẽ uidemus per hec
uerba prolatã diuinitus fuiſſe ſñiaz:
de iſta diuiſione populi iſrael ⁊ omni
no perpetuã. Quicũq; eĩm ad chriſtũ
tranſierũt uel tranſeũt: uel tranſibũt
inde:erant inde ſecundum dei preſci
entiam:nõ ſecundum generis huma
ni unam eandemq; naturam. Pror
ſus quicunq; ex iſraelitis adherentes

chriſto perſeuerãt in illo: nunq̃ erunt cũ eis iſraelitis q̃ eius inimici uſq; in finem uite huius eſſe perſiſtũt: ſed in diuiſione que hic prenũciata ẽ perpetuo permanebũt. Nihil eñ ꝓdeſt teſtamentũ uetus de monte ſina in ſeruitutem generãs: niſi quia teſtimoniũ perhibet teſtamẽto nouo. Alioquin q̃diu legit̃ moyſes: uelamẽ ſup corda eorũ poſitũ ẽ. Cum aũt inde quiſq; trãſierit ad chriſtũ: auferet̃ uelamẽ. Trãſeuntiũ quippe intẽtio ipſa mutatur de uetere ad nouũ: ut nõ iam quiſq; intendat accipere carnalẽ: ſed ſpiritualẽ felicitatem. Propter quod ipſe magn⁹ propheta ſamuel anteq̃ unxiſſet regem ſaul: quãdo exclamauit ad dñm pro iſrael ⁊ exaudiuit eum: ⁊ cũ offerret holocauſtũ accidẽtibus alienigenis ad pugnã contra populũ dei tonuit dominus ſuper eos ⁊ cõfuſi ſũt: ⁊ offenderũt coram iſrael atq; ſuperati ſunt: aſſumpſit lapidem unum ⁊ ſtatuit illum inter maſephat nouam ⁊ ueterem: ⁊ uocauit nomẽ eius abẽnezer quod eſt latine lapis adiutorij. Et dixit uſq; huc adiuuit nos dominus. Maſephat interpretatur itẽtio. Lapis ille adiutorij medietas eſt ſaluatoris: per quem tranſeundum eſt a maſephat uetere ad nouã: id ẽ ab intentione qua expectabat̃ i carnali regno beatitudo falſa carnalis: ad intẽtionẽ qua per nouũ teſtamentũ expectatur i regno celorũ beatitudo ueriſſima ſpiritualis. Qua quoniã nihil ẽ melius: huc uſq; adiuuat deus.

De ꝓmiſſiõib⁹ ad dauid in filio eius: q̃ nullatenus in ſalomone ſed pleniſſime inueniũtur i chriſto. c. viij.

I Am nũc uideo eẽ monſtrãdũ: qd ipſi dauid q̃ ſauli ſucceſſit i regnũ: cuius mutatõe finalis illa mutatio figurata ẽ: ꝓpter quã diuinitus cũcta dicta cũcta cõſcripta ſũt: de⁹ ꝓmiſerit quod ad rem de qua agimus ptinet. Cum regi dauid multa proſpera ꝓueniſſent: cogitauit facere deo domũ: templũ illud ſcilicet excellẽtiſſime diffamatũ: qd a rege ſalomone filio eius poſtea fabricatũ eſt. Hoc eo cogitãte factũ ẽ uerbũ domini ad nathan ꝓphetam: quod perferret ad regem. Ubi cũ deus dixiſſet q̃ non ab ipſo dauid ſibi edificaretur domus: neq; p tãtũ tẽpus ſe mãdaſſe cuiquã in pplo ſuo: ut ſibi fieret dom⁹ cedrina: ⁊ nũc iquit hec dices ſeruo meo dauid. hec dicit dñus õnipotẽs. Accepi te de ouili ouiũ ut eſſes i ducẽ ſuper populũ meũ iſrael: ⁊ erã tecum i õnibus quibus igrediebaris: ⁊ exterminaui ões inimicos tuos a facie tua: ⁊ feci te nominatũ ſecundũ nomẽ magnorũ q̃ ſunt ſup terram. Et ponam locũ populo meo iſrael: ⁊ plãtabo illum ⁊ inhabitabit ſeorſũ: ⁊ nõ ſollicitus erit ultra: ⁊ nõ apponet fili⁹ iniquitatis humiliare eũ: ſicut ab initio a diebus q̃bus cõſtitui iudices ſuper pplm meũ iſrael: ⁊ requiẽ tibi dabo ab õibus inimicis tuis: ⁊ nũciauit tibi dominus quoniã domũ edificabis ipſi. Et erit cũ impleti fuerit dies tui ⁊ dormies cũ patribus tuis: ⁊ ſuſcitabo ſemẽ tuũ poſt te q̃ erit de uẽtre tuo: ⁊ reparabo regnũ eius. Hic edificabit mihi domũ nomini meo: ⁊ dirigam thronũ eius uſq; ineternũ. Ego ero illi i patrẽ: ⁊ ipſe erit mihi i filiũ. Et ſi uenerit iniquitas illius: redarguã illũ in virga uirorũ ⁊ in tactibus filiorũ hominũ: miſericordiam aũt meam nõ amoueam ab eo: ſicut amoui a quib⁹ amoui faciem meã: ⁊ fidelis erit domus eius: ⁊ regnũ eius erit uſq; ineternũ coram me: ⁊ thronus eius erit erectus uſq; ineternũ. Hanc ergo tã grandẽ promiſſionẽ q̃ putat in ſalomone fuiſſe completam

multū errat. Attēdit eīm quod dictū
ē hic edificauit mihi domū: quoniam
ſalomon templū illud nobile ſtruxit:
⁊ nō attēdit fidelis erit domus eius:
⁊ regnū eius uſqꝫ ineternū corā me.
Attēdat ergo ⁊ aſpiciat ſalomōis do-
mū plenā mulierībꝰ alienigenis colē-
tibus deos falſos: ⁊ ipſum ab eis re-
gem aliquādo ſapientē in eandē ido-
latriā ſeductū atqꝫ deiectū: ⁊ nō au-
deat exiſtimare deū uel hoc promiſiſ-
ſe mēdaciter: uel talem ſalomonē do-
mūqꝫ eius futurā nō potuiſſe preſci-
re. Non hic aūt deberemꝰ ambigere:
nec ſi nō chriſto domino noſtro q̇ fa-
ctus ē ex ſemine dauid ſecundum car-
nem iam uideremus iſta compleri: ne
uane atqꝫ inaniter hic aliū aliquē re-
quiramus: ſicut carnales iudei. Nam
⁊ ipſi uſqꝫadeo filium quem loco iſto
regi dauid ꝓmiſſum legūt intelligunt
nō fuiſſe ſalomonē: ut eo qui ꝓmiſſuſ
ē tanta iā manifeſtatione declarato:
adhuc mirabili cecitate aliū ſperare
ſe dicāt. Facta ē quidē nōnulla imago
rei future etiā i ſalomone: in eo ꝙ tē-
plum edificauit ⁊ pacem habuit ſm̄
nomē ſuum. Salomon quippe paci-
ficus ē latie: ⁊ i exordio regni ſui mi-
rabiliter laudabilis fuit: ſed eadē ſua
ꝑſona per umbrā futuri prenūciabat
etiā ipſe chriſte chriſtū dominum no-
ſtrū: n̄ exhibebat. Unde de illo quedā
ita ſcripta ſūt: quaſi de ipſa ita ꝑdc̄a
ſint: dum ſcriptura ſancta etiā rebus
geſtis prophetans quodāmodo in eo
figurā delineat futurorū. Nam ꝑter
libros diuine hiſtorie ubi regnaſſe
narratur. pſalmus etiā ſeptuageſimꝰ
primus titulo nominis eiꝰ īſcriptꝰ ē:
in quo tā multa dicūtur que ōino ei
cōuenire nō poſſūt: domino aūt chri-
ſto apertiſſima ꝑſpicuitate cōueniūt:
ut euidēter appareat ꝙ in illo figura
qualicunqꝫ adumbrata ſit: in iſto aūt
ipſa ueritas preſentata. Notum ē eīm
quibus t̉minis regnū concluſum fue-
rat ſalomonis. Et tamē in eo pſalmo
legitur ut alia taccam: dominabitur
a mari uſqꝫ ad mare: ⁊ a flumie uſqꝫ
ad terminos orbis terre quod i chri-
ſto uidemus ipleri. A flumine quippe
dominādi ſumpſit exordiū: ubi bap-
tizatus a ioanne eo demonſtāte cepit
agnoſci a diſcipulis: q̇ eū nō ſolū ma-
giſtrū: ueꝝ ēt dominū appellauerūt.
Nec ob aliud uiuēte adhuc patre ſuo
dauid regnare ſalomon cepit: quod
nulli eoꝝ regum cōtingit: niſi ut hinc
quoqꝫ ſatis eluceat nō eē ipſū quem
ꝓphetia iſta ꝑſignat: que ad eiꝰ patrē
loquit̉ dicēs Et erit cū impleti fuerit
dies tui ⁊ dormies cū patribꝰ tuis:
ſuſcitabo ſemē tuū pꝰ te q̇ erit de uē-
tre tuo: ⁊ ꝑparabo regnum eiꝰ. Quo-
mō ergo ꝓpter id qꝺ ſequit̉ hic edifi-
cabit mihi domū: iſte ſalomon puta-
bitur ꝓphetatus: ⁊ nō potius propt̉
id qꝺ precedit: cū impleti fuerint dies
tui ⁊ dormies cū patribꝰ tuis: ſuſcita-
bo ſemē tuū poſt te: alius pacificꝰ in-
telligitur eē ꝓmiſſus: qui nō an̄ ſicut
iſte ſed poſt mortē dauid prenūciatꝰ
ē ſuſcitādus? Quālibet eīꝫ longo iter-
poſito tēpore ieſus chriſtus uenerit:
ꝓculdubio poſt mortem regis dauid
cui ſicut ē ꝓmiſſus eum venire opor-
tebat: qui edificaret domū domino n̄
de lignis ⁊ lapidibꝰ: ſed ō hominibꝰ:
qualem illū edificare gaudemꝰ. Huic
enim domui dicit apoſtolus hoc ē fi-
delibus chriſti. Templū enim dei ſā-
ctum ē: quod eſtis uos.

Quā ſil'is i pſalmo. lxxxviij. ſit ꝓ-
phetia ō chriſto his: q̄ i regnoꝝ libriſ
nathan ꝓphetāte ꝓmittūt̉ cap. ix.

p Ropt̉ qꝺ ⁊ i pſalmo. lxxxviij.
cuiꝰ ē titulꝰ intellectꝰ ipſi ethan
iſraelite: cōmemorāt̉ ꝓmiſſiones dei
facte regi dauid: ⁊ iſtis que in libro

regnoꝝ ſūt poſita quedam ibi ſimilia
dicūtur ſicut ē iuraui dauid ſuo meo
uſq; ineternū preparabo ſemē tuū.
Et iterū. Tūc locutus es i aſpectu fi-
lijs tuis ⁊ dixiſti: poſui adiutoriū ſup
potētē: ⁊ exaltaui electū đ plebe mea.
Inueni dauid ſeruū meū: oleo ſancto
meo vnxi eū. Manus eīm mea auxi-
liabitur ei: ⁊ brachiū meū conforta-
bit eū. Non proficiet inimicus in eo:
⁊ filius iniq̄tatis nō apponet nocere
ei: ⁊ concidam inimicos eius a facie
ipſius: ⁊ eos qui oderunt eū fugabo.
Et ueritas mea ⁊ miſericordia mea
cū ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabitur
cornu eius. Et ponā in mari manum
eius: ⁊ i fluminib⁹ dextrā eius. Ipſe
inuocabit me pater meus es tu deus
meus ⁊ ſuſceptor ſalutis mee. Et ego
primogenitū ponā illū excelſū apud
reges terre. In eternū ſeruabo illi mi-
ſericordiam meā: ⁊ teſtamentū meū
fidele ipſi. Et ponā in ſeculū ſeculi ſe-
men eius: ⁊ thronū eius ſicut dies ce-
li. Que omnia de domino ieſu intel-
ligūtur ſub nomine dauid: ꝓpter for-
mam ſerui quā de ſemine dauid idē
mediator dei aſſumpſit ex virgie. Cō-
tinuo etiā dicit̄ de peccatis filioꝝ ei⁹:
tale aliquid quale in regnorum libro
poſitū ē: ⁊ quaſi de ſalomone procli-
uius accipit̄. Ibi nāq; hoc ē i regnoꝝ
libro: ⁊ ſi uenerit inquit iniquitas: ei⁹
redarguā illum in virga uirorū ⁊ in
tactibus filiorum hominū: miſericor-
diam aūt meam nō amoueam ab eo.
Tactibus ſignificans plagas corre-
ctionis. vñ illud ē: ne tetigeritis chri-
ſtos meos. Quod q̄d ē aliud ꝙ̄ ne le-
ſeritis? In pſalmo uero cū ageret tāꝙ̄
de dauid: ut quiddā eiuſmodi etiā ibi
diceret: ſi dereliquerint inquit filij ei⁹
legem meā: ⁊ in iudicijs meis nō am-
bulauerint: ſi iuſtitias meas ꝓphana-
uerint: ⁊ mandata mea non cuſtodi-
erint: uiſitabo in uirga iniquitates
corum: ⁊ in flagellis delicta eorum:
miſericordiā autem meā nō diſpergā
ab eo. Non dixit ab eis cū loqueret̄
de filijs eius: nō de ipſo: ſʒ dixit ab eo
qð bene itellectū tandē ualet. Nō eīm
chriſti ipſius qð ē caput eccl'ie poſſēt
inueniri ulla peccata que opus eſſet
humanis correctionibus ſeruata mi-
ſericordia diuinitus coerceri: ſed i ei⁹
corpore ac mēbris qð populus ei⁹ ē.
Ideo in libro regnoꝝ iniquitas eius
dicit̄: in pſalmo aūt filioꝝ eius: ut in-
telligamus de ipſo dici quodāmō qð
de eius corpore dicit̄. Propter quod
etiā ipſe de celo cū corpus eius qð ſt
fideles eius pſequeret̄ ſaulus: ſaule
inquit ſaule q̄d me perſequeris? Deið
in cōſequentibus pſalmi neq; nocebo
inquit i ueritate mea: neq; ꝓphana-
bo teſtamentū meū: ⁊ que ꝓcedūt de
labijs meis nō reprobabo. Semel iu-
raui in ſancto meo ſi dauid mentiar:
id ē nequaꝙ̄ dauid mētiar. Solet eīm
ſic loq̄ ſcriptura. Quid aūt nō men-
tiatur: adiūgit ⁊ dicit: ſemē ei⁹ iēternū
manebit: ⁊ ſedes eius ſicut ſol i con-
ſpectu meo: ⁊ ſicut luna perfecta inet̄-
num: ⁊ teſtis in celo fidelis.

Quā diuerſa acta ſint i regno terre-
ne hieruſalē ab his q̄ ꝓmiſerat deus:
ut intelligeret̄ ꝓmiſſionis ueritas ad
alteri⁹ ɼgis ⁊ regni glām ꝑtinere. c. x.

p Oſt hec tāte ꝓmiſſionis uali-
diſſima firmamēta: ne putaret̄
in ſalomone cōpleta: tāꝙ̄ id ſperaret̄
nec iueniret̄: tu uero inq̄t repuliſti et
ad nihilū deduxiſti dñe. Hoc q̄ppe fa-
ctum ē de regno ſalomonis in poſte-
ris eius: uſq; ad euerſionē ipſius ter-
rene hieruſalē: q̄ regni eiuſdem ſedes
fuit: ⁊ maxime ipſi⁹ t̄pli labē qð fu-
erat a ſalomone ꝯſtructū. Sed ne ob
hoc putaret̄ de⁹ ꝯtra ſua ꝓmiſſa feciſ-
ſe: cōtinuo ſubiecit. Diſtuliſti chriſtū

tuū. Non ē ergo ille ſalomon: ſed nec ipſe dauid: ſed dilatus ē chriſtus dñi cum eīm chriſti dicerētur ōnes reges myſtico illo chriſmate cōſecrati non ſolū a rege dauid ⁊ deinceps: ſed ab illo etiā ſaule q̄ populo eidē rex primus ē vnctus. Ipſe q̄ppe dauid eum chriſtū domini appellat: erat tñ unus chriſtus uer⁹ cuius illi figurā ꝓphetica vnctione geſtabāt: qui ſm opinionem hominū q̄ eū putabāt in dauid uel in ſalomone intelligēdum differebatur in longū: ſecundū aūt diſpoſitionem dei uēturus ſuo tēpore parabatur. Interea dū ille differt᷑: quid factum ſit de regno terrene hieruſalem ubi ſperabat᷑ utiq̄ regnatur⁹: ſecutuſ iſte pſalmus adiūxit atq̄ ait Euertiſti teſtamentū ſerui tui: prophanaſti i terra ſanctitatē eius: deſtruxiſti ōnes macerias ei⁹: poſuiſti munitiones ei⁹ in formidinē. Diripuerūt eū omnes tranſeūtes uiam: factus ē opprobriū uicinis ſuis Exaltaſti dexterā inimicorū eius: iocūdaſti ōes īimicos eos. Aduertiſti adiutoriū gladij eius: ⁊ ñ es opitulat᷑ ei i bello. Diſſoluiſti eū ab emūdatione: ſedē eius i terra colliſiſti. Minuiſti dies ſedis ei⁹: pfudiſti eum in cōfuſione. Hec omnia uenerūt ſuper ancillā hieruſalē: in qua regnauerūt nōnulli etiā filij libere regnum illud tenētes i diſpēſatione tēporali: regnū aūt celeſtis hieruſalē cui⁹ erant filij in uera fide habentes: ⁊ in uero chriſto ſperātes. Quomodo aūt iſta uenerint ſuper illud regnum: iudex ē rerum geſtarum ſi legatur hiſtoria.

De ſubſtātia ppl'i ōi q̄ p ſucceſſiōe3 carnis ichriſto ē: q̄ ſol⁹ eruēdi animā ſuam ab inferis habuit poteſtatem cap. xi.

p Oſt hec aūt iſta ꝓphetata ad precandū deū ꝓpheta cōuertit᷑: ſed ⁊ ipſa precatio ꝓphetatio ē. Uſq̄ quo dñe auertis in finē ſubaudit᷑ faciem tuā: ſicut alibi dicit᷑ uſq̄quo auertis faciē tuā a me. Nam ideo q̄dā codices hic nō habēt auertis ſ3 auerteris: q̄q̄ poſſit intelligi auertis miſericordiam tuā quā ꝓmiſiſti dauid. Quod aūt dixit in finē: q̄d ē niſi uſq̄ in finē? Qui finis itelligendus ē ultimū tēpus: qñ in chriſtū ieſum ēt genſ illa ē creditura: ante quē finē illa fieri oportebat q̄ ſuperius erūnoſa defleuit: ꝓpter que ⁊ hic ſequit᷑: exardeſcet ſicut ignis ira tua: memēto que ē mea ſubſtātia. Nihil hic melius q̄ ipſe ieſus intelligit᷑ ſubſtantia populi eius: ex quo natura ē carnis eius. Non ei3 uane inq̄t cōſtituiſti omnes filios hominum: niſi eīm eſſet unus filius hominis ſubſtātia iſrael: per quē filium hominis liberarētur mlti filij hōiu3: uane utiq̄ cōſtituti eēnt ōes filij hominū. Nūc uero omnis quidē hūana natura per peccatū primi hominis in uanitatē de ueritate collapſa ē. ꝓpter q̄d dicit alius pſalmus. Homo uanitati ſimilis factus ē: dies eius uelut umbra pretereunt. Sed nō uane de⁹ cōſtituit ōes filios hominū: q2 ⁊ multos a uanitate liberat per mediatorē ieſum. Et quos liberādos nō eſſe preſciuit ad utilitatē liberandoru3: ⁊ cōparatiōe duarū inter ſe a contrario ciuitatū: nō utiq̄ uane i totius rationalis creature pulcherria atq̄ iuſtiſſima ordinatione cōſtituit. Deide ſequit᷑. Quis ē hō q̄ uiuet ⁊ nō uidebit mortē: eruet aiam ſuā de manu iferi? Quis ē iſte niſi de ſubſtātia illa iſrael ex ſemie dauid chriſtus ieſus: de quo dicit apoſtol⁹: q̄ ſurgēs a mortuis iā nō morit᷑: ⁊ mors ei ultra nō dñabit᷑? Sic eīm uiuit ⁊ nō uidebit mortē: ut tamē mortuus fuerit: ſed aiam ſuam eruerit de manu inferi: q2 ꝓpter quorundā ſoluēda peccatorum uicula ad

iferna deſcēderat. Eruit aūt poteſtate illa de qua in euāgelio dicit: poteſtatem habeo ponēdi animā meā: ⁊ poteſtatē habeo iterū ſumendi eam.

Ad quoꝝ pſonā ptinere intelligēda ſit flagitatio pmiſſorū: de quib⁹ in pſalmo dicit: ubi ſūt miē tue antique domine cap. xij.

S Ed cetera pſalmi huius q̄ ita ſe habēt: ubi ſūt miſerationes tue antiq̄ dñe: quas iuraſti dauid in ỽitate tua. Memor eſto dñe opprobrij ſeruoꝝ tuoꝝ: qđ cōtinui in ſinu meo multarū gentiū: qđ exprobauerūt inimici tui dñe: qđ exprobauerūt cōmutationē chriſti tui: utrū ex pſōa dċa ſint illoꝝ iſraelitarū q̄ deſiderabāt reddi ſibi pmiſſionē q̄ facta ē ad dauid: an poti⁹ ad chriſtianoꝝ q̄ non ſm carnē ſed ſm ſpūm ſunt iſraelite: merito queri pōt. Dicta ſūt q̄ppe iſta uł ſcripta tēpore quo fuit ethan: de cuius noīe titulū iſte pſalm⁹ accepit: ⁊ idē tēpus regni dauid fuit: ac p hoc nō diceret ubi ſunt miſerationes tue antique dñe quas iuraſti dauid in ueritate tua: niſi eoꝝ pſonā in ſe pphēta trāſfiguraret: q̄ longe poſtea futuri erāt: quib⁹ hoc tēpus eēt antiquū qñ regi dauid iſta pmiſſa ſūt. Poteſt aūt intelligi dictū hoc eē propter multas gētes: qñ chriſtianos pſequebātur pphetam exprobraſſe illis paſſionem chriſti: quā ſcriptura cōmutationem uocat: qm̄ moriēdo imortalis fact⁹ ē. Pōt ⁊ cōmutatio chriſti ſm hoc accipi exprobrata iſraelitis: qꝛ cū eorū ſperaret futur⁹ factus ē gentiū: ⁊ hoc eis nūc exprobrabāt multe gētes: que crediderūt in eū p teſtamētū nouum illis in uetuſtate manētibus: ut iō dicatur memēto dñe opprobrij ſuorū tuorū: quia nō eos obliuiſcēte ſed potius miſerante domino ⁊ ipſi p⁹ hoc opprobriū crediturí ſūt. Sed ille quē prius poſui cōuenientior ſenſus mihi uidet: inimicis eīm chriſti quib⁹ exprobrat q eos ad gētes tranſiēs reliquerit chriſtus: incōgrue uox iſta coaptatur memēto dñe opprobrij ſeruorū tuoꝝ. Non eīm ſerui dei nūcupandi ſūt tales iudei. Sꝫ eis ỽba iſta cōpetūt q̄ cū graues hūilitates perſecutionū p chriſti noīe paterēt: recordari potuerūt excelſum regnū ſemini dauid fuiſſe pmiſſū: ⁊ eius deſiderio dicere nō deſperādo ſed petēdo: querendo: pulſando: ubi ſūt miſericordie tue antique dñe: quas iuraſti dauid ī ueritate tua. Memēto dñe opprobrij ſeruoꝝ tuorū: qđ cōtinui ī ſinu meo multarū gentiū: hoc ē ī interioribus meis patiēter ptuli: q exprobrauerūt inimici tui domine: q exprobrauerūt cōmutationē chriſti tui: nō eā putantes cōmutationeꝫ ſed conſumationē. Quid eſt autem memento domine: niſi ut miſerearis: ⁊ pro tolerata patienter humilitate mea reddas celſitudinem quam iuraſti dauid in ueritate tua. Si autem iudeis aſſignem⁹ hec uerba: illi ſerui dei talia potuerūt dicere: qui expugnata terrena hieruſalem anteq̄ ieſus chriſtus hūanitus naſceret in captiuitatē ducti ſūt intelligentes cōmutationē chriſti: quia. ſ. nō p eum terrena carnaliſq; felicitas qualis paucis ānis regis ſalomonis apparuit: ſꝫ celeſtis eēt ac ſpūalis fideliter expectāda quā tunc ignorans infidelitas gentiū cū dei populū exultabat atq; inſultabat eē captiuū: q̄d aliud q̄ chriſti cōmutationē ſꝫ ſciētibus neſciens exprobrabat. Et iō qđ ſequit ubi pſalm⁹ iſte ꝯcludit: bñdictio dñi ineternum fiat fiat uniuerſo populo dei ad celeſtem hieruſaleꝫ ptinēti: ſiue ī illis q̄ latebāt in teſtamēto ueteri anteq̄ reuelaret nouū: ſiue in his q̄ iam teſtamēto nouo reuelato

mãifeſte ptinere cernũtur ad chriſtũ: ſatis cõgruit. Benedictio quippe dñi in ſemine dauid: nõ ad aliqđ tempus qual' dieb⁹ ſalomonis apparuit: ſed i eternũ ſperãda ẽ: i qua certiſſima ſpe dicit' fiat fiat. Illius eim ſpei ẽ cõfirmatio uerbi hui⁹ iteratio. Hoc ergo itelligẽs dauid ait i ſo regnoꝝ libro: vñ ad iſtũ pſalmũ digreſſi ſum⁹ ⁊ locutus es ꝑ domo ſerui tui in longinquũ. Jđ aũt p⁹ paululũ ait. Nunc incipe ⁊ benedic domũ ſerui tui uſqꝫ ieternũ ⁊ cetera: q: tũc genitur⁹ erat filiũ ex quo ꝓgenies eius duceretur ad chriſtũ p quẽ futura erat domus ei⁹ eterna: eadẽqꝫ dom⁹ dei. Domus eim dauid propt' genus dauid: dom⁹ aũt dei eadẽ ⁊ ipſa propt' tẽplũ dei: de hominibus factũ nõ de lapidib⁹: ubi habitet ineternũ pplꝰs cũ deo ⁊ in deo ſuo: ⁊ deus cũ pplo atqꝫ in pplo ſuo: ita ut deus ſit iplens pplum ſuum: ⁊ pplꝰs plenus deo ſuo: cum deus erit oĩa in omnibus ipſe in pace premiuꝫ qui uirtus i bello. Jdeo cũ in uerbis nathan dictum ſit: ⁊ enunciauit tibi dñs quoniã domũ edificabis ipſi: poſtea dictũ ẽ in uerbis dauid: quoniaꝫ tu dñs omnipotẽs deus iſrael reuelaſti aurẽ ſerui tui dicẽs: domũ edificabo tibi. Hanc eim domũ ⁊ nos edificamus bene uiuẽdo: ⁊ deus ut bñ uinam⁹ opitulãdo. Quia niſi dñs edificauerit domũ: in uanũ laborauerũt edificãtes eã. Cuius dom⁹ cũ uenerit ultia dedicatio: tũc fiet illud qđ hic p nathan locutus ẽ de⁹ dicẽs. Et ponã locũ pplo meo iſrael: ⁊ plãtabo illũ ⁊ inhabitabit ſeorſũ: ⁊ ñ ſollicit⁹ erit ultra: ⁊ nõ apponet fili⁹ inĝtatis humiliare eũ: ſicut ab ĩitio a dieb⁹ ĝbus conſtitui iudices ſuper populum meum iſrael.

An promiſſe pacis veritas illis tẽporibus poſſit aſcribi q̃ ſub ſalomõe fluxerunt. c. xiij.

rum dolorū:tanto fideliora teſtimōia
miſeriarū. Si enim uere uirtutes ſūt:
que niſi in eis quibus uera inē pietas
eſſe nō poſſūt:nō ſe profitentur hoc
poſſe:ut nullas miſerias homines pa
tiantur in quibus ſunt. Neque enim
mendaces ſunt uere uirtutes: ut hoc
profiteātur:ſed ut uita humana que
tot ⁊ tantis huius ſeculi maculis co/
gitur miſera:ſpe futuri ſeculi ſit beata
ſicut ⁊ ſalua. Quomodo eīm beata ē:
que nōdum ſalua eſt? Unde ⁊ apl'us
paulus nō de hominibus imprudēti/
bus: impatiētibus: intemperātibus :
⁊ iniquis: ſed ō his qui ſecundum ue
ram pietatem uiuerent:⁊ ideo uirtu/
tes quas habent ueras haberent ait.
Spe eīm ſalui facti ſumus. Spes aūt
que uidetur nō eſt ſpes. Quod enim
ꝗs uidet:quid ſperat? Si aūt quod ñ
uidemus ſperamus : per patientiam
expectamus. Sicut ergo ſpe ſalui:ita
ſpe beati facti ſumus:⁊ ſicut ſalutē:
ita beatitudinem non iam tenemus
preſentem ſed expectamus futuram:
⁊ hoc per patientiam: quia in malis
ſumus que patienter tolerare debe/
mus:donec ad illa ueniamus bona:
ubi omnia erunt quibus ineffabiliter
delectemur:nihil erit autem quod iā
tolerare debeamus. Talis ſalus que
in futuro ſeculo erit:ipſa erit etiā fina
lis beatitudo. Quam beatitudinē ipi
philoſophi quoniam nō uidentes no
lunt credere:hic ſibi conantur falſiſſi/
mam fabricare quāto ſuperbiore tā/
to mendaciore uirtute.

De ſociali uita:que cū maxime ex
petenda ſit multis offenſionibus ſepe
ſubuertitur. c. v.

q Uod autem ſocialem uitam eē
uolūt ſapientes:nos multo am
plius approbamus. Nam vnde iſta
dei ciuitas de qua huius operis ecce
iam vnde nonumdecimum librū uer/
ſamus in manibus : uel inchoaretur
exortu: uel progrederetur excurſu:
uel debitos apprehēderet fines: ſi nō
eēt ſocialis uita ſanctorū? Sed i hui⁹
mortalitatis erumna:quot ⁊ quātis
abundet malis humana ſocietas ꝗs
enumerare ualeat? Quis exiſtimare
ſufficiat? Audiāt apud amicos ſuos:
hominē cum ſenſu atqꝫ cōſenſu om/
nium hominū dicere:duxi uxorē:quā
ibi miſeriam uidi:nati filij alia cura.
Quid itidem illa que in amore uitia
cōmemorat idē terētius:iiurie: ſuſpi/
tiones īimicitie:bellum: pax rurſum.
Nōne res hūanas ubiqꝫ īpleuerīt? Nō
ne hec ⁊ in amicorū honeſtis amori/
bus plerunque contingunt? Nonne
his uſquequaque plene ſunt res hu/
mane:ubi iniurias:ſuſpitiones inimi/
citias:bellum certa mala ſentimus:
pacem uero incertum bonū: quoniā
corda eorum cum quibus eam tene/
re uolum⁹ ignoram⁹:⁊ ſi hodie noſſe

poſſemus:qualia cras futura eſſent utiq; neſciremus? Qui porro inter ſe amicitiores ſolent eſſe uel debent: q̃ qui una domo continentur? Et tamẽ quis inde ſecurus eſt:cum tanta ſepe mala ex eorum occultis inſidiis extiterint:tanto amariora quãto dulcior pax fuit:que uera putata eſt cum aſtutiſſime fingeretur? Propter quod omnium pectora ſic attingit:ut cogat in gemitum: quod ait tullius. Nulle ſunt occultiores inſidie: q̃ he que latent in ſimulatione officii: aut in aliquo neceſſitudinis nomine. Nam cũ qui palam eſt aduerſarius facile cauendo uitare poſſis: hoc uero occultum:inteſtinum ac domeſticũ malũ: nõ ſolum extitit:uerum etiam opprimit antequam proſpicere atq; explorare potueris. Propter qd̃ diuina uox illa:⁊ inimici hominis domeſtici eius cum magno dolore cordis auditur: quia ⁊ ſi quiſque tam fortis ſit ut equo animo perferat: uel tam uigilãs ut prouido cõſilio caueat:que aduerſus eum molitur amicitia ſimulata: eorum tamen hominum perfidorum mala cum eos eſſe peſſimos experit᷑: ſi ipſe bonus ẽ grauiter excrucie᷑ neceſſe ẽ:ſiue ſemꝑ mali fuerint ⁊ ſe bonos finxerint:ſiue i iſtã malitiã ex bonitate mutati ſint. Si ergo domꝰ cõmune perfugiũ in his malis humani generis tuta nõ ẽ.quid ciuitas: q̃ q̃to maior ẽ tanto forũ eius litibus ciuilibus ⁊ criminalibꝰ plenius etiam ſi quieſcant nõ ſolum turbulẽte:uerum etiam ſepius ⁊ cruente ſeditiones et bella ciuilia:a quorum euentibuſ ſũt aliq̃n libere ciuitates : a piculis nũq̃?

De errore humanoꝝ iudicioꝝ cũ ueritas latet.c.vi.

q Uid ipſa iudicia hominum de hoibus:que ciuitatibus etiam in q̃talibet pace manẽtibus deeſſe nõ poſſunt:qualia putamꝰ eẽ q̃miſera: q̃ dolẽda quãdo quidẽ hi iudicãt:qui cõſcientias eorũ de quibus iudicant cernere nequeũt? Unde ſepe cogũtur tormẽtis innocẽtiũ teſtiũ ad alienam cauſam pertinentẽ querere ueritatẽ. Quid cum in ſua cauſa quiſq; torquetur ⁊ cũ querit᷑ utrũ ſit nocens: cruciat᷑ ⁊ inocens:luit ꝓ incerto ſcelẽ certiſſimas penas:nõ quia illud commiſiſſe detegitur:ſed quia nõ cõmiſiſſe neſcitur? Ac per hoc ignorãtia iudicis plerũq; ẽ calamitas innocentis. Sed quod intolerabilius ẽ magiſque plangendũ:rigandũq; ſi fieri poſſet fontibus lachrymarũ:cuꝫ propterea iudex torqueat accuſatum:ne occidat neſciens innocentẽ:fit per ignorantie miſeriã ut ⁊ tortum ⁊ innocẽtem occidat:quem ne innocentem occideret torſerat. Si enim ſecundum iſtorum ſapientiã delegerit ex hac uita fugẽ: q̃ diutius illa ſuſtinere tormenta: qd̃ nõ cõmiſit cõmiſiſſe ſe dicit. Quo dãnato ⁊ occiſo:utrum nocentem an innocentem iudex occiderit adhuc neſcit:quem ne innocentem neſciẽs occideret torſit:ac per hoc inocentẽ ⁊ ut ſciret torſit ⁊ dum neſciret occidit. In his tenebris uite ſocialis ſedebit iudex ille ſapiẽs:an nõ audebit? Sedebit ille plane. Conſtringit eim cũ ⁊ ad hoc officiũ pertrahit humana ſocietas:quã deſerere nefas ducit. Hoc eiꝫ nefas eẽ nõ ducit:q᷑ teſtes inocẽtes in cauſis torquẽtur alienis:q᷑ hi qui arguuntur ui doloris plerũq; ſuperati ⁊ de ſe falſa cõfeſſi etiam puniũtur innocentes: cum iam torti fuerint innocentes. Quod ⁊ſi non morte puniantur:i ipſis ul᷑ ex ipſis tormẽtis plerũq; moriũtur. Quod aliq̃n ⁊ ipſi q̃ arguũt humane ſocietati fortaſſe ne crimina impunita ſint ꝓdeſſe cupientes:⁊ mentiẽtibus teſtibus reoq; ipſo

contra torměta durante immanit̃ nec fatente: probare quod obijciũt nõ valentes quamuis uera obiecerint: a iudice neſciẽte dãnatur. Hec tot ⁊ tanta mala deputat eſſe peccata. Nõ eĩm hec fecit ſapiens iudex uoluntate nocendi: ſed neceſſitate neſciendi: ⁊ tamẽ quia cogit humana ſocietas iudicãdi etiam neceſſitate. Hec ẽ ergo quã dicimus miſeria certe hominis: ⁊ ſi nõ malitia ſapientis. An uero neceſſitate neſciẽdi atque iudicandi torquet iſontes: punit iſontes: ⁊ parũ ẽ illi ꝙ nõ ẽ reus: ſi nõ ſit inſuper ⁊ beatus? Quãto conſideratius ⁊ homie dignius ⁊ hominem agnoſcit in iſta neceſſitate eamque miſeriam in ſe odit: ⁊ ſi pie ſapit clamat ad deum: de neceſſitatibꝰ meis erue me.

De diuerſitate linguarũ qua ſocietas hominũ dirimit̃: ⁊ de miſeria bellorum etiã que iuſta dicũtur. c. vij.

P Oſt ciuitatẽ uel urbem ſequit̃ orbis terre: in quo tertium gradum ponũt ſocietatis humane: incipientes a domo atque inde ad urbẽ: deinde ad orbem terre progrediendo uenientes. Qui utiqȝ ſicut aquarũ cõgeries quãto maior ẽ tanto periculis plenior. In quo primũ linguaruȝ diuerſitas hominem alienat ab homie. Nam ſi duo ſibimet inuicem fiãt obuiam: neqȝ preterire ſed ſimul eẽ aliqua neceſſitate cogãtur: quoꝝ neuter nouit linguã alterꝰ: faciliꝰ ſibi animalia muta ẽt diuerſi generis: ꝙ cũ illi ſint hoies ambo ſociant̃. Quãdo eĩm que ſentiũt iter ſe cõmunicare nõ poſſunt ꝓpter ſolam linguarum diuerſitateȝ: nihil ꝓdeſt ad ſociãdos homines tãta ſimilitudo nature: ita ut libẽtiuſ hõ ſit cum cane ſuo: ꝙ cũ homine alieo. At eĩm opera data ẽ ut imperioſa ciuitas: nõ ſolum iugum uerum etiam linguam ſuam domitis gentibus per pacem ſocietatis imponeret: per quã nõ deeſſet imo ⁊ abũdaret etiam iterpretum copia. Uerum ẽ. Sed hoc ꝙ multis ⁊ ꝙ grandibus bellis: quanta ſtrage hominum: quãta effuſiõe humani ſanguinis comparatũ ẽ? Quibus tranſactis: nõ ẽ tamẽ eorundem malorũ finita miſeria. Quãuis eĩm nõ defuerint neque hoſtes deſint extere nationes: cõtra quas ſemꝑ bella geſta ſunt ⁊ gerũtur: tñ etiaȝ ipſa imperij latitudo peperit peioris generis bella: ſocialia ſcilicet atque ciuilia: q̃bus miſerabilius quatitur genuſ humanũ: ſiue cum belligeratur ut aliqñ conquieſcãt: ſiue cum timet̃ ne rurſuſ exurgant. Quorum malorũ multas ⁊ multiplices clades: duras ⁊ diras neceſſitates: ſi ut dignũ ẽ eloqui uelĩ: quanꝙ nequaquã ſicut res poſtulat poſſim: quis erit prolixe diſputatiõis modus? Sed ſapiens inquiunt iuſta bella geſturus ẽ. Quaſi nõ ſe hominẽ meminit: multo magis dolebit iuſtorum neceſſitates ſibi extitiſſe belloꝝ: quia niſi iuſta eſſent: ei gerẽda ñ eẽnt. Ac per hoc ſapiẽti nulla bella eſſent. Iniquitas eĩm partis aduerſe iuſta bella ingerit gerẽda ſapiẽti: q̃ iniqtas homini utiqȝ ẽ dolẽda quia hominũ ẽ: ⁊ ſi nulla ex ea bellãdi neceſſitas naſceretur. Hec itaqȝ mala tam magna: tam horrẽda: tam ſeua: quiſquis cuȝ dolore cõſiderat: miſeriã neceſſe ẽ fateatur. Quiſquis autẽ l' patit̃ ea ſine animi dolore uel cogitat: multo utique miſerius ideo ſe putat beatũ q̃a ⁊ humanũ perdidit ſenſum.

De amicitia bonorum ſecura eſſe nõ poſſit: dũ a periculis q̃ in hac vita ſunt trepidare neceſſe ẽ cap. viij.

S I aũt nõ cõtingat quedã ignorantia ſimilis dementie: q̃ tamen

in huius vite miſera cōditione ſepe ꝯtingit:ut credatᷣ uł amicus eē q̄ īimicus ē:uł īimicus q̄ amicus ē: q̄d nos cōſolatᷣ ī hac humana ſocietate erroribus erūniſq; pleniſſima:niſi fides ñ ficta:ꝛ mutua dilectio veroꝝ bonorū q; amicorū quos q̄to plures ꝛ ī pluribus locis habemus: tāto longiꝰ latiuſq; metuimus:ne quid eis cōtigat mali de tātis maloꝝ aggeribꝰ huius ſeculi. Non eīm tantummodo ſoliciti ſumus ne fame:ne bellis: ne morbis: ne captiuitatibꝰ affligātur:ne in eadē ſeruitute talia patiātur:qualia nec cogitare ſufficimus:uerū etiā ubi timor multo amarior ē:ne in pfidiā malitiam:nequitiāq; mutentur. Et qñ iſta cōtingūt:tanto utique plura q̄to illi ſunt plures:ꝛ ī pluribus locis:ꝛ ī noſtram notitiā proferūtur quibus cor noſtrū flagris uratur:quis poteſt niſi qui talia ſentit aduertere. Mortuos q̄ppe mallemus audire:quāuis ꝛ hoc ſine dolore audire nō poſſemꝰ. Quorum eīm nos uita ꝑpter amicitie ſocialis ſolacia delectabat vnō fieri pōt ut eorum mors nobis nullā ingerat meſtitudinē. Quā qui prohibet:ꝓhibeat ſi poteſt amica colloquia: interdicat amicabilem ſocietatē uel intercidat affectū omnium humanarū neceſſitudinum:uinculam mētis īmitis immiti ſtupore dirūpat:aut ſic eis utendū cenſeat:ut nulla ex eis animū dulcedo perfūdat. Quod ſi fieri nullo modo pōt:etiā hoc quo pacto futurū ē ut eius nobis amara mors ñ ſit:cuius dulcis ē uita. Hinc ē eīm et luctus quidā in humano corde quaſi uulnus aut ulcus:cui ſanādo adhibentur officioſe cōſolationes. Nō eiꝫ ꝓpterea nō ē quod ſanetᷣ:qm̄ quanto ē animus melior: tāto in eo facilius citiuſq; ſanatur. Cum igitur etiā de cariſſimoꝝ mortibus:maxime quoꝝ ſunt humane ſocietati officia neceſſaria nūc mitius nūc aſperius affligatᷣ uita mortaliū:tñ eos mortuos quos diligimus:q̄ uel a fide uel a bonis moribꝰ lapſos:hoc ē in ipſa anima mortuos audire ſeu uidere mallemꝰ. Qua īgēti materia maloꝝ plena eſt terra:propter quod ſcriptū ē Nunq̄d nō tentatio ē uita humana ſuper terram. Et propter quod ipſe dominus ait:ue mūdo a ſcandalis. Et iterum. Quoniam abūdauit inquit iniq̄tas refrigeſcet caritas multoꝝ. Ex quo fit ut bonis amicis mortuis gratulemur:ꝛ tamē mors eoꝝ nō cōtriſtet: ipſa nos certius cōſoletur: quoniam malis caruerūt quibꝰ ī hac vita etiaꝫ boni hoīes uł cōteruntur:uel deprauantur:uł in vtroq; periclitātur.

De amicitia angeloꝝ q̄ homini in hoc mūdo nō pōt eē manifeſta ꝑpter fallaciā demonū:ī quos īciderūt qui mł'tos ſibi ðos colēdoſ putauerūt.c.ix.

i N ſocietate uero ſanctoꝝ āgelorum:quā philoſophi illi qui nobis deos eē amicos uoluerūt quarto cōſtituerūt loco:velut ad munduꝫ veniētes ab orbe terrarū: ut ſic quodammodo cōplecterētur ꝛ celū nullo modo quidē metuimus:ne tales amici uł morte nos ſua uł deprauatione contriſtēt. Sed quia nobis nō ea qua homines familiaritate miſcentur: qđ etiā ipſum ad erumnas ptinet huius vite:ꝛ aliquādo ſathanas ſicut legimus transfigurat ſe in angelum luciſ ad tentandos eos quos ita uel erudiri opus ē:uł decipi iuſtum eſt:magna dei miſericordia neceſſaria ē: ne quiſquam cum bonos angelos amicos ſe habere putat:habeat malos demōes amicos fictos:eoſq; tāto nocētiores: quāto aſtutiores ac fallacioreſ patiatᷣ īimicos. Et cui magna dei miſericordia iſta ē neceſſaria niſi magne hūane

miſerie:que ignorātia tāta premtur: ut facile iſtoꝝ ſimulatione fallat. Et illos quidē philoſophos i impia ciuitate qui deos ſibi amicos eē dixerunt i demones malignos incidiſſe certiſſimū ē:quib⁹ tota ipſa ciuitas ſubdit eternū cum eis habitura ſuppliciuȝ. Ex eoꝝ q̄ppe ſacris uł potius ſacrilegijs:quib⁹ eos colendos:⁊ ex ludis immūdiſſimis ubi eoꝝ crimina celebrātur:quibus eos placādos putauerunt:eiſdem ipſis auctorib⁹ ⁊ exactoribus taliū tantorūq; dedecoꝝ: ſatis ab eis q̄ colātur apertum eſt.

Qui fructus ſāctis de ſupata hui⁹ uite tentatiōe pariatur.c.x.

ſ Ed neque ſancti ⁊ fideles uni⁹ ueri dei ſummiq; cultores ab eorum fallacijs ⁊ multiformi tētatiōe ſecuri ſūt. In hoc eim loco infirmitatis ⁊ diebus malignis etiā iſta ſolicitudo nō ē inutilis:ut illa ſecuritas ubi pax pleniſſima atque certiſſima eſt deſiderio feruētiore querat. Ibi erūt eim nature munera:hoc ē que nature noſtre ab omniū naturaruȝ creatore donātur:nō ſolū bona uerū etiā ſempiterna:nō ſolū in animo qui ſanabit per ſapientiā:uerum etiam i corpore quod reſurrectione renouabitur. Ibi uirtutes nō contra ulla uitia uel mala quecunque certātes: ſed habentes uictorie premiū eternam pacem: quā nullus aduerſarius inquietet. Ipſa ē eim beatitudo finalis:ipſa perfectioiſ finis:qui conſumentem finem nō habet. Hic autem dicimur beati: quādo pacem habemus:quantulacunq; hic haberi poteſt in vita bona. Sed hec beatitudo illi quam finalem dicimus beatitudini comparata: prorſus miſeria reperitur.

De beatitudie pacis etne i qua ſāctis finis ē id ē uera pfectio.c.xi.

h Anc ergo pacē qualis hic pōt eē:mortales hoīes i reb⁹ mortalibus qn̄ habemus: ſi uiuim⁹ recte bonis eius recte utit virtus: qn̄ uero eam nō habemus.etiā malis que hō patitur bene utitur uirtus. Sed tūc ē uera uirtus:quādo ⁊ omnia bona q̄bus utitur bene:⁊ quicq̄d i bono uſu bonoꝝ ⁊ maloruȝ facit: ⁊ ſeipſam ad eum finem refert:ubi nobis talis ⁊ tāta pax erit:qua melior ⁊ maior eē nō poſſit. Quapropter poſſumus dicere fines bonorū noſtrorum eſſe pacem: ſicut eternam diximus uitam:preſertim quia ipſi ciuitati dei de qua nobis eſt iſta operoſiſſima diſputatio: i ſancto dicitur pſalmo. Lauda hieruſalem dn̄m:lauda deum tuum ſion. Quoniam confortauit ſeras portaꝝ tuarū:benedixit filios tuos i te. Qui poſuit fines tuos pacem. Quoniam confirmate fuerūt ſere portarum ei⁹: iam in illam nullus intrabit: nec ab illa ullus exibit. Ac per hoc fines eiuſ eam debemus hic intelligere pacem: quā uolumus demonſtrare finalem. Nam ⁊ ipſius ciuitatis myſticuȝ nomen id ē hieruſalem:quod ut ante iā diximus uiſio pacis interpretat. Sed qm̄ pacis nomen etiam in his rebus mortalibus frequētatur:ubi utiq; nō ē uita eterna:propterea finē ciuitatis huius ubi erit eius ſummū bonum eternam uitam maluimus cōmemorare q̄ pacē. De quo fine apl's ait. Nūc uero a peccato liberati:ſui aūt facti: deo habetis fructum veſtrum in ſanctificationem:finem uero vitam eternam. Sed rurſus quia vita eterna ab eis qui familiaritatem nō habent cū ſcripturis ſanctis:poteſt etiam accipi malorum uita: uel etiam ſecundum quoſdam philoſophos propter anime immortalitatem:uel etiā ſecundū

fidem noſtrã ꝓpter penas interminabiles impioꝝ:qui utiqꝫ ineternũ cruciari nõ poterũt: niſi etiam uixerint ineternũ:profecto finis ciuitatis hui⁹ in quo ſummũ bonum habebit: uel pax in uita eterna:uel uita eterna in pace dicẽdus ẽ:ut ab omnibus facili⁹ poſſit itelligi. Tantum ẽ enim pacis bonũ:ut etiam in rebus terrenis atqꝫ mortalib⁹ nihil grati⁹ ſoleat audiri: nihil deſiderabilius concupiſci: nihil poſtremo poſſit melius inueniri. De quo ſi aliquãto diutius loqui uoluerimus:nõ erimus qunatum arbitror oneroſi legẽtibus:⁊ propter finẽ ciuitatis huius de qua nobis ſermo ẽ: et ꝓpter ipſam dulcedinẽ pacis que omnibus eſt cara.

Quod ẽt bellantiũ ſeuitia õneſqꝫ hoĩum inquietudines ad pacis finem cupiãt peruenire ſine cuius appetitu nulla natura ſit.c.xij.

q Uod eĩm quiſqꝫ mecũ res humanas naturãqꝫ cõmunẽ utcũque intueť:agnoſcit. Sicut eĩm nemo ẽ qui gaudere nolit:ita nemo ẽ q̃ pacem habere nolit. Quandoquidem ⁊ ipſi qui bella uolunt nihil aliud q̃ uincere uolũt:ad glorioſaꝫ ergo pacẽ bellando cupiũt peruenire. Nam q̃d aliud ẽ uictoria:niſi ſubiectio repugnantium? Quod cum fuerit pax erit. Pacis ergo intẽtione geruntur bella ab his etiam qui uirtutem bellicam ſtudent exercere imperãdo atqꝫ pugnando. Unde pacem conſtat belli eſſe optabilem finem. Omnis eniꝫ homo etiam belligerando pacem requirit: nemo autem bellum pacificãdo. Naꝫ ⁊ illi qui pacem in qua ſunt perturbari uolũt:nõ pacem oderũt:ſed eã pro arbitrio ſuo cupiunt cõmutari. Non ergo ut ſit pax nolũt:ſed ut ea ſit quã uolunt. Deniqꝫ ⁊ſi per ſeditionem ſe ab aliĳs ſeparauerint:cũ eis ipſis cõſpiratis uł coniuratis ſuis niſi qualẽcũqꝫ pacis ſpeciẽ teneãt:nõ efficiũt qð intendunt. Proinde latrones ipſi ut uehemẽtius ⁊ tutius infeſti ſint paci ceterorũ:pacem uolunt habere ſociorum. Sed ⁊ſi unus ſit tam prepollẽs uiribus ⁊ conſcios ita cauens ut nulli ſocio ſe cõmittat:ſoluſqꝫ inſidians ⁊ preualens quibus potuerit oppꝛeſſis ⁊ extinctis predas agat cum eis certe quos occidere nõ poteſt:⁊ quos uult latere quod facit:qualencunque umbram pacis tenet. In domo autẽ ſua cũ uxore cum filĳs ⁊ ſi quos alios illic habet ſtudet profecto eẽ pacatus: eis quippe ad nutũ obtemperãtibus ſine dubio delectatur. Nam ⁊ſi non fiat idignať:corripit:uidicat: ⁊ dom⁹ ſue pacẽ ſi ita neceſſe ſit etiam ſeuiendo cõponit:quam ſentit eẽ nõ poſſe: niſi cuidam principio quod ipſe ĩ domo ſua eſt: cetera in eadem domeſtica ſocietate ſubiecta ſint:ideoqꝫ ſi offerretur ei ſeruitus pluriũ:uel ciuitatis uel gentis:ita ut ſic ei ſeruirẽt quẽadmodum ſibi domi ſue ſeruire uolebat:nõ ſe iam latronem latebriſ cõderet:ſed regem conſpicuũ ſublunaret:cum eadem in illo cupiditaſ ⁊ malitia permaneret. Pacẽ itaque cũ ſuis omnes habere cupiũt:quos ad ſuum arbitrium uolũt viuere. Nam ⁊ cum quibus bellum gerunt:ſuos facere ſi poſſunt uolũt:eiſque ſubiectis leges ſue pacis imponere. Sed faciamus aliquem qualem canit poetica ⁊ fabuloſa narratio. Quem fortaſſe ꝓpter ipſam inſociabilẽ feritatem ſemihominem q̃ homineꝫ dicere maluerũt. Quãuis ergo huius regnuꝫ dire ſpelunce fuerit ſolitudo : tãqꝫ malitia fuerit ſingularis:vt ex hac ei nomen ſit inuentũ:nam malus grece cacos dicitur:quod ille uocabatur ut nulla cõiunx ei blãde ferret referretqꝫ ſmonẽ

nullis filijs uł alluderet paruulis:uel
grādiuſculis imperaret: nullo amici
colloquio frueret̃:nec uulcani patriſ:
quo uł huic tantū nō parum felicior
fuit:quia tale monſtrū ipſe nō genu-
it:nihil cuiꝗ̃ daret: ſed a quo poſſet
quicquid uellet ⁊ quantum ⁊ quādo
poſſet:⁊ quantum uellet auferret. Ta
men in ipſa ſua ſpelunca ſolitaria:cu-
ius ut deſcribitur ſemper recēti cede
tepebat humus:nihil aliud ꝙ̃ pacem
uolebat in qua nemo illi moleſtus eēt
nec eius quietē uis ullius terrorque
turbaret. Cum corpore ſuo denique
pacem habere cupiebat:⁊ quantū ha
bebat:tantū illi bene erat. Quādoq́-
dem mēbris obtemperātibus īpera-
bat:⁊ ut ſuā mortalitatē aduerſuꝫ ſe
ex indigētia rebellātem: ac ſeditioneꝫ
famis ad diſſoluendā atqꝫ excludēdā
de corpore animā concitantē:quanta
poſſet feſtinatione pacaret: rapiebat:
necabat:uorabat:⁊ quāuis immanis
ac ferus paci tamē ſue uite ac ſalutis
īmaniter ac ferociter cōſulebat. Ac ꝑ
hoc ſi pacem quā in ſua ſpelūca atqꝫ
in ſeipſo habere ſatagebat:cum alijs
etiam habere uellet:nec malꝰ:nec mō-
ſtrum:nec ſemihomo uocaret̃. Aut ſi
eius corporis forma ⁊ atrorū igniuꝫ
uomitus ab eo deterrebat hominum
ſocietatē:forte nō nocēdi cupiditate
ſꝫ uiuēdi neceſſitate ſeuiebat. Uerum
iſte nō fuerit:uł quod magis credēdū
ē talis nō fuerit:qualis uanitate poe-
tica deſcribit̃. Niſi eīm nimis accuſa-
ret̃ cacus:parū hercules laudaretur.
Talis ergo hō ſiue ſemihomo meliꝰ
ut dixi credit̃ nō fuiſſe:ſicͭ mala figm̄-
ta poetarū. Ipſe eiꝫ fere ſeuiſſime vn̄
ille partē habuit feritatis: nā ⁊ ſemi-
ferus dictus ē:genus ꝓpriū quadam
pace cuſtodiūt coeundo:gignēdo: pa-
riendo:fetus fouēdo atqꝫ nutriendo:
cum ſint plereqꝫ inſociabiles ⁊ ſoliua
ge. Non ſcilicet ut oues:ceruí: colūbe
ſturni:apes:ſed ut leones:uulpes:aq̄-
le:noctue. Que eīm tigris nō filijſ ſu-
is mitis immurmurat:⁊ pacata feri-
tate blanditur? Quis miluus quan-
tumlibet ſolitarius rapinis circum-
uolet:nō coniugiū copulat:nidū con-
gerit:oua confouet:pullos alit:⁊ qua
ſi cū ſua matrefamilias ſocietateꝫ do-
meſticam quanta poteſt pace cōſeruat?
Quanto magis homo fertur quodā
modo nature ſue legibus ad ineundā
ſocietatem pacemqꝫ cum hominibus
quantum in ipſo eſt omnibus obti-
nendam:cum etiam mali pro pace ſu
orum belligerent: omneſque ſi poſſēt
ſuos facere uelint:ut uni cuncti ⁊ cūc
ta deſeruiant:quo pacto niſi ut in eis
pacem uel amando uel timendo con-
ſentiant? Sic enim ſuperbia peruerſe
deum imitatur. Deum nanqꝫ odit:cū
ſuis ſocijs nō equalitatem ſub illo: ſꝫ
imponere uult ſocijs dominationem
ſuā pro illo. Odit ergo iuſtam paceꝫ
dei:⁊ amat iniquā paceꝫ ſuā. Non a-
mare tamē qualencūqꝫ pacem nullo-
modo poteſt. Nullū ꝗppe uitium ita
contra naturā ē:ꝙ̃ ut nature deleat
etiā extrema ueſtigia. Itaqꝫ pacē ini-
quorum in pacis cōparatione iuſto-
rum:ille uidet nec pacem eſſe dicendā
qui nouit p̄ponere recta prauis ⁊ or-
dinata peruerſis. Quod aūt etiam eſt
peruerſū:hoc neceſſe ē ut in aliqua et
ex aliqua ⁊ cum aliqua rerum parte
pacatum ſit:in quibꝰ ē uel ex quibus
cōſtat. Alioquin nihil eſſet omnino.
Uelut ſi quiſpiā capite deorſum pen-
deat:peruerſus ē utique ſituſ corpōiſ
⁊ ordo mēbrorum:quia id qͦ deſuꝑ
eſſe natura poſtulat:ſubtus eſt: ⁊ qͦ
illa ſubter uult eſſe deſuper factum ē.
Conturbabit carnis pacem iſta per-
uerſitas:⁊ ideo eſt moleſta. Ueruntã-
men anima corpori ſuo pacata eſt: et
pro eius ſalute ſatagit:⁊ ideo ē q̄ do-
leat. Que ſi moleſtijs eius excluſa

diſceſſerit:ꝙdiu manet cōpago membrorum nō ē ſine quadā partiū pace quod remanet. Et ideo adhuc eſt qui pēdeat:⁊ ꝙ terrenum corpus ī terraȝ nititur:⁊ uinculo quo ſuſpenſum eſt renititur:in ſue pacis ordinē tendit: ⁊ locum que requieſcat quodāmodo ponderis uoce poſcit:iamque exanime ſine ullo ſenſu:a pace tamen naturali ſue ordinis nō recedit:uł cū tenet eam:uel cum fertur ad eā. Si eīm adhibeantur medicamēta atqꝫ curatio: que formā cadaueris diſſolui dilabiqꝫ nō ſinat:adhuc pax quedā partes partibus iūgit:totamqꝫ moleȝ applicat terreno ⁊ conuenienti: ac per hoc loco pacato. Si autem nulla adhibetur cura condiēdi:ſȝ natuarali curſu relinquat᷑: tandiu quaſi tumulatur diſſidētibus exhalationibus:⁊ noſtro incōuenientibus ſenſu:id eīm ē qꝺ in putore ſentit᷑:donec mūdi conueniat elemētis:⁊ in eorum pacem particulatim paulatiȝqꝫ diſcedat. Nullo mō tamē inde aliquid legibꝰ ſummi illiꝰ creatoris ordinatoriſqꝫ ſubtrahitur: a quo pax uniuerſitatis admiſtratur. Quia ⁊ ſi de cadauere maioris animantis aīalia minuta naſcātur: eadē lege creatoris queqꝫ corpuſcula ī ſalutis pace ſuis animalibꝰ ſeruiūt. Et ſi mortuoꝝ carnes ab alijs aīalibꝰ deuorentur:eaſdē leges ꝑ cūcta diffuſas ad ſalutē generis cuiuſqꝫ mortalium cōgrua cōgruis pacificātes: quaquauerſum trahātur:⁊ rebus quibuſcūque iūgātur:⁊ in res quaſlibet cōuertantur ⁊ cōmutētur inueniūt.

De pace uniuerſali:q̄ iter quaſlibȝ ꝑturbatiōes ꝑuari n̄ pōt lege nat᷑e:dū ſb̄ iuſto iudice ad id q̄ſqꝫ ꝑueīt ordinatione:qꝺ meruit uolūtate.c.xiij.

p Ax itaqꝫ corporis ē ordinata tēperatura partiū. Pax aīe irrationalis ordinata reqēs appetitionū. Pax aīe rationalis ordinata cognitionis actiōiſqꝫ cōſenſio. Pax corporis ⁊ aīe:ordinata uita ⁊ ſalus animantis. Pax hoīs mortalis ē dei immortalis ordinata ī fide ſub eterna lege obediētia. Pax hominū ordinata cōcordia. Pax domus ordinata imperādi atqꝫ obediēdi cōcordia cohabitantiū. Pax ciuitatis ordinata iperandi obediēdiqꝫ ꝯcordia ciuiū. Pax celeſtis ciuitatis ordinatiſſima ⁊ concordiſſia ſocietas fruēdi deo ⁊ īuiceȝ uidēdi deū. Pax ōium reꝝ trāquillitas ordinis. Ordo ē pariū diſpariuȝ que rerū ſua cuiqꝫ loca diſtribuens diſpoſitio. Proinde miſeri in quantū miſeri utiqꝫ ī pace nō ſūt. Trāquillitate quidē ordinis carēt:ubi ꝑturbatio nulla ē. Uerūtamē quia merito iuſteque miſeri ſūt:in ea quoque ipſa ſua miſeria preter ordinē eſſe nō poſſunt nō quidem coniūcti beatis:ſed ab eis tamen ordinis lege ſeiuncti. Qui cuȝ ſine perturbatione nō ſint:rebus quibus ſunt quātacūqꝫ congruentia coaptant᷑. Ac per hoc ē in eis ordinis n̄ nulla trāquillitas:inē ergo nonnulla pax. Uerū ideo miſeri ſūt:quia ⁊ ſi in aliqua ſecuritate nō dolent:nō tamen ibi ſunt ubi ſecuri eſſe ac dolere n̄ debeant. Miſeriores autem ſi pax eis cū ipſa lege nō eſt:qua naturalis ordo adminiſtratur. Cum aūt dolēt ex qua parte dolent pacis ꝑturbatio fc̄a ē:nulla uero adhuc pax ē in qua nec dolor urit:nec cōpago ipſa diſſoluit᷑. Sicut ergo ē quedam uita ſine dolore:dolor autē ſine aliqua uita eſſe nō poteſt:ſic ē quedam pax ſine ullo bello:bellum uero ſine aliqua pace eſſe non poteſt:non ſecunduȝ id quod bellum eſt:ſed ſecundum id quod ab eis uel in eis geritur: que alique nature ſunt:quod nullo modo eſſent ſi non qualicūqꝫ pace ſubſiſterēt. Quapropt̄

natura ē i qua nullū malū ē:uel etiaꝫ in qua nullū malū eſſe pōt. Eſſe autē natura in qua nullū bonū ſit nō pōt. Proinde nec ipſius diaboli natura i-quantū natura ē malum ē:ſed peruerſitas eam malam facit. Itaqꝫ in ueritate nō ſtetit:ſed ueritatis iudiciuꝫ nō euaſit. Quia in ordinis tranquillitate nō manſit:nec ideo tamē a poteſtate ordinatoris effugit. Bonum dei qđ illi eſt in natura non eum ſubtrahit iuſticie dei:qua ordinatur i pena: nec ibi deus inſequitur bonū quod creauit:ſed malum quod ille commiſit. Neqꝫ enim totū aufert quod nature dedit:ſed aliquid adimit: aliquid relinquit:ut ſit q̇ doleat ꝙ adimit:ꝛ ipſe dolor teſtimoniū ē boni adempti: et boni relecti. Niſi enim bonū relictum eſſet:bonum amiſſum dolere nō poſſet. Nam qui peccat peior ē ſi letatur in damno equitatis. Qui uero cruciatur:ſi inde nihil boni acquirat:dolet damnū ſalutis. Et quoniam equitas ac ſalus utrunqꝫ bonum ē:bonique amiſſione dolendum ē potius ꝙ̄ letandum:ſi tamē nō ſit cōpenſatio melioris. Melior ē autem animi equitas ꝙ̄ corporis ſanitas. Profecto cōuenīētius iniuſtus dolet in ſupplicio ꝙ̄ letatus eſt in delicto. Sic ergo letitia deſerti boni in peccato teſtis ē uoluntatis male:ita dolor amiſſi boni in ſupplicio:teſtis ē bone nature. Qui enim dolet amiſſam nature ſue paceꝫ: ex aliquibus reliquiis pacis id dolet: quibus fit ut natura ſibi amica ſit. Hoc autem in extremo ſupplicio recte fit ut iiqui ꝛ impii naturaliū bonorum damna i cruciatibꝰ defluāt ſētientes eorū ablatorē iuſtiſſimū deū: quem cōtēpſerūt benigniſſimū largitorem. Deus ergo naturarū omniuꝫ ſapientiſſimus cōditor ꝛ iuſtiſſimus ordinator: qui terrenoꝝ ornamētoꝝ maximū inſtituit mortale genus humanum:dedit hominibus quedā bona huic uite cōgrua:id ē pacē tēporalem pro modulo mortalis uite: i ipſa ſalute ꝛ icolūitate ac ſocietate ſui generis:ꝛ queque huic paci uł tuēde uł recuperāde ſunt neceſſaria ſicut ea q̄ apte ac cōuenīēter adiacent ſenſibus: lux iſta uiſibilis:aure ſpirabiles:aque potabiles:ꝛ quicquid ad alendum uł tegendum: curandum:ordinandumque corpus congruit:eo pacto equiſſimo:ut quicunqꝫ mortalis bonis talibus paci mortalium accommodatis recte uſus fuerit:accipiat ampliora atqꝫ meliora:ipſam ſcilicet immortalitatis pacem:eiqꝫ conuenientē gloriam ꝛ honorē in uitā eternā: ad fruendum deo ꝛ proximo in deo. Qui autem perperam id ē iniuſte: nec illa accipiat ꝛ hec amittat.

De ordine ac lege ſiue terrena ſiue celeſti:ꝑ quā ſocietati humane etiam dn̄ando cōſulitur ꝛ conſulendo ſeruitur.c.xiiii.

o Mnis igitur uſus rerū tēporalium refertur ad fructū terrene pacis i ciuitate terrena:i celeſti aūt ciuitate refertur ad fructū pacis eterne. Quapropter ſi irrationabilia eſſemus animātia:nihil appeteremꝰ ꝑter ordinatam temperaturā partiū corporis:ꝛ requiem appetitionis. Nihil igitur preter quietē carnis ꝛ copiam uoluptatū:ut pars corporis ꝓdeſſet paci anime. Si eīm deſit pax corpōiſ: impeditur etiā rationalis pax anime quia requiem appetitionū cōſequi n̄ poteſt. Utrūque autem ſimul eiꝰ paci prodeſt:quam inter ſe habent anima ꝛ corpus:id eſt ordinate uite ac ſalutis. Sicut enim pacem corporis amare ſe oſtendunt animantia cuꝫ fugiūt dolorem:ꝛ pacem anime cū propter explendas indigentias appetitionem

uoluptatũ cõſequũtur:ita mortẽ fugiendo ſatis indicãt quãtũ diligãt pacem:qua ſibi cõciliãtur aĩa ⁊ corpus. Sed qꝛ homini rationalis aĩa ineſt: totũ hoc qd̃ habet cõmune cũ beſtijſ: ſubdit paci anime rationalis ut mẽte aliquid contẽpletur:⁊ ſecundum hoc aliquid agat ut ſit ei ordinata cognitionis actioniſqꝫ cõſenſio:quã pacem rationalis anime dixeramuſ. Ad hoc enim uelle debet nec doleꝛe moleſtaꝛi: nec deſiderio perturbari: nec morte diſſolui:ut aliquid utile cognoſcat: ⁊ ſecũdũ eam cognitionẽ uitã moreſqꝫ cõponat. Sed ne ipſo cognitionis ſtudio propter humane mentis iſirmitatem in peſtẽ alicuius erroris incurrat:opꝰ habet magiſterio diuino cui certius obtemperet:⁊ adiutorio ut liber obtẽperet. Et quoniam q̃diu ẽ in corpore mortali iſto: peregrinatur a dño:per fidem ambulat nõ per ſpeciem:ac per hoc omnẽ pacem uel corporis uel anim.: uel ſimul corporis ⁊ anime refert ad illam pacem: que homini mortali ẽ cũ deo immortali: ut ei ſit ordinata i fide ſub eterna lege obediẽtia. Iaꝫ uero qꝛ duo p̃cipua precepta hoc ẽ dilectionẽ dei ⁊ dilectionem ꝓximi docet magiſter deus:in quibus homo tria iuenit que diligat deũ:ſeipſum:⁊ proximũ:atqꝫ ille i ſe diligẽdo nõ ẽrat qui deũ diligit: cõſequens ẽ ut etiam proximo ad diligẽdum deum cõſulat:quem iubet̃ ſicut ſeipſum diligere. Sic uxori: ſic filijs: ſic domeſticis:ſic ceteris hominibus quibus potuerit:⁊ hoc ſibi a proximo ſi forte indiget conſuli uelit. Ac ꝑ hoc pacatus erit quantũ in ipſo ẽ õi homini:pace hominũ id eſt ordinata concordia:cuius ordo hic ẽ. Primuꝫ ut nulli noceat. Deinde etiã ut proſit cui poterit. Primitus ergo ineſt ei ſuorum cura:ad eos quippe habet opportuniorẽ faciliorẽqꝫ aditũ cõſulẽdi uel ordine nature:uel ipſius ſocietatiſ humane. Unde apl̃us ait. Quiſquis aũt ſuis ⁊ maxie domeſticis nõ ꝓuidet:fidem denegat:⁊ ẽ iſideli deteꝛioꝛ. Hinc itaqꝫ etiã pax domeſtica orituꝛ: id ẽ ordinata imperandi obediendiqꝫ concordia cohabitantiũ. Imperãt eiꝫ qui conſulunt:ſicut uir uxori: parentes filijs:⁊ dñi ſeruis: Obediunt autẽ quibus conſulitur ſicut mulierеſ maritis:filij parentibus: ſerui dominis: ſed i domo iuſti uiuentis ex fide:⁊ ad huc ab illa celeſti ciuitate peregrinantis:etiam qui imperant ſeruiũt eis q̃bus imperare uidẽtur. Neqꝫ eim dominandi cupiditate imperãt:ſed officio cõſulendi:neqꝫ pricipãdi ſupbia: ſed prouidẽdi miſericordia.

De libertate naturali: ⁊ d̃ ꝭuitute cuiꝰ pria cã peccatũ ẽ:qꝛ hõ male uoluntatis ẽt ſi nõ ẽ mãcipiũ alteriꝰ hominis:ꝭuus ẽ ꝓprie libidis.c.xv.

h Oc naturalis ordo p̃ſcribit. Ita deus hoiem cõdidit. Nam dominet̃ inq̃t piſciũ maris: ⁊ uolatiliũ celi:⁊ omniũ repentiũ que repunt ſuper terrã. Rationalẽ factũ ad imaginem ſuã noluit niſi irrationalibus dominari:nõ hoiem homini: ſed hominem pecori. Inde primi iuſti paſtores pecorũ magis q̃ reges hoium cõſtituti ſũt:ut deus etiã ſic inſinuaret quid poſtulet ordo creaturarũ: ⁊ q̃d exigat meritũ peccatoꝝ. Conditio q̃ppe ſeruitutis iure itelligitur impoſita peccatori. Proinde nuſq̃ ſcripturarũ legimus ſeruũ:anteq̃ hoc uocabulo noe iuſtus peccatum filij uindicaret. Nomẽ itaqꝫ iſtud culpa meruit: non natura. Origo aũt uocabuli ſeruorũ i latina lingua inde credit̃ ducta:q̃ hi q̃ iure belli poſſent occidi a uictoribꝰ cum ſeruabãtur ſerui fiebant a ſeruãdo appellati:quod ipſum etiam ſine

peccati merito nō ē. Nam ꝛ cū iuſtū gerit bellum: ꝓ peccato econtrario dimicat: ꝛ omnis uictoria cum malis etiaꝫ prouenit: diuino iudicio uictos humiliat uł emendās peccata uł puniens. Teſtis ē homo dei daniel cū in captiuitate poſitus peccata ſua ꝛ peccata ppli ſui cōfitebatur deo: ꝛ hanc eſſe cām illius captiuitatis pio doloꝛ teſtat. Prima ergo ſeruitutis cauſa peccatū ē: ut hō homini cōditiōis uinculo ſubderet: qđ nō fit niſi deo iudicante: apud quē nō ē iniquitas: ꝛ nouit diuerſas penas meritis diſtribuē delinquentiū. Sicut autem dñs ſupnus dicit. Omnis qui facit peccatum ſeruus eſt peccati: ac per hoc multi quidem religioſi dominis iniquis nō tamen liberis ſeruiūt: a quo enim qs deuictus ē: huic ꝛ ſeruus additus eſt. Et utiqꝫ felicius ſeruitur homini ꝙ libidini: cum ſeuiſſimo dominatu uaſtet corda mortaliū: ut alias omittaꝫ libido ipſa dominandi. Dominibus autem illo pacis ordine: quo alijſ alij ſubiecti ſunt: ſicut prodeſt humilitas ſeruiētibus: ita nocet ſuperbia dominantibus. Nullus aūt natura in qua deus prius hominem condidit: ſeruus ē hominis aut peccati. Uerum ꝛ penalis ſeruitus ea lege ordinatur: qua naturalem ordinem conſeruari iubet: perturbari uetat. Quia ſi contra eam legem factum nō eſſet: nihil eſſet penali ſeruitute coercendum. Jō qꝫ aplus monet ſeruos ſubditos eſſe dñis ſuis: ꝛ ex aīo eis cū bona uolūtate ſuire: ut ſcilicet ſi nō pñt a dñis liberi fieri: ſuam ſeruitutē ipſi quodāmodo liberā faciant non timore ſub dolo ſed ſeruiēdo dilectiōe fideli: donec trāſeat iniquitas ꝛ euacuet ōnis principatus ꝛ poteſtas humana: ꝛ ſit deus omnia in omnibus.

De equo iure dominandi. c. xvi.

q Uocirca etiā ſi habuerūt ſeruos iuſti pīes noſtri: ſic quideꝫ adminiſtrabāt domeſticā pacē: ut ſm hec tēporalia bona filioꝝ ſortem a ſeruoꝝ cōditione diſtinguerēt: ad deum autem colendum in quo eterna bona ſperāda ſunt: ōibus domus ſue mēbris pari dilectione cōſulerēt. Qđ naturalis ordo ita pſcribit: ut nomē patrunfamilias hinc exortum ſit: ꝛ tam late uulgatuꝫ ut inique etiā domināntes hoc gaudeāt appellari. Qui aūt ueri patreſfamilias ſūt: ōibus in familia ſua tanꝙ filijs ad colendum ꝛ promerendū deum conſulunt: deſiderantes atqꝫ optantes uenire ad celeſtem domū: ubi neceſſariū nō ſit imperandi officium mortalibus: quia ñ neceſſarium erit officium conſulendi iam i illa imortalitate felicibuſ. Quo donec ueniatur: magis debent patres qꝫ dominantur ꝙ ſerui tolerare qꝫ ſeruiunt. Si quis autem in domo per iobedientiam domeſtice aduerſatur paci: corripiatur uerbo ſeu uerbere: ſeu quolibet alio genere pene iuſto atqꝫ licito: quantum ſocietas humana concedit: pro eius qui corripit utilitate: ut paci unde diſſilierat coaptet. Sicut eīm nō ē beneficentie adiuuādo efficere ut bonum quod maius ē amittatur: ita nō ē innocētie parcēdo ſinere ut in malum grauius incidat. Pertinet ergo ad inocentis officium nō ſolum nemini malum inferre: uerū etiam cohibere a peccato uel punire peccatum: ut aut ipſe qui plectit cōrigatur experimento: aut alij terreātur exemplo: Quia igitur omnis domus initium ſiue particula debet eſſe ciuitatis: omne aūt initium ad aliquem ſui generis finem: ꝛ omnis pars ad uniuerſi cuius pars ē integritateꝫ refertur: ſatis apparet eſſe conſequens: ut ad pacem ciuicam pax domeſtica referatur: id eſt ordinata imperandi

obediendiq; cōcordia cohabitantiu;:
referatur ad ordinatam imperandi o
bediendiq; concordiam ciuium. Ita
fit:ut ex lege ciuitatis precepta ſumē
patrēfamilias oporteat:quibus ſua;
domum ſic regat:ut ſit paci accom´
modata ciuitatis.

Unde celeſtis ſocietas cū t̄rena ci´
uitate pacē hēat ꝛ vn̄ diſcōdiā.c.xvij.

ſ Ed domus hominū qui nō ui´
uunt ex fide:pacem terrenā ex
huius tēporalis uite rebus cōmodiſ´
que ſectatur.Domus ergo hominu;
ex fide uiuentiū expectat ea que i fu´
turum eterna promiſſa ſūt:terreniſq;
rebus ac tēporalibus tanq̄ peregrina
utitur:nō quibus capiatur ꝛ auertat᷑
quo tendit in deū:ſed quibus ſuſten´
tetur ad facilius tolerāda minimeq;
agenda onera corporis corruptibilis
quod aggrauat animā. Idcirco reru;
uite huic mortali neceſſariarū: utriſ´
que hominibus fidelibus ꝛ infide´
libus ꝛ utriq; domui cōmuniſ ē uſuſ:
ſed finis utēdi cuiq; ſuus ꝓpri⁹: mul´
tūq; diuerſus.Ita etiā terrena ciuitaſ
q̄ nō uiuit ex fide:terrenā pacē appe´
tit:in eoq; defigit imperādi obediēdi·
que cōcordiā ciuiū:ut eis ſit de rebus
ad mortalē uitā ꝑtinētib⁹:humanarū
quedā cōpoſitio uolūtatum.Ciuitas
autem celeſtis uł potius pars eius: q̄
in hac peregrinatur mortalitate ꝛ ui´
uit ex fide:etiam iſta pace neceſſe eſt u
tat᷑:donec ipſa cui talis pax neceſſaria
mortalitas trāſeat. Ac ꝑ hoc dum a´
pud terrenā ciuitatē ueluti captiuā ui
tā ſue ꝑegrinationis agit:iā promiſſi
one redēptionis ꝛ ſpirituali dono tan
quā pignore accepto:legibus terrene
ciuitatis quibus hec amminiſtrantur
q̄ ſuſtētāde mortali uite accōmodata
ſūt obtemperare nō dubitat.Ut quo´
niam cōmunis eſt ipſa mortalitas:ſer
uetur in rebus ad eā pertinentibus ī
ciuitatē utrāq; concordia.Uerū quia
terrena ciuitas habuit quoſdam ſuoſ
ſapientes:quos diuina īprobat diſci´
plina:qui uel ſuſpicati uel decepti a d
monib⁹:crederēt multos deos concili
andos eſſe rebus humanis:atq; eo;ū
diuerſa quodāmō officia diuerſa ſub
dita ꝑtinere ad alium corpus:ad aliū
animū Inque ipſo corpore ad aliū ca
put ad alium ceruicē:ꝛ cetera ſingu´
la ad ſingulos. Similiter i animo ad
alium īgenium:ad alium doctrinā:ad
alium irām:ad alium concupiſcētiā:
inque ipſis ꝛbus uite adiacētibus: ad
alium pecus:ad alium triticum:ad a´
lium uinū.ad alium oleum:ad alium
ſiluas:ad alium nummos:ad aliū na
uigationē:ad alium bella atq; uictori
as:ad alium coniugia:ad alium ꝑtu;
ac fecunditate;:ꝛ ad alios alia cetera.
Celeſtis autem ciuitas unum deu; ſo
lū colendum noſſet : eiq; tantūmodo
ſeruiendum ſeruitute illa que grece la
tria dicitur:ꝛ non niſi deo debetur: fi
deli pietate cenſeret:factum eſt ut reli
gionis leges cum eterna ciuitate non
poſſet habere communes : proq; his
ab ea diſſentire haberet neceſſe atque
oneri eſſe diuerſa ſentiētibus: eorūq;
iras ꝛ odia ꝛ perſecutionum impetuſ
ſuſtinere:niſi cum animos aduerſanti
um aliquando terrore ſue multitudi·
nis:et ſemper diuino adiutorio ꝓpul´
ſaret.Hec ergo celeſtis ciuitas cū peī·
grinatur in terra:ex omnibus gētib⁹
ciues euocat:atq; in omnibus linguiſ
peregrinā colligit ſocietatem: non cu
rans quicquid in moribus legibus : i
ſtitutiſq; diuerſum eſt:quibus pax t´
rena uel conquiritur uel tenetur nihil
eorum reſcindens nec deſtruens: imo
etiam ſeruans ac ſequens: quod l; di
uerſum ſit in diuerſis nationibus:ad
unum tamen eundemq; finem terre´
ne pacis intenditur:ſi religionem qua

unus ſummus ⁊ uerus deus colēdus docetur ñ ipedit. Utitur ergo etiā celeſtis ciuitas in hac ſua peregrinatiōe pace terrena: ⁊ de rebus ad mortalez hominis naturam pertinētibus hūanarum uolūtatum cōpoſitionē q̄tū ſalua pietate ac religione cōceditur: tuetur atq₃ appetit: eamque terrenaʒ pacem refert ad celeſtem pacem: que uere ita pax ē: ut rationalis duntaxat creature ſola pax habenda atque dicenda ſit ordinatiſſima ſcilicet atque cōcordiſſima ſocietas fruēdi deo: ⁊ inuicem in deo: quo cū uentū fuerit nō erit uita mortalis: ſed plane certeque uitalis nec corpus aīale quod dū corrūpitur aggrauat animā: ſʒ ſp̄uale ſine ulla indigētia ex ōni parte ſubditū uolūtati. Hanc pacē dum peregrinat̃ i fide habet atque ex hac fide iuſte uiuit: cū ad illā pacem adipiſcendā īfert q̄cquid bonarū actionū gerit erga deum ⁊ proximū: quoniā uita ciuitatis utique ſocialis ē.

Quā diuerſa ſit acadēie noua ābiguitas a ꝯſtātia fidei chriſtiāe. c. xviij.

q Uod aūt attinet ad illam diaʒ quam de academicis nouiſ uarro adhibuit: quib⁹ ſunt incerta ōnia ōnino ciuitas dei talē dubitationem tanq̄ dementiā deteſtatur habens de rebus quas mente ac ratione cōprehendit: etiā ſi paruam ꝓpter corpus corruptibile quod aggrauat animaʒ: quoniā ſicut dicit apl'us ex parte ſcimus: tamē certiſſimā ſciētiā: creditq₃ ſenſibus in rei cuiuſque euidētia quibus p corpus anim⁹ utitur: quoniam miſerabilius fallit̃ qui nūq̄ eis putat eſſe credendū: credit etiā ſanctis ſcripturis ⁊ ueteribus ⁊ nouis quas canonicas appellamus: vnde fides ipſa cōcepta ē: ex qua iuſtus viuit: p quā ſine dubitatione ambulam⁹ quādiu peregrinamur a dño: qua ſalua atq₃ certa de quibuſdā rebus quas neque ſenſu neque ratione ꝑcipimus: neque nobiſ p ſcripturā canonicā claruerūt: nec p teſtes quibus nō credere abſurdum ē in nr̄am notitiā peruenerūt: ſine iuſta reprehenſione dubitamus.

De habitu ⁊ moribus ppl'i chriſtiani. c. xix.

n Ihil ſane ad iſtam ꝑtinet ciuitatem: quo habitu uel more uiuendi ſi nō ē cōtra diuina p̄cepta: iſtā fidem qua ꝑuenit̃ ad deū quiſq₃ ſectetur vnde ipſos quoque philoſophos quādo fiūt chriſtiani: nō habitum ul' cōſuetudinē uictus que nihil impedit religionē: ſed falſa dogmata ꝑmutare compellit. Unde illam quā varro adhibuit ex cynicis differētiam: ſi nihil turpiter atque intēperāter agat: ōino nō curat. Ex tribus uero uite illi⁹ generibus: ocioſo: actuoſo: ⁊ ex utroq₃ compoſito: quāuis ſalua fide q̄ſque poſſit i quolibet vitam eoꝝ ducere: ⁊ ad ſempiterna premia ꝑuenire: interē tamē q̄d amore teneat ueritatis: quid officio caritatis impēdat. Nec ſic q̄ſque debet eē ocioſus: ut in eodē ocio utilitatē nō cogitet proximi: nec ſic actuoſus: ut contēplationē nō requirat dei. In ocio nō iners uacatio delectaī debet: ſed aut inq̄ſitio aut inuētio ueritatis: vt i ea q̄ſque ꝓficiat ⁊ quod inuenerit teneat ⁊ alteri nō inuideat. In actione vero nō amādus ⁊ honor in hac vita: ſiue potētia: quoniā omnia vana ſub ſole: ſed opus ipſum quod per eundem honorē ul' potentiā fit: ſi recte atque vtilit̃ fit: id ē ut ad eaʒ ſalutem ualeat ſubditorū que ſecundū deum ē: vnde iam ſuperius diſputauimus. Propt̄ quod ait apl'us. Epiſcopatum qui deſiderat bonum opus deſiderat. Exponere uoluit quid ſit

epiſcopatus:quia nomē ē operis non
honoris. Grecū eſt eim atq inde du-
ctū uocabulum:qd̄ ille qui preficitur
ſuperintēdit curā ſcilicet eoꝝ gerens.
Epi q̄ppe ſuper:ſcopos vero itētio ē.
Ergo epiſcopin grece latine ſuperintē
dere poſſumus dicere:ut itelligat nō
ſe epiſcopū:q̄ preeſſe dilexerit nō pro
deſſe. Itaq a ſtudio cognoſcēde veri-
tatis nemo prohibet:qd̄ ad laudabi-
le ptinet ociū. Locus vero ſuperior ſi
ne quo pp̄lus regi non poteſt:ꝛ ſi ita
teneatur atque adminiſtret ut decet:
tamē indecēter appetitur. Quāobrez
ociū ſanctū querit caritas ueritatis:
negociū iuſtū ſuſcipit neceſſitas cari-
tatis. Quam ſarcinā ſi nullus ipōit:
percipiēde atque intuēde uacandū eſt
ueritati. Si aūt iponit: ſuſcipienda ē
ppter caritatis neceſſitatē. Sz nec ſic
omni mō veritatis delectatio deſerē-
da ē:ne ſubtrahat illa ſuauitas ꝛ op-
primat iſta neceſſitas.

Quod ciues ſanctoꝝ i huius vite
tp̄e ſpe beati ſint.c.xx.

q Uamobrem ſummū bonū ciui
tatis dei cum pax ſit eterna at-
que pfecta nō p quā mortales tran-
ſeant naſcēdo atque moriēdo: ſed in
qua immortales maneāt nihil aduer-
ſi oīmodo patiēdo q̄ſ ē qui illam uitā
uel beatiſſimā neget:uel i eius cōpara
tione iſtam que hic agit quātiſlibet a-
nimi ꝛ corporis externarūq rerum
bonis plena ſit:nō miſerimā iudicet?
Quā tn̄ quicūque ſic habet: ut eius
uſum referat ad illius finē quem dili-
git ardētiſſime ac fideliſſime ſperat:
nō abſurde dici etiā nunc beatuſ pōt:
ſpe illa potius q̄ re iſta. Res uero iſta
ſine ſpe illa:beatitudo falſa ꝛ magna
miſeria ē. Non eim ueris animi boniſ
utitur:quoniā nō ē ſapiētia uera:que
intentionē ſuā in his que prudenter
diſcernit:gerit fortiter: cohibet tēpe-
ranter:iuſteq diſtribuit:nō in illū fi-
nē dirigit ubi deus erit oīa in oībuſ e-
ternitate certa atq pace perfecta.

An ſm diffinitiōes ſcipionis q̄ in
dialogo ciceronis ſūt:unq̄ fuerit ro-
mana reſp.c.xxi.

q Uapropter nūc ē loc⁹ ut q̄ po-
tero breuiter ac dilucide expe-
diam:qd̄ i ſecūdo libro huius operis
me demonſtraturū eē pmiſi: ſecūduz
diffinitiones quib⁹ apud ciceronē uti
tur ſcipio in libris de republica: nūq̄
rempublicā fuiſſe romanā. Breuiter
eim rempublicā diffinit eē rem ppl̄i.
Que diffinitio ſi uera ē:nunq̄ fuit ro-
mana reſpub.quia nūquā fuit res po
puli quā diffinitionē uoluit eē reſpu.
Populū eim eē diffinit cetū multitu-
dinis iuris cōſenſu ꝛ utilitatis cōmu-
nione ſociatū. Quid aūt dicat iuris
cōſenſum:diſputādo explicat:per hoc
oſtendēs geri ſine iuſtitia rempublicā
nō poſſe. Ubi ergo iuſtitia uera nō ē:
nec ius pōt eſſe. Quod eim iure fit p-
fecto iuſte fit. Quod aūt fit iiuſte: nec
iure fieri pōt. Non eim iura dicenda
ſunt ul' putāda iniqua hominū cōſti-
tuta:cū illud etiā ipſi ius eſſe dicant:
quod de iuſtitie fonte manauerit: fal-
ſumq eē quod a quibuſdam nō recte
ſentiētibuſ dici ſolet:id eē ius quod ei
qui plus pōt utile ē. Quocirca ubi n̄
ē uera iuſtitia:iuris cōſenſu ſociatus
cetus hominū nō pōt eſſe: ꝛ ideo nec
pp̄lus iuxta illā ſcipionis diffinitionē
ul' ciceronis. Et ſi nō ppl's nec res po-
puli:ſed qualiſcūq multitudinis que
ppl̄i nomine digna nō ē:ac per hoc ſi
reſpublica res ē ppl̄i:ꝛ pp̄lus nō ē q̄
cōſenſu nō ſociatus ē iuris:nō ē autē
ius ubi nulla ē iuſtitia:pculdubio col
ligitur:ubi iuſtitia nō ē nō eē republi-
cam. Iuſtitia porro ea uirtus ē: q̄ ſuā

cuiqꝫ diſtribuit. Que igitur iuſtitia ē hominis: q̄ ipſū hominē de uero tollit: ⁊ imūdis demonibus ſubdit: Hoc nō ē cuiqꝫ ſua diſtribuere. An q̇ fundum aufert eius a quo ēptus ē: ⁊ tradit ei qui nihil habet i eo iuris: iiuſtꝰ eſt: ⁊ qui ſeipſū aufert domināti deo a quo factus ē: ⁊ malignis ſeruit ſpiritibus iuſtus ē: Diſputatᷣ certe acerrime ac fortiſſime i eiſdem ipſis de re publica libris aduerſus iniuſtitiā ꝓ iuſtitia. Et quoniā cum prius ageretᷣ pro iiuſtitie partibus cōtra iuſtitiā ⁊ diceretᷣ niſi ꝑ iniuſtitiā rempublicam ſtare augeriqꝫ nō poſſe: hoc uelut ualidiſſimū poſitū erat: iniuſtum eſſe ut homines hoibus dominātibus ſeruiant: quam tamē iniuſtitiā niſi ſequatᷣ imperioſa ciuitas cuius ē magna reſpublica: nō eam poſſe ꝓuinciis imperare. Reſponſum ē a parte iuſtitie iō iuſtū eſſe ꝙ talibꝰ hoibꝰ ſit utilᷣ ſuitꝰ: ⁊ pro utilitate eoꝝ fieri cū aliquid recte fit: id ē cū improbis auferᷣ iniuriarum licētia: ⁊ domiti ſe melius habebunt q̄ꝫ indomiti ſe habuerūt. Subditumqꝫ ē ut iſta ratio firmaretᷣ: ueluti a natura ſumptū nobile exemplū atque dictū ē. Cur igitur deus homini: animus corpori imperat: ratio libidiī ceteriſqꝫ uitioſis animi partibꝰ: Plane hoc exemplo ſatis edoctū ē: q̇buſdam eſſe utilem ſeruitutē: ⁊ deo q̇dē ut ſeruiatur utile eſſe hoibus. Seruiens aūt deo animus recte corpori imperat: inqꝫ ipſo animo ratio domino deo ſubdita recte imperat libidini ceteriſqꝫ uitiis. Quapropter ubi homo deo nō ſeruit: quid in eo putādum eſt eſſe iuſtitie: quādo quidē deo nō ſeruiens nullo modo pōt iuſte animus corpori: aut humana ratio uitiis imperare: Et ſi i homine tali nō eſt ulla iuſtitia: proculdubio nec in hominuꝫ cetu: qui ex talibus cōſtat hominibꝰ. Non ē ergo hic iuris ille conſenſus: qui hominū multitudinē populū facit: cuius res dicitᷣ eſſe reſpublica. Nā de utilitate quid dicam: cuius cōmunionem etiam ſociatus hominū cetꝰ: ſicut ſeſe habet iſta diffinitio populuſ nūcupatur: Quāuis eim ſi diligenter attēdas: nec utilitas ſit ulla uiuentiū qui impie uiuūt: ſicut uiuit ois q̇ deo nō ſeruit ſeruitqꝫ demonibus: tanto magis impiis q̄to magis ſibi cū ſint imūdiſſimi ſpiritus tāq̄ dūs ſacrificari uolūt. Tamē qō de iuris conſenſu diximꝰ ſatis ēē arbitror: vñ appareat per hāc diffinitionē nō eē pplm cuius reſpub. eē dicatᷣ i quo iuſtitia nō ē. Si eim dicūt nō imūdis ſpiritibꝰ: ſꝫ diis bonis atqꝫ ſanctis i ſua repu. ſeruiſſe romanos nūquid eadē totiēs repetēda ſūt: q̄ iā ſatis imo ultra q̄ꝫ ſatis eſt diximus: Quis eiꝫ ad hūc locū ꝑ ſuperiores huius opis libros ꝑuēit: qui dubitare poſſit malis ⁊ īpuris demonibus ſeruiſſe romanos: niſi lᷣ nimiū ſtolidus ulᷣ īpudētiſſime cōtētioſus: Sed ut taceā quales ſūt quos ſacrificiis colebāt: i lege dei ueri ſcriptū eſt. Sacrificās diis eradicabitur niſi dño tantū. Nec bonis igitur nec maliſ diiſ ſacrificari uoluit: qui hec cū tāta cōminatione precepit.

An uerꝰ ſit deꝰ cui chriſtiāi ſuiūt: cui ſoli debeat ſacrificari. c. xxiii.

S Ed reſpōderi pōt: Quis iſte deus ē: aut vnde dignus ꝓbatᷣ cui deberēt obtēꝑare romāi: ut nullū deorū colerēt ſacrificiis p̄t ipſū: Magne cecitatis ē adhuc querere: q̇s iſte deuſ ſit. Ipſe ē deus cuiꝰ ꝓphete p̄dixerūt iſta q̄ cernimꝰ. Ipſe ē deꝰ: a quo reſpōſum accepit abraā: i ſemie tuo oēs bñdicentᷣ gētes. Quod i chriſto fieri qui ſecundū carnē de illo ſemie exortꝰ ē: id ē ipi qui remāſerūt huius nois inimici uelit nolitue cognoſcūt. Ipſe eſt

deus cuius diuinus ſpiritus p eos lo-
cutus ē: quorū predicta atq̃ cōpleta
p eccl'iā quā uidemus toto orbe dif-
fusā i libris ſupiorib⁹ poſui. Ipſe ē de
us quē uarro doctiſſim⁹ romanorū
iouē putat: q̃uis neſciēs q̃d loquatur
Quod tñ iō cōmemorādum putaui:
qm̃ uir tāte ſciētie nec illū iſtū deū po
mirabilē ſeminum: imo etiam mirabi
liorē q̄ efficiuntur: ⁊ ſemina indita cō
poribus humanis ⁊ quodāmodo in
texta: uitiū peccati potuit auferi: quo
nobis ipacta eſt etiā neceſſitas mōtis
ſed utrūq; ſimul currit iſto quaſi flu
uio atq; torrente generis humāi ma
lū quod a parente trahit̄: ⁊ bonuȝ qð
a creante tribuit̄. In originali malo
duo ſunt: peccatū atq; ſuppliciuȝ. In
originali bono alia duo propagatio ⁊
cōfirmatio. Sed quantū ad preſentē
pertinet intētionē noſtrā: de mał quo
rū unū de noſtra uenit audacia id eſt
peccatū: alterū de iudicio dei id ē ſup
pliciū: iā ſatis diximus. Nunc de bo
nis dei que ipſi quoq; uitiate damna
teq; nature cōtulit: ſiue uſq; nūc con
fert dicere inſtitui. Neq; eni dānando
aut totum abſtulit quod dederat: alio
quin nec eſſet omnino: aut remouit a
ſua poteſtate etiā cū diabolo penalit̄
ſubdidit: cū nec ipſum diabolū a ſuo
alienauerit iperio: quandoquidem ut
ipius quoq; diaboli natura ſubſiſtat:
ille facit qui ſūme eſt: ⁊ facit eſſe q̇cq̇d
aliquo modo eſt. Duū igitur illorū q̄
diximus bona: etiā in natura peccato
uitiata ſupplicioq; damnata: de boni
tatis eius quodā ueluti fonte manare
propagationē: in primis mundi ope
ribus benedictōe largitus eſt: a q̇bus
operibus die ſeptio requieuit. Cōfir
matio uero in illo eius opere eſt: quo
uſq; nunc operat̄. Efficacē quippe po
tentiā ſuā ſi rebus ſubtrahat: nec pro
gredi poterunt ⁊ ſuis dimenſis moti
bus peragere tēpora: nec prorſus ī eo
q̇ create ſunt aliquatēus pmanebūt.
Sic ergo creauit hominē deus: ut illi
adderet fertilitatē quandā qua alios
hoīes propagaret: cōgenerans eis eti
am ipſā propagādi poſſibilitatē non
neceſſitatē. Quibus tamē uoluit hoī
bus abſtulit eā deuſ: ⁊ ſteriles fuerūt.
Nō tamē generi humano abſtulit ſe
mel datā prius duobus coniugibus
benedictionē generādi. Hec ergo pro
pagatio quāuis peccato ablata nō fu
erit: nō tamen etiā ipſa talis eſt: quał
fuiſſet ſi nemo peccaſſet. Ex quo eniȝ
homo in honore poſitus poſteaq̄ de
liquit cōparatus eſt pecoribus: ſimili
ter generat. Non in eo tamen penitus
extincta eſt quedā uelut ſintilla ratio
nis in qua factus eſt ad imagineȝ dei.
Huic autē propagatōi ſi cōformatio
non adhiberet̄: nec ipſa in ſui generis
formas modoſq; procederet. Si eniȝ
non cōcubuiſſēt hoīes: ⁊ nihilominꝰ
deus uellet iplere terras hominibus:
quomō creauit unū ſine cōmixtione
maris ⁊ femine: ſic poſſet omnes: con
cumbentes uero niſi illo creante gene
rantes eſſe nō poſſūt. Sicut ergo ait
apoſtolus de inſtitutōe ſpiritali qua
homo ad pietatē iuſtitiaq; formatur:
neq; qui plantat eſt aliquid neq; qui
rigat: ſed qui incrementū dat deꝰ. Ita
etiā hic dici pōt: nec q̇ concūbit: nec q̇
ſeiat aliq̇d: ſȝ q̇ format deus. Nec mi

que cõceptum portat ⁊ partũ nutrit
eſt aliquid:ſed q̄ incrementũ dat deꝰ.
Ipſe nãq; operatõe qua nũc uſq; opa
tur:facit ut numeros ſuos explicent
ſemina:⁊ a quibuſdã latẽtibus atq; i
uiſibilibus iuolucris i formas uiſibi
les huius qd aſpicimus decoris euol
uãt. Ipſe incorporeã corporeãq; na-
turã:illã prepoſitã:iſtam ſubiectã:mi
ris modis copulans ⁊ cõnectẽs aian
tẽ facit. Quod opus eius tã magnuʒ
⁊ mirabile eſt:ut nõ ſolũ in hoie qd ẽ
aial rationale:⁊ ex hoc cũctis terreniſ
aiantibus excellentius atq; preſtãtiuſ
ſed in qualibet minutiſſima muſcula
bene conſideranti ſtuporẽ mentis ige
rat:laudẽq; pariat creatoris. Ipſe ita
q; aie humane mentẽ dedit:ubi ratio
⁊ intelligentia in infante ſopita ẽ quo
dãmõ quaſi nulla ſit excitanda ſcilicʒ
atq; exercenda etatis acceſſu: qua ſit
ſcientie capax atq; doctrine : ⁊ habil'
perceptioni ueritatis ⁊ amoris boni.
Qua capacitate hauriat ſapiẽtiã:uir
tutibuſq; ſit predita:quibus prudent̃
fortiter:tẽperanter: ⁊ iuſte aduerſꝰ er
rores ⁊ cetera igenerata uitia dimicet
eaq; nullius rei deſiderio niſi boni illi
us ſũmi atq; incommutabilis uincat.
Qd etſi nõ faciat ipſa taliũ bonorum
capacitas in natura rationali diuini
tus inſtituta:quantũ ſit boni q̄ mira
bile opus oipotentis quis cõpetenter
effatur aut cogitat? Preter eni artes
bene uiuendi:⁊ ad imortalẽ peruenie
di felicitatẽ que uirtutes uocantur: ⁊
ſola dei gratia que in chriſto eſt filijs
promiſſionis regniq; donant̃: nonne
humano ingenio tot tanteq; artes ſũt
inuente ⁊ exercitate:parti neceſſarie:p
tim uoluntarie? Et tã excellẽs uis mẽ
tis atq; ratõis:in his etiã rebus quaſ
ſupfluas imo ⁊ periculoſas pernicio
ſaſq; appetit:quantũ bonũ hẽat i na
tura unde iſta potuit uel inuenire uel
diſcere:uel exercere teſtatur. Ueſtimẽ
torũ ⁊ edificiorꝝ ad q̄ mirabilia q̄ ſtu
penda induſtria humana peruenerit:
quo in agricultura:quo in nauigatõe
ꝓfecerit: que in fabricatõe quorunq;
uaſorũ uel etiã ſtatuarũ ⁊ picturaruʒ
uarietate excogitauerit ⁊ ipleuerit:q̄ i
theatris mirabilia ſpectãtibus:audiẽ
tibus incredibilia facienda ⁊ exhiben
da molita ſit:in capiendis occidendis
domandis irratõabilibus aiantibus:
que ⁊ quanta reperit:aduerſus ipſos
hoies tot genera uenenorꝝ:tot armo
rũ:tot machinamẽtorũ: ⁊ pro ſalute
mortali tuenda atq; reparanda quot
medicamenta atq; adiumẽta ꝯprehẽ
derit:pro uoluptate fauciuʒ quot cõ
dimenta ⁊ gule incitamẽta reperit:ad
indicãdas ⁊ ſuadẽdas cogitatões q̄
multitudinẽ uarietatẽq; ſignorũ:ubi
precipuũ locũ uerba ⁊ littere tenent:
delectandos aios quos elocutõis or-
natus:q̄ diuerſorũ carminũ copiam:
ad mulcẽdas aures quot organa mu
ſica:quos cantilene modos excogita-
uerit:quantã peritiã dimenſionũ atq;
numerorũ:meatuſq; ⁊ ordines ſyde-
rũ quanta ſagacitate cõprehenderit:
q̄multa rerũ mundanarꝝ cogitata co
gnitione ſe ipleuerit quis poſſit eloq̃:
maxie ſi uelimus nõ aceruatim cuncta
cõgerere:ſed in ſingulis imorari? In
ipſis poſtremo erroribus ⁊ falſitatibꝰ
defendẽdis q̄magna claruerit igenia
philoſophorũ atq; hereticorũ qs exi
ſtimare ſufficiat? Loquimur eni nunc
de natura mẽtis humane:qua iſta ui
ta mortalis ornat̃:nõ de fide atq; iti
nere ueritatis qua illa imortalis acq̃i
tur. Huius tante nature cõditor cum
ſit utiq; deus uerus ⁊ ſũmus: ipo cũ
cta que fecit admiſtrãte: ⁊ ſummã po
teſtatẽ ſũmãq; habentẽ iuſtitiã: nũq̄
profecto in has miſerias decidiſſet:at
que ex his preter eos ſolos qui libera
bunt̃ in eternas eſſet itura:niſi nimis
grãde peccatũ i hoie prio de quo ceti

exorti ſunt preceſſiſſet. Iã uero i ipſo
corpore quãuis nobis ſit cum beluis
mortalitate cõe: multiſqꝫ earuȝ repe
riat̃ infirmius: quanta dei bonitas :
quãta ꝓuidẽtia tãti creatoris appet.
Nõne ita ſunt in eo loca ſenſuũ ⁊ ce
tera mẽbra diſpoſita: ſpẽſqꝫ ipſa ac fi
gura ⁊ ſtatura totius corpis ita mo-
dificata: ut ad miniſteriũ aïe rationa
lis ſe indicet factũ. Non eni ut aïalia
rationis expertia prona eſſe uidem⁹ i
terrã: ita creatus ẽ homo: ſed erecta
in celũ corporis forma admonet euȝ
que ſurſũ ſunt ſape. Porro mira mo
bilitas que lĩgue ac manibus attribu
ta eſt ad loquẽdũ ⁊ ſcribendum apta
atqꝫ cõueniens: ⁊ ad opera artiũ plu
rimarũ officiorũqꝫ cõplenda: nõne ſa
tis oſtẽdit quali anime ut ſeruiret ta
le ſit corpus adiunctũ. Quanq̃ ⁊ de
tractis neceſſitatibus operãdi: ita oĩ
um partiũ cõgruentia numeroſa ſit :
⁊ pulchra ſibi ꝑilitate reſpõdeat: ut
neſcias utrũ in ea cõdenda maior ſit
utilitatis hita ratio q̃ decoris. Certe
eni nihil creatũ uidemus in corpore
utilitatis cã qđ nõ habeat etiã deco
ris locũ: plus autẽ id nobis appareȝ:
ſi numeros menſurarũ q̃bus inter ſe
cuncta cõnexa ſunt ⁊ coaptata noſſe
mus: quos forſitan data opa in his
que foris eminẽt humana poſſet iue
ſtigare ſolertia. Que uero tecta ſunt
atqꝫ a noſtris remota cõſpectibus: ſi
cut eſt tanta ꝑplexitas uenarũ atque
neruorũ ⁊ uiſcerũ ſecreta uitaliũ iue
nire nullus poteſt. Quia etſi medico
rũ diligentia nõnulla crudelis: quos
anatomicos uocãt laniauit corpora
mortuorũ: ſiue etiã iter manus ſecan
tis ⁊ perſcrutantis morientiũ: atque
in carnibus humanis ſatis ĩhumane
abdita cuncta rimata eſt: ut qđ ⁊ quo
mõ ⁊ q̃bus locis curãdũ eẽt addiſce
ret: numeros tñ de q̃bus loquor: q̃b⁹
coaptatio que harmonia grece dicit̃:

tanq̃ cuiuſdã organi extrĩſecus atqꝫ
intrinſecus totius corporis conſtat.
Quid dicam? nemo ualuit inuenire
quos nemo auſus ẽ querere: q̃ ſi no
ti eſſe potuiſſent: interioribus quoqꝫ
uiſceribus que nullũ oſtentat dec⁹ ita
delectaret pulchritudo rõis ut oĩ for
me apꝑenti que ocul' placet: ipſi⁹ mẽ
tis que ocul' utitur perferretur arbi-
trio. Sunt uero quedaȝ ita poſita in
corpore: ut tãtũmõ decorẽ habeant
nõ etiã uſum ſicut hẽt pectus uirile
mãmillas: ſicut facies barbã: quã nõ
eſſe munimento ſed uirili ornamẽto
indicãt pure facies feminarũ: quas uti
qꝫ infirmiores muniri tutius cõueni
ret. Si ergo nullũ mẽbrũ eſt in his q̃
dẽ conſpicuis: unde ambigit nemo q̃
ita ſit alicui operi accomodatũ: ut nõ
etiã ſit decorũ: ſunt aũt nõnulla quo
rũ ſolũ decus ⁊ nullus eſt uſus: puto
facile in cõditione corporis dignitatẽ
neceſſitati fuiſſe prelatã. Tranſitura
eſt quippe neceſſitas: tẽpuſqꝫ uẽturuȝ
quando ſola inuicẽ pulchritudine ſi
ne ulla libidine ꝑfruamur: quod ma-
xie ad laudẽ referendũ eſt cõditoris :
cui dicit̃ in pſalmo. Confeſſionẽ et de
corẽ induiſti. Iã cetera pulchritudo ⁊
utilitas creature: que homini licet in
iſtos labores miſeriaſqꝫ ꝓiecto atqꝫ
dãnato: ſpectãda atqꝫ ſumẽda diuina
largitate cõceſſa eſt. Quo ſermõe ter
minari põt in celi ⁊ terre ⁊ maris mĺ
timoda ⁊ uaria pulchritudie: etiã ipi
us lucis tanta copia: tamqꝫ mirabili
ſpecie in ſole ac luna ⁊ ſyderibus : in
opacitatibus nemorũ: in coloribus ⁊
odoribus florũ: in diuerſitate ac mul
titudie uolucrũ garrularũ atqꝫ picta
rũ: in multiformi ſpecie tot tantarũqꝫ
animantiũ: quorum illa plus habẽt
admirationis que molis minimum :
plus eni formicularũ ⁊ apicularum
opera ſtupemus: q̃ immenſa corpora
balenarũ: in ipſius quoqꝫ maris tam

grandi ſpectaculo:cũ ſeſe diuerſis co
loribus uelut ueſtibus induit:⁊ aliqñ
uiride:atq3 hoc multis modis: aliqñ
purpureũ:aliquãdo ceruleũ ẽ. Quã3
porro delectabiliter ſpectat̃ etiã quã
docũq3 turbat̃:⁊ fit inde maioꝛ ſuaui
tas q̃a ſic demulcet intuentẽ:ut nõ ia
ctet ⁊ quatiat nauigantẽ. Quid cibo
rũ uſquequaq3 copia cõtra famẽ: q̃d
ſaporũ diuerſitas cõtra faſtidiũ natu
re diffuſa diuitus ñ cocorũ arte ac la
bore queſita? Quanta in multis reb⁹
tuende ac recuperãde ſalutis auxilia:
q̃ grata uiciſſitudo diei alternãtis et
noctis:aurarũ q̃ blanda tẽperies: in
fruticibus ⁊ pecoribus indumentoꝝ
cõficiendorũ quãta materies: omnia
cõmemorare quis poſſit? Hec autem
ſola que a me uelut in quendã aggerẽ
ſunt coartata:ſi uellẽ uelut colligata
inuolucra ſoluẽ atq3 diſcutere:quãta
mihi mora eſſet in ſingul' quibus plu
rima cõtinent̃. Et hec omnia miſero
rũ ſunt dãnatorũq3 ſolatia: nõ p̃mia
beatoꝝ. Que igit̃ illa ſunt ſi tot ac ta
lia ⁊ tanta ſunt iſta? Quid dabit eis
quos predeſtinauit ad uitã: q̃ hec de
dit eis quos predeſtinauit ad moꝛtẽ?
Que bona i illa beata uita faciet eos
ſumere:pro q̃bus in hac miſeria uni
genitũ filiũ ſuum uoluit uſq3 ad moꝛ
tẽ mala tanta ꝑferre? Unde apoſtoluſ
de ipſis in illud regnũ predeſtinatis
loquens. Qui ꝓprio inquit filio non
pepercit:ſed pro nobis oĩbus eũ tra
didit:quomõ nõ etiã cũ illo oĩa nobiſ
donauit? Cũ hec promiſſio cõplebit̃:
quid erimus:quales erimus: que bo
na in illo regno accepturi ſumus:qñ
quidẽ chriſto moriente pro nobis ta
le iã pignus accipimus? Qualis erit
ſpiritus hominis nullũ omnino hñs
uitiũ:nec ſb quo iaceat:nec cui cedat:
nec cõtra quod ſaltẽ laudabilit̃ dimi
cet:pacatiſſima uirtute ꝑfectus? Reꝝ
ibi oĩum quãta q̃ ſpecioſa q̃ certa ſci
entia:ſine aliquo errore uel labore ⁊
ubi dei ſapientia de ipſo ſuo fonte po
tabit̃ cum ſumma felicitate: ſine ulla
difficultate? Quale erit corpus quod
omnimodo ſpiritui ſubditũ: ⁊ eo ſuf
ficienter uiuificatum:nullis alimoni
is indigebit:non eni animale ſed ſpiri
tale erit:habens quidẽ carnis ſ3 ſine
ulla carnali corruptione ſubſtantiã.

De peruicacia quorundã qui reſur
rectionẽ carnis quã ſicut predictũ eſt
totus mũdus credit ĩpugnãt.ca.xxv.

u Erum de animi bonis quibus
poſt hanc uitã beatiſſimus ꝑ
fruetur:nõ a nobis diſſentiunt philo
ſophi nobiles:qui de carnis reſurrec
tione cõtendunt. Hanc quãtũ poſſũt
negant:ſed credentes multi negantes
pauciſſimos reliquerũt: ⁊ ad chriſtũ
qui hoc quod iſtis uidetur abſurdu3
in ſua reſurrectione monſtrauit:fideli
corde cõuerſi ſunt docti ⁊ indocti: ſa
pientes mundi ⁊ inſipientes. Hoc eni
credidit mundus: quod predixit de⁹
qui etiã hoc predixit: q̃ hanc rẽ mũ
dus fuerat crediturus. Neq3 eni petri
maleficiis eã cum laude credentiũ tã
to ante prenunciare cõpulſus eſt. Ille
eſt eni deus quẽ ſicut iã dixi aliquoti
ens nec cõmemorare me piget: cõfitẽ
te porphyrio atq3 id oꝛaculis deoru3
ſuoꝛũ probare cupiente: ipſa numia
perhoꝛreſcunt. Que3 ſic laudauit: ut
cum ⁊ deũ patrem ⁊ regem uocaret:
abſit enim ut ſic intelligenda ſint que
p̃dixit:quomodo uoluit hi qui hoc
cum mundo non crediderunt: q̃ mũ
dum crediturũ eſſe predixit. Cur eni
non potius ita ſicut crediturus tãto
ante predictus eſt mundus:non ſicut
pauciſſimi garriunt:qui cũ hoc mun
do q̃ crediturus predictus eſt credere
noluerunt. Si enim propterea dicũt
alio modo eſſe credenda:ne ſi dixerit

uana eſſe cōſcripta:iniuriā faciant illi deo cui tam magnum perhibent teſtimoniū:tantam prorſus ei uł etiā grauiorem faciunt iniuriam: ſi aliter dicunt eſſe intelligenda:non ſicut mundus ea credidit quē crediturum ipſe laudauit:ipſe promiſit:ipſe cōpleuit. Cur eni non poteſt facere ut reſurgat caro ⁊ uiuat in eternū? An propterea credendum nō eſt id eū eſſe facturum quia malum eſt atq; idignū deo. Sȝ de oīpotentia eius que tot ⁊ tanta facit icredibilia:iā multa diximus ſi uolunt inuenire quod oīpotens nō pōt habent prorſus ego dicā mētiri non poteſt. Credamus ergo quod poteſt: nō credēdo quod nō poteſt. Nō itaq; credentes q᷒ mētiri poſſit,credant eſſe facturū quod facturuȝ eſſe promiſit. Et ſic credant ſicut id credidit mūd᷒: quē crediturū eſſe predixit:quem crediturū eſſe laudauit:quem crediturū eſſe promiſit:quē crediſſe iam oſtēdit:hoc autē malum eſſe unde demōſtrauit. Non erit illic ulla corruptio quod eſt corporis malū. De ordīe elementorū iā diſputauimus:de alijſ hominū cōiecturis ſatis diximus. Quāta ſit futura in corpore icorruptibili facilitas motus:de preſentis ualitudinis bone tēperamēto:que utiq; nullo mō illi cōparanda eſt imortalitati:in libro.xiij.ſatis ut opinor oſtendim᷒: legant ſuperiora operis huius:qui uł non legerunt:uel nolunt recolere qȏ legerunt.

Quomodo porphyrij diffinitio qua beatis animis putatur corp᷒ eſſe fugiendū ipſius platonis ſentētia deſtruatur qui dicit ſummū deum dijs promiſiſſe ut nunquam corporibus exuerentur.cap.xxvi.

ſEd porphyrius ait inquiūt ut beata ſit anima corpus omne eſſe fugiendum:nihil ergo prodeſt q̄ incorruptibile diximus futurū corp᷒ ſi anima beata nō erit:niſi corpus oē effugerit. Sed iā ⁊ hinc i libro memorato quantū oportuit diſputaui:uerū hic unū inde tantū cōmemorabo. Emendet libros ſuos iſtorū oium magiſter plato:⁊ dicat eorū deos ut beati ſint ſua corpora fugituros:id ē eſſe morituros:quos in celeſtibus corporibus dixit incluſos. Quibus tamen deus a quo facti ſunt:quo poſſent eē ſecuri imortalitatem id eſt in eiſdē cōporibus eternā permanſionē:nō eorū natura id habente:ſed ſuo cōſilio preualente promiſit. Ubi etiā illud euertit quod dicunt:quoniā eſt ipoſſibile: ideo reſurrectioneȝ carnis nō eſſe credendā. Apertiſſime quippe iuxta eūdē philoſophū:ubi dijs a ſe factis ꝑmiſit deus nō factus imortalitatem: quod ipoſſibile ē ſe dixit eſſe facturū. Sic eni eum locutum narrat plato. Quoniā eſtis orti inquit: imortales eſſe ⁊ diſſolubiles nō poteſtis. Nō tñ diſſoluemini:neq; uos ulla mortis fata periment:nec erunt ualētiora q̄ cōſilium meū:quod maius eſt uinculuȝ ad ꝑpetuitatem ueſtrā:q̄ illa quibus eſtis colligati. Si nō ſolū abſurdi ſed ſurdi non ſunt qui hec audiunt: non utiq; dubitant dijs factis ab illo deo qui eos fecit:ſecundū platonē quod ē ipoſſibile fuiſſe promiſſū. Qui enim dicit uos quidē imortales eſſe nō poteſtis:ſed mea uoluntate immortales eritis:quid aliud dicit q̄ id quod fieri nō poteſt me faciente tamen eritis. Ille igitur carnem incorruptibilē imortālē:ſpiritualē reſuſcitabit: qui iuxta platonem id quod ipoſſibile eſt ſe eſſe facturum promiſit. Quid adhuc qȏ promiſit deus quod deo promittenti credidit mūdus:qui etiā ipſe promiſſus eſt crediturus:eſſe ipoſſibile clamāt:quandoquidē nos deum qui etiam ſecundū platonē facit ipoſſibilia.

id facturū eſſe clamamus. Non ergo
ut beate ſint anime corpus eſt omne
fugiendum: ſed corpus icorruptibile
recipiendū. Et in quo cōuenientius i
corruptibili corpore letabuntur: ꝙ̄ in
quo corruptibili gemuerūt. Sic eniꝫ
non in eis erit illa dira cupiditas quā
poſuit ex platone. Uirgilius ubi ait.
Rurſus et incipient in corpora uelle
reuerti. Sic inquā cupiditatē reuertē
di ad corpora nō habebūt: cuꝫ corpo
ra in que reuerti cupiūt ſecū hēbunt:
⁊ ſic hēbunt ut nunꝙ̄ nō hēant: nūꝙ̄
ea prorſus uel ad exiguum quālibet
tempus ulla morte deponant.

De contrariis diffinitionibus pla
tonis ⁊ porphyrii: in quibus ſi uterqꝫ
alteri cederet: a ueritate neuter deuia
ret. cap. xxvij.

ſ Ingula quedaꝫ dixerunt plato
atqꝫ porphyrius: que ſi īter ſe
cōmunicare potuiſſent: facti eſſent fō
taſſe chriſtiani. Plato dixit ſine cor
poribus animas in eternum eſſe non
poſſe. Ideo enim dixit etiam ſapienti
um animas poſt quālibet longum tē
pus tamen ad corpora reditūras. Por
phyrius autē dixit animam purgatiſ
ſimā cum redierit ad patrem: ad hec
mala mundi nunꝙ̄ eſſe redituram. Ac
per hoc qđ uerum uidit plato ſi dediſ
ſet porphyrio etiā iuſtorū atqꝫ ſapiē
tium purgatiſſimas animas ad hūa
na corpora rediturus: rurſus qđ ue
rum uidit porphyrius ſi dediſſꝫ pla
toni: nunꝙ̄ redituras ad miſerias cor
ruptibilis corporis animas ſanctas:
ut nō ſinguli hec ſigula: ſed ambo ut
ſinguli utrunqꝫ dicerent: puto ꝙ uide
rent eſſe iā conſequens: ut ⁊ redirent
anime ad corpora: ⁊ talia reciperent
corpora: in quibus beate atqꝫ immor
taliter uiuerent: quoniā ſecundū pla
tonem etiam anime ſancte ad huma
na corpora redibunt: ſecundum por
phyriū ad mala mundi huius ſācte
anime nō redibunt. Dicat itaqꝫ cum
platone porphyrius redibunt ad cor
pora: dicat plato cū porphyrio nō re
dibunt ad mala: ⁊ ad ea corpora redi
re conſentient: in quibus nulla patiā
tur mala. Hec itaqꝫ non erūt niſi illa
que promiſit deus beatas animas in
eternum cum ſua eterna carne factu
rus. Hoc enim quantū exiſtimo iā fa
cile nobis cōcederent ābo: ut qui fate
rentur ad imortalia corpora reditūras
animas eſſe ſanctorum: ad ſua illas
redire permitterent: in quibus mala
huius ſeculi pertulerunt: i quibus de
um ut his malis carerent: pie fideli
terqꝫ coluerunt.

Quid ad uerā reſurrectionis fidē
uel plato uel labeo uel etiam uarro
ꝯferre potuerint: ſi opiniones eorū in
unā ſētētiā cōueniſſent. cap. xxviij.

n Onnulli noſtrū ꝓpter quoddā
ꝑclariſſimū loquēdi genus: et
ꝓpter nōnulla que ueraciter ſēſit amā
tes platonē dicunt eū aliquid ſimile
nobis etiā de mortuorū reſurrectiōe
ſenſiſſe. Quod quidē ſic tāgit i libris
de repub. tullius: ut eū luſiſſe potius
ꝙ̄ ꝙ id uerū eſſet affirmet dicere uolu
iſſe. Inducit eni hoīeꝫ reuixiſſe: ⁊ nar
raſſe quedā que platonicis diſputati
onibus cōgruebāt. Labeo etiā duos
dicit uno die fuiſſe defūctos: ⁊ occur
riſſe inuicē in quodā cōpito. Deinde
ad corpora ſua iuſſos fuiſſe remeare:
⁊ cōſtituiſſe inter ſe amicos ſe eſſe uic
turos: atqꝫ ita eſſe factū donec poſtea
morerēt. Sꝫ iſti auctores talē reſurre
ctiōeꝫ corporis factā fuiſſe narrarūt:
quales fuerūt eorū quos reſurrexiſſe
nouimus: ⁊ huic q̄dē redditos uite:
ſꝫ nō eo mō ut nō morerentur ulteri
us. Mirabilius aūt quoddā marcus

uarro ponit in libris quos ꝯſcripſit de gēte populi romani: cuius putaui uerba ipſa ponēda. Genethliaci qdā ſcripſerunt inqt eſſe in renaſcēdis hominibus quā appellant palingeneſiam greci: hāc ſcripſerūt cōfici in ānis numero quadringentis quadraginta ut idē corpus et eadē aīa que fuerant cōiuncta in hoīe aliqñ eadē rurſus redeant in cōiunctionē. Iſte uarro quidē ſiue genethliaci illi neſcio qui: ñ enim noīa eorū prodidit: quorū cōmemorauit ſententiā: aliqd dixerūt qḋ licet falſum ſit: cū eni ſemel ad eadē corpora que geſſerunt aīe redierunt nūquā ea poſtea ſunt relicture: tamen multa illius ipoſſibilitas que cōtra nos iſti garriunt argumēta cōuellit ⁊ deſtruit. Qui eni hec ſentiunt ſiue ſenſerūt: nō eis uiſū eſt fieri ñ poſſe: ut dilapſa cadauera in auras: in puluerē: in cinerē: in humores: in corpora ueſcētium beſtiarū: ul' ipſorū quoq; hominū: ad id rurſus redeāt quod fuerūt. Quapropter plato ⁊ porphyrius: uel potius quicunq; illos diligūt ⁊ adhuc uiuunt: ſi nobis cōſentiunt: etiā ſanctas aīas ad corpora redituras ſicut ait plato: nec tamen ad mala ulla redituras ſicut ait porphyrius: ut ex his fiat cōſequens qḋ fides predicat chriſtiana: talia corpora recepturas i quibus ſine ullo malo in eternū feliciter uiuāt. Aſſumāt etiā hoc de uarrone: ut ad eadē corpa redeāt i qb' ātea fuerunt: ⁊ apud eos tota q̃ſtio de carniſ in eternū reſurrectione ſoluetur.

De qualitate uiſiōis qua i futo ſeculo ſancti deum uidebunt. ca. xxix.

nUnc iā quid acturi ſint i corporibus imortalibus atq; ſpūalibus facti nō adhuc eorū carne carnaliter ſed ſpiritualiſ iā uiuēte quantū dñus dignat' adiuuare uideamus: et illa quidē actio uel potius quies atq; otiū quale futurū ſit ſi uerū uelī dicē neſcio. Nō eni hoc unq̄ per ſēſus corporis uidi. Si autē mente id ē intelligentia uidiſſe me dicā: quantū eſt: aut quid eſt nr̄a itelligentia ad illā itelligētiā? Ibi eſt eni pax dei que ſicut dicit apoſtolus ſuperat oēm ſenſum uel intellectū: quē niſi noſtrū: aut fortaſſe etiā ſanctorū angelorū: non eni etiā dei. Si ergo ſancti in dei pace uicturi ſunt: profecto in ea pace uicturi ſunt que ſuperat oēm intellectū. Quoniā ꝗ noſtrū quidem ſuperat nō eſt dubium: ſi autē ſuperat et angelorū: ut nec ipſos excepiſſe uideatur qui ait omnē intellectū: ſecundum hoc dictū eſſe debemus accipere quia pacē dei qua ipſe deus pacatus eſt ſicut deus nouit nō eā nos ſic poſſumus noſſe: nec ulli āgeli. Superat itaq; oēm intellectū nō dubium ꝗ preter ſuum. Sed quia et nos pro mō noſtro pacis eius participes facti: ſummā in nobis atq; inter nos ⁊ cū ipſo pacē: quantū noſtrum ſummum ē obtinebimus. Iſto modo pro ſuo modo ſciunt eā ſancti angeli: hoīes autē nūc longe infra quantūlibet prouectu mentis excellant. Conſiderandū eſt enim quantus uir dicebat. Ex parte ſcimus: ⁊ ex parte prophetamus: donec ueniat quod perfectum eſt. Et uidemus nunc per ſpeculū in enigmate: tunc autē facie ad faciem. Sic iā uidēt ſancti angeli: qui etiā noſtri angeli dicti ſunt: quia eruti de poteſtate tenebrarū: et accepto ſpirit' pignore tranſlati ad regnū chriſti: ad eos angelos iā cepimus pertinere: cū quibus nobis erit ſancta atq; dulciſſima de qua iam tot libros ſcripſimus dei ciuitas ipſa cōis. Sic ſunt ergo āgeli noſtri qui ſunt angeli dei: quēadmodū chriſtus dei chriſtus ē noſter. Dei ſunt quia deū non reliquerunt: noſtri ſunt: quia ſuos ciues nos hēre

ceperunt. Dixit autē dominus ieſus: uidete ne contēnatis unū de puſillis iſtis: dico eni uobis quia angeli eorū in celis ſemp uident faciē patris mei: qui in celis eſt. Sicut ergo illi uident: ita et nos uiſuri ſumus: ſed nōdū ita uidemus: propter quod ait apoſtolus quod pauloante dixi. Uidemus nunc per ſpeculū in enigmate: tunc autē facie ad faciē. Premiū itaqꝫ fidei nobis uiſio iſta ſeruat̃. De qua ⁊ ioannes apoſtolus loquens: cū apparuerit inquit ſimiles ei erimus: quoniā uidebimus eū ſicuti eſt. Facies autē dei manifeſtatio eius intelligenda eſt: nō aliqđ tale mēbrorū quale nos habemus in corpore: atqꝫ iſto nomine nūcupamus. Quapropter cū a me queritur: quid acturi ſunt ſancti in illo corpore ſpirituali nō dico quod iā uideo: ſed dico quod credo: ſecūdū illud quod i pſalmo lego. Credidi propter qđ locutus ſum. Dico itaqꝫ uiſuri ſunt deū i ipſo corpore: ſed utrū per ipſum ſicut per corpus nunc uidemus ſolē: lunā: ſtellas: mare: ac terrā: ⁊ que ſunt in ea ñ parua queſtio eſt. Durū eſt eni dicere ꝙ ſancti talia corpora tunc habebūt: ut ñ poſſint oculos claudere atqꝫ apire cū uelint. Durius autē ꝙ ibi deum quiſquis oculos clauſerit nō uidebit. Si eni propheta heliſeus puerū ſuū giezi abſens corpore uidit accipientē munera que dedit ei naaman ſyrus: quē propheta memoratus a lepre deformitate mundauerat: quod ſeruus nequā domino ſuo non uidente latēt ſe feciſſe putauerat: quāto magis in illo corpore ſpirituali uidebunt ſancti oīa nō ſolū ſi oculos claudant: uerū etiā unde ſunt corpore abſētes. Tunc eni erit perfectū illud de quo loquens apoſtolus: ex parte inquit ſcim⁹: et ex pte prophetamus: cū autem uenerit quod perfectū eſt: euacuabitur quod ex parte eſt. Deinde ut quomō poſſet aliqua ſimilitudine oſtenderet: quātū ab illa que futura eſt diſtet hec uita: nō qualiūcunqꝫ hominū: uerū etiam qui precipua hic ſanctitate ſunt pditi cum eſſem inquit paruulus: quaſi paruulus ſapiebā: quaſi paruulus loquebar: quaſi paruulus cogitabam. Cū autē factus ſum uir: euacuaui ea que paruuli erant. Uidemus nunc p ſpeculum in enigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc ſcio ex parte: tūc autē cognoſcam ſicut ⁊ ego cognitus ſū. Si ergo in hac uita ubi hominū mirabiliū prophetia ita cōparanda eſt illi uite quaſi puuli ad iuuenē: uidit tamen heliſeus ſeruū ſuū accipientē munera ubi ipſe nō erat: ita ne cum uenerit quod perfectum eſt: nec iam corpus corruptibile aggrauabit animā: ſed incorruptibile nihil ipediet: illi ſancti ad ea que uidēda ſunt oculis corporeis quibus heliſeus abſēs ad ſuū ſuū uidēdum non indiguit indigebunt. Nā ſecundū interpretes .lxx. iſta ſūt ad giezi uerba prophete. Nōne cor meum erat tecū: quando cōuerſus eſt uir de curru in obuiam tibi: ⁊ accepiſti pecuniā ⁊ cetera. Sicut aūt ex hebreo interpretatus eſt preſbyter hieronymus: nonne cor meū inquit i pſenti erat: quādo reuerſus eſt homo de curru ſuo in occurſum tui? Corde ergo ſuo ſe dixit hoc uidiſſe propheta: adiuto quidē mirabiliter nullo dubitante diuinitus. Sed quāto āplius tunc oēs munere iſto abundabūt: cū deus erit oīa in oībus: hēbunt tamē etiā illi oculi corporei officiū ſuum. ⁊ in loco ſuo erunt: uteturqꝫ ille ſpirit⁹ per ſpirituale corpus. Neqꝫ eni et ille propheta quia nō eis indiguit ut uideret abſentē: nō eis uſus eſt ad uidēda preſentia: que tamē ſpiritu uidere poſſet etiā ſi illos claudēt: ſicut uidit abſentia: ubi cum eis ipſe non erat: Abſit ergo ut dicamus illos ſāctos in

illa uita deũ clauſis ocul' nõ uiſuros:
quẽ ſpiritu ſemp uidebũt: ſed utrũ ui
debũt ⁊ p oculos corporis cũ eos ap
tos hẽbunt inde queſtio eſt. Si enim
tantũ potuerũt in corpore ſpirituali
eo mõ utiq3 etiã ipſi oculi ſpirituales
quantũ poſſunt iſti quales nunc hẽ
mus: pculdubio p eos deus uideri ñ
poterit. Longe itaq3 alterius erũt po-
tentie: ſi per eos uidebit' incorporea
illa natura: que ñ cõtinet' loco: ſ3 ubi
q3 tota eſt. Non eni quia dicimus de
um ⁊ in celo eſſe ⁊ in terra: ipſe ɋppe
ait per prophetã: celum ⁊ terram ego
ipleo: aliã partẽ dicturi ſumus eum i
celo habere: et aliã in terra: ſed totus
in celo eſt: totus in terra: nõ alternis
tẽporibus: ſed utrũq3 ſimul quod nl'
la corporalis natura põt. Uis itaq3 p̃
pollentior oculorũ erit illorũ: non ut
acutius uideant q̃ quidã phibent' ui
dere ſerpentes uel aqle: quãtalibet. n.
acrimonia cernẽdi eadẽ quoq3 aialia
nihil aliud poſſunt uidẽ q̃ corpa: ſed
ut uideãt ⁊ incorporalia. Et fortaſſe
iſta uirtus magna cernẽdi data fuerit
ad horã etiã i iſto mortali corpe ocul'
ſancti uiri iob: quando ait ad deũ. In
obauditu auris obaudiebã te prius:
nũc autẽ oculus meus uidet te: prop
terea deſpexi memetipſũ ⁊ diſtabui: ⁊
exiſtiaui me terrã et cinerẽ. Quanuis
nihil hic prohibebat oculũ cordis in
telligi: de quibus ocul' ait apoſtolus.
Illumiatos oculos hře cordis ueſtri.
Ipſis autẽ uideri deũ cũ uidebit' chri
ſtianus ãbigit nemo: qui fideliter acci
pit quod ait ille magiſter deus. Beati
mundo corde quoniã ipſi deum uide
bunt. Sed utrum etiã corporalibus
ibi oculis uideatur: hoc in iſta queſti
one uerſamus. Illud eni quod ſcriptũ
eſt ⁊ uidebit omnis caro ſalutare dei:
ſine ullius nodo difficultatis ſic intel
ligi poteſt ac ſi dictũ fuerit. Et uidebit
omnis homo chriſtũ dei: qui utiq3 i
corpore uiſus eſt ⁊ in corpore uidebi
tur: quãdo uiuos ⁊ mortuos iudica-
bit. Quod autẽ ipſe ſit ſalutare dei:
multa ſunt ⁊ alia teſtimonia ſcriptu-
rarũ: ſed euidẽtius uenerãdi illius ſe
nis ſimeonis uerba declarãt. Qui cũ
infantẽ chriſtũ accepiſſet in manus ſu
as: nunc inqt dimittis domine ſeruũ
tuũ ſecundũ uerbũ tuum in pace: quo
niã uiderunt oculi mei ſalutare tuũ.
Illud etiã quod ait ſupramemorat'
iob: ſicut in exemplaribus que ex he
breo ſunt inuenitur: ⁊ in carne mea ui
debo deũ: reſurrectionem quidẽ car
nis ſine dubio pphetauit. Non tamẽ
dixit p carnẽ meã. Quod quidẽ ſi di
xiſſet: poſſet deus chriſtus intelligi ɋ
per carnẽ in carne uidebit'. Nũc uero
põt ⁊ ſic accipi. In carne mea uidebo
deũ ſaluatorẽ meũ: ac ſi dixiſſet. i car
ne mea ero cum uidebo deũ. Et illud
quod ait apoſtolus: facie ad faciẽ: nõ
cogit ut deum per hanc faciẽ corpora
lem ubi ſunt oculi corporales: nos ui
ſuros eſſe credamus: quẽ ſpiritu ſine
intermiſſione uidebimus. Niſi enim
eſſet etiã interioris hominis facies ñ
diceret idẽ apoſtolus. Nos autẽ reue
lata facie gloriã domini ſpeculantes i
eandem imaginem trãſformamur: de
gloria in gloriam tãq̃ ad domini ſpi
ritũ. Nec aliter intelligimus quod in
pſalmo canitur. Accedite ad eum ⁊ il
luminamini: ⁊ facies ueſtre non erube
ſcent. Fide quippe acceditur ad deũ:
quam cordis eſſe conſtat nõ corpis.
Sed quia ſpiritale corpus neſcimus
quantos habebit acceſſus: de re quip
pe inexperta loquimur: ubi aliqua que
aliter intelligi nequeat diuinarũ ſcrip
turarum non occurrit: ſed ſuccurrit
auctoritas: neceſſe eſt ut cõtingat i no
bis quod legitur in libro ſapiẽtie. Co
gitationes mortalium timide et incer
te prouidentie noſtre. Ratiocinatio
ɋpe illa philoſophorũ qua diſputãt

ita mentis aſpectu intelligibilia uide ri: ⁊ ſenſu corporis ſenſibilia id ē cor poralia ut nec itelligibil a p corpus: nec corporalia per ſcipſā mens uale at intueri: ſi poſſet nobis eſſe certiſſi ma ꝑfecto certū eſſet p oculos corpo ris etiā ſpirituales nullo mō poſſe ui deri deū. Sꝫ iſtā rōcinatōēꝫ ⁊ uera rō ⁊ ꝓphetica inridet auctoritas. Quis eni ita ſit auerſus a uero: ut dicere au deat deū corporalia iſta neſcire? Nū quid ergo corpus hēt: p cuius oculoſ ea poſſit addiſcere? Deinde qđ de pro pheta heliſeo pauloante diximus: nō ne ſatis indicat etiā ſpiritu nō p cor pus poſſe cerni corporalia? Quando eni ſeruus ille munera accepit: utiqꝫ corporaliter geſtū eſt: quod tamē pro pheta nō per corpus ſed p ſpiritū ui dit. Sicut ergo cōſtat uideri corpora ſpiritu: quid ſi tanta erit potentia ſpi ritualiſ corporis: ut corpe uideatur ⁊ ſpiritus? ſpiritus eni eſt deus. Deinde uitā quidē ſuā qua nunc uiuit in cor pore: ⁊ hec terrena mēbra uegetat fa citqꝫ uiuētia iteriore ſenſu quiſqꝫ nō per corporeos oculos nouit: alioruꝫ uero uitas cū ſint iuiſibiles p corpus uidet. Nā unde uiuentia diſcernimus a nō uiuētibus corpora: niſi corpora ſimul uitaſqꝫ uideamus: quas niſi p corpus uidere nō poſſumus. Uitas autē ſine corporibus corporeis ocul' nō uidemus. Quāobrē fieri pōt: ual deqꝫ credibile eſt: ſic nos eſſe uiſuros mūdana tūc corpa celi noui ⁊ ťre no ue: ut deū ubiqꝫ pſentē ⁊ uniuerſa ēt corpalia gubernatē p corpora que ge ſtabimus ⁊ que cōſpicim' quaquauer ſū oculos duxerimus clariſſima pſpi cuitate uideamus: nō ſicut nūc inuiſi bilia dei p ea que facta ſūt itellecta cō ſpiciuntur: p ſpeculū in enigmate ⁊ ex pte ubi plus i nobis ualet fides qua credimus ꝙ rerū corpaliū ſpēs quā p oculos cernimus corporales: ſed ſi cut hoīes iter quos uiuētes motuſqꝫ uitales exerentes uiuimus: mox ut aſ picimus nō credimus uiuē ſꝫ uidem' cū eorū uitā ſine corporibus uidē ne queamus: quam tamen in eis per cor pora remota oi ambiguitate cōſpici mus. Ita quacunqꝫ ſpiritualia illa lu mina corporū noſtrorū circunferem' incorporeū deum oīa regentē etiā per corpora contuebimur. Aut ergo ſic p illos oculos uidebiť deus ut aliquid hēant in tāta excellentia mēti ſimile: quo ⁊ incorporea natura cernať: qđ ullis exēplis ſiue ſcripturarū teſtimo nijs diuinarū uel difficile uel īpoſſibi le eſt oſtendere. Aut qđ eſt intelligen dū facilius ita deus nobis erit notus atqꝫ cōſpicuus: ut uideať ſpiritu a ſin gulis nobis in ſingul' nobis: uideatur ab altero in altero: uideať i ſeipſo: ui deatur in celo nouo ⁊ in terra noua: atqꝫ in oi que tunc fuerit creatura: ui deať ⁊ per corpora in oi corpore quo cunqꝫ fuerint ſpiritual' corporis oculi acie perueniente directi: patebūt etiaꝫ cogitatōēs inuicē nobis. Tunc enim īplebiť quod apoſtolus cū dixiſſet no lite ante tēpus quicꝙ iudicare: mox addidit donec ueniat dominus ⁊ illu minet abſcōdita tenebrarū: ⁊ manife ſtet cogitatōēs cordis: ⁊ tūc laus erit unicuiqꝫ a deo.

De eterna felicitate ciuitatiſ dei ſab batoqꝫ perpetuo. cap. xxx.

q Uanta erit illa felicitas: ubi nl lū erit malū: nullū latebit bonū uacabiť dei laudibus: q̄ erit oīa in oi bus? Nā quid aliud agať: ubi neqꝫ ul la deſidia ceſſabiť: neqꝫ ulla indigen tia laborabiť neſcio. Admoneor etiā ſancto cātico ubi lego uel audio. Bea ti qui hītant in domo tua domine: in ſecula ſeculorum laudabunt te. Om nia membra et uiſcera incorruptibil'

coꝛporis que nūc uidemus p uſus ne
ceſſitatis uarios ⁊ motus diſtributa:
quoniá tūc nō erit ipſa neceſſitas:ſed
plena:certa:ſecura:ſēpiterna felicitaſ:
ꝓficiēt laudibus dei. Oēs q̄ppe illi ō
quibus iá ſum locutus : qui nunc la
tēt harmonie coꝛporalis numeri non
latebunt:intrinſecus ⁊ extriſecus per
cūcta corporis diſpoſiti: ⁊ cū ceteris
rebus que ibi magne atq; mirabiles
uidebunť:rōales mētes in tāti artifi
cis laude rōabilis pulchritudis delec
tatōe ſuccedēt. Qui motus illic taliū;
coꝛporū ſint futuri:temere diffinire ñ
audeo:quod excogitare nō ualeo : tñ
⁊ motus ⁊ ſtatus ſicut ipſa ſpecieſ de
cens erit:quicunq; erit ubi quod non
decebit nō erit. Certe ubi uolet ſpiri
tus ibi erit protinus corpus:nec uol;
aliq̄d ſpiritus qd nec ſpiritū poſſit de
cere nec coꝛpus. Uera ibi gloria erit :
ubi laudantis nec errore quiſquā nec
adulatōe laudabiť uerus honor :qui
nulli negabiť digno: nulli deferet idi
gno. Sed nec ad deū ābiet ullus indi
gnus:ubi nullus permittet eſſe niſi di
gnus. Uera pax ibi eſt: ubi nihil ad
uerſi nec a ſe ipſo nec ab alio quiſq;
patieť:premiū uirtutis erit ipſe q̄ uir
tutē dedit:eiq; ſeipſum quo melius ⁊
maius nihil poſſit eſſe ꝓmiſit. Quid
eſt eni aliud quod p prophetā dixit:
Ero illorū deꝰ:⁊ ipſi mihi erūt plebſ
niſi ego ero unde ſatienť:ego ero que
cūq; ab oibns honeſte deſiderāť: ⁊ ui
ta ⁊ ſalus ⁊ uictus ⁊ copia ⁊ gloria
⁊ honor ⁊ pax ⁊ oia bona. Sic eni et
illud recte intelligiť qd ait apoſtolus
ut ſit deus oia i oibus. Ipſe finis erit
deſideriorū noſtrorū: qui ſine fine ui
debiť:ſine faſtidio amabiť:ſine fatiga
tōe laudabiť:hoc munus:hic affectꝰ:
hic actus ꝓfecto erit oibus: ſicut ipa
uita eterna cōis. Ceterū q̄ futuri ſint
ꝓ meritis p̄mioꝛū etiā gradus hono
rū atq; gloriarū qs ē idoneꝰ cogitare:
quanto magis dicere:q; tamen futuri
ſint nō eſt ambigendū. Atq; id etiam
beata illa ciuitas magnū in ſe bonu;
uidebit:quod nulli ſupiori ullus infe
rioꝛ inuidebit:ſicut nunc nō inuident
archāgelis angeli ceteri: tā nolet eſſe
unuſquiſq; quod nō accepit: q̄uis ſit
pacatiſſimo cōcoꝛdie uinculo ei q̄ ac
cepit obſtrictus:q̄ nec in corpore uľt
oculus eſſe q̄ eſt digitus :cū mēbrum
utrūq; cōtineat totius carnis pacata
cōpago. Sic itaq; hēbit donū alius
alio minus:ut hoc quoq; donū hēat
nec uelit amplius. Nec iō liberū arbi
triū nō hēbunt:q̄a peccata eos delec
tare nō poterūt. Magis quippe erit
liberū a delectatōe peccādi uſque ad
delectationē nō peccandi indeclina
bilē libertatē. Nā primū liberū arbi
triū qd hōi datū eſt qñ primu; crea
tus eſt rectus:potuit nō peccare : ſed
potuit ⁊ peccare:hoc autē nouiſſimū
eo potentius erit:quo peccare nō po
terit. Uerū hoc quoq; dei munere: ñ
ſue poſſibilitate nature. Aliud ē eni;
eſſe deū:aliud pticipē dei : deus natu
ra peccare nō pōt:pticeps uero dī ab
illa accipit ut peccare nō poſſit . Ser
uādi aūt gradus erant diuini mune
ris:ut primū dareť liberū arbitrium
quo nō peccare hō poſſet: nouiſſimū
quo peccare ñ poſſet:atq; illud ad cō
parādū meritū:hoc ad recipiēdū p̄mi
u; ptinēt. S; q̄a peccauit iſta natura
cū peccare potuit:largiore gr̄a libera
tur:ut ad eā pducať libertatē in qua
peccare nō poſſit. Sicut eni pria imō
talitas fuit quā peccādo adā pdidit
poſſe nō mori:nouiſſima erit ñ poſſe
mori:ita primū liberū arbitriū poſſe
nō peccare:nouiſſimū nō poſſe pecca
re. Sic eni erit iamiſſibiľ uolūtas pie
tatis ⁊ eq̄tatis:quō ⁊ felicitatis. Na;
utiq; peccādo nec pietatē nec felicitatē
tenuimus:uolūtatem uero felicitatis
nec pdita felicitate pdidimus . Certe

deus ipſe nunquid quia peccare non
poteſt ideo liberū arbitriuȝ habere ne
gandus eſt? Erit ergo illius ciuitatis
⁊ una in oibus ⁊ iſepabilꝰ in ſingulis
uoluntas libera: ab oi malo liberata
⁊ iplera oi bono: fruens indeficienter
eternorū iocunditate gaudiorū: obli-
ta culparū: oblita penarū: nec tñ ideo
ſue liberatōis oblita: ut libēatori ſuo
ſit ingrata. Quantū ergo attinet ad
ſcientiā rationalē: memor preteritoꝝ
etiā malorū ſuorū: quantū autem ad
expientis ſenſum prorſus immemor.
Nā ⁊ pitiſſimus medicus ſicut arte
ſciūtur oēs fere morbos corporis no
uit: ſicut autē corpore ſentiunt pluri-
mos neſcit: quos ipſe nō eſt paſſus.
Ut ergo ſciētie malorū due ſunt: una
qua potentiā mentis nō latent: altera
qua experientis ſenſibus inherēt: alit
quippe ſciuntur oia uitia per ſapiētie
doctrinā: aliter per iſipientis peſſimā
uitā: ita ⁊ obliuiones malorū due ſūt
aliter ea nāqꝫ obliuiſcitur eruditus ⁊
doctus: aliter expertus ⁊ paſſus. Ille
ſi peritiā negligat: iſte ſi miſeria care-
at. Secundū hanc obliuionē quā po
ſteriore loco poſui: nō erūt memores
ſancti preteritorū malorū. Carebunt
eni oibus malis: ita ut penitus deleā-
tur de ſenſibus eorū: ea tñ potētia ſci
ētie que magna in eis erit: nō ſolum
ſua preterita: ſed etiā damnatorū eos
ſempiterna miſeria ñ latebit. Alioqn
ſi ſe miſeros fuiſſe neſcituri ſunt: quo
mō ſicut ait pſalmus miſericordias
domini in eternū cantabunt? Quo cā
tico in gloriā gratie chriſti cuius ſan-
guine liberati ſumus: nihil erit profe
cto illi iocundius ciuitati. Ibi perficie
tur: uacate ⁊ uidete quoniā ego ſum
deus. Quod erit uere maximū ſabba
tū nō habens ueſperā: qȯ cōmēdauit
dominus in primis operibus mundi
ubi legitꝰ. Et requieuit deus in die ſe-
ptima ab oibus operibus ſuis q fecit

⁊ benedixit deus diē ſeptimū ⁊ ſancti
ficauit eum quia in eo requieuit ab oi
bus operibus ſuis que inchoauit deꝰ
facere: Dies enim ſeptimus etiā nos
ipſi erimus: quādo eius fuerimuſ bñ
dictione ⁊ ſanctificatōe pleni atqꝫ refe
cti. Ibi uacantes uidebimus quoniaȝ
ipſe eſt deus qȯ nobis ipſi eſſe uolui-
mus: qñ ab illo cecidimus audientes
a ſeductore eritis ſicut dꝗ: ⁊ recedēteſ
a uero deo quo faciente dꝗ eſſemus
eius participatiōe nō deſertōe. Quid
eni ſine illo fecimus: niſi ꝙ in ira eiuſ
defecimus: a q̊ refecti ⁊ gr̃a maiore
perfecti uacabimus in eternū uidētes
q̇a ipſe eſt deus quo pleni erimus qñ
ipſe erit oia in oibus. Nā ⁊ ipſa opa
bona noſtra: quādo ipſius potiꝰ itelli
guntꝰ ꝙ noſtra: tūc nobis ad hoc ſab
batū adipiſcēdū iputantꝰ. Quia ſi no
bis ea tribuerimus ſeruilia erūt: cū ȯ
ſabbato dicatur. Oē opus ſeruile in
eo nō faciatis. Propꝛ qȯ ⁊ ꝑ ezechielē
ꝑphetā dicitꝰ. Et ſabbata mea dedi eiſ
in ſignū inter me ⁊ inter eos: ut ſcirēt
q̇a ego dñus qui ſanctifico eos. Hoc
ꝑfecte tunc ſciemus qñ ꝑfecte uacabi
mus: ⁊ ꝑfecte uidebimus q̇a ipſe ē de
us. Ipſe etiā numerus etatū ueluti di
erū: ſi ſecundū eos articulos tēporis
cōputentꝰ q̇ in ſcripturis uidentꝰ expſſi:
iſte ſabbatiſmus euidentius appebit
quoniā ſeptius iuenitꝰ. Ut prima etaſ
tanꝙ primꝰ dies ſit ab adā uſqꝫ ad di
luuiu. Secunda inde uſqꝫ ad abraaȝ:
nō equalitate tēporū: ſed numero ge-
nerationū denas quippe habere repi
untꝰ. Hic iam ſicut mattheus euange
liſta determinat: tres etates uſque ad
chriſti ſubſequuntur aduentum: que
ſingule denis et quaternis generatio
nibus explicantur ab abraam uſque
ad dauid una. Altera inde uſque ad
tranſmigrationem in babyloniam.
Tertia inde uſque ad chriſti carnalē
natiuitatē. Fiunt itaque omnes quiqꝫ.

Sexta nunc agitur nullo generatio-
nū numero metiēda:propter id quod
dictū eſt. Non eſt ueſtrū ſcire tēpora
que pat̉ poſuit in ſua poteſtate. Poſt
hanc tanq̄ in die ſeptimo requieſcet
deus:cū eundē diē ſeptimū qȯ nos eri
mus i ſeipſo deus faciet requieſcere.
De iſtis porro etatibus ſingulis nunc
diligenter longū eſt diſputare. Hec tn̄
ſeptima erit ſabbatū cuius finis non
erit ueſpera:ſʒ dominicus dies uelut
octauus eternus q̄ chriſti reſurrectōe
ſacratus ē eternā nō ſolū ſpiritus ue-
rum etiam corporis requiem prefigu
rans. Ibi uacabimus ⁊ uidebim⁹: ui
debimus ⁊ amabimus:amabimus et
laudabimus. Ecce quod erit in fine ſi
ne fine. Nā quis alius eſt noſter finis
niſi peruenire ad regnū cuius nullus
eſt finis?

u Idcor mihi debitū ingentiſ hu
ius operis adiuuante domino
reddidiſſe. Quibus parū uel quibus
nimium eſt mihi ignoſcant. Quibus
autem ſatis eſt:non mihi ſed deo me
cum gratias ꝯgratulantes agāt. Glo
ria ⁊ honor patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſā-
cto omnipotenti deo in excelſis in ſe
cula ſeculorum. Amen.

Aurelij Auguſtini opus de ciuita
te dei feliciter explicit:confectuʒ uene
tijs ab egregio ⁊ diligēti magiſtro Ni
colao ienſon: Petro mozenicho prin
cipe: Anno a natiuitate domini mille
ſimo quadringēteſimo ſeptuageſimo
quinto: ſexto nonas octobres.


GretagMacbeth™ ColorChecker Color Rendition Chart